Debitor soluens decem creditori, si perdidit instrumentum quietationis, & iterum conuentus ad decem, iterum soluit, & postea reperit instrumentum quietationis, quia tunc secunda sententia condemnatoria non potest retractari propter instrumentum nouiter repertum. c. suborta. in fi. de re iud. & ibi Abb. Sicu. plenè. & l. sub prætextu. de trans. agat contra creditorem. hoc modo, uidelicet, Tu creditor debebas mihi reddere instrumentum statim quod solui tibi, & non reddidisti, propter quod fui tibi condemnatus ad decem: & quia tanti mea interest mihi fuisse redditum instrumentum, ideo peto actione ex §. ex hoc edicto. in l. si quis ex argentarijs. de edendo. dicta decem, secundum Io. Andr. in addi. Spec. de instr. edi. §. postquam. uersi. quid si solui. in addi. item in hac materia ubi refert Hug. aliàs sic consuluisse de facto. Vide Ange. in l. si fine. §. cùm procurator. ff. rem ra. ha. Pau. de Cast. in l. Imperatores. ff. de re iud. & ibi doc. Moder. & per Spe. de execu. sen. §. fi. uersi. illud. & per Bal. in l. j. C. de cond. indebi. & Abb. in d. c. suborta.

Debitor soluturus debet ire ad domum creditoris, ut ei soluat. Bart. in l. item illa. ij. colum. ff. de constit. pec. & ibi Alexand. ubi plenè. & Bald. in l. fin. C. de condi. inser. & in l. acceptam. xiiij. q. & per totum. C. de usur. & uide omnino per Butr. & Imol. in c. significante. de pigno. & Bald. in l. j. C. de inst. & subst. pen. col. & per Alex. post Bar. plenius in l. cùm filius. §. fin. de uerb. oblig. & ibi Bal. & Ang. ubi etiam Ioan. de Imo. ponit quid si sunt diuersi fori. Quod uerum, si sit eiusdem fori, aliàs non. gloss. sing. in d. l. item illa. secundum Sal. in d. l. acceptam. iij. oppo. Quod uerum est, etiam in depositario, non in commodatario, qui debet ire ad domum commodantis, etiam diuersi fori. Sal. ibi. vj. col. per l. si mei. in fi. de commoda. quid de emphyteuta. j̄. Emphyteuta sol- † uens. uer. xviij. † Vide do. Pe. Phili. Cor. in con. lxx. incip. In hac. in litera I. in ij. parte.]

Debitor uolens purgare moram debet ire ad domum creditoris, & econtrà. Bart. in l. item illa. iiij. colum. ff. de const. pec. ubi uide qualiter constituatur in mora, qui obligatus est ad certam diem.

40 Debitor soluens famulo creditoris, de quo creditor confidere consueuit, liberatur, licet famulus fugiat cum re, uel pecunia. l. argentum. ff. commoda. & ibi Alex. Bar. in l. eum, qui. §. fin. eodem tit. Bal. in l. si is. C. de furt. Idem si soluat factori apothecæ. Casus est singu. secundum Dyn. in l. quod seruus. in fin. ff. de sol. Item qui mittit rem per aliquem inopem, non tenetur, si erat bonus, & legalis: secus, si malus, quia sibi imputet. Bar. in l. si suspectū. ff. de suspe. tu. & Alex. in d. l. argentum.

Debitor non soluens propter protestationem sibi factam à iudice, uel priuato, ne soluat, excusatur à pœna. Bart. in l. mulier. ff. de lege commissoria.

Debitor soluens alij, quàm creditori, liberatur ope exceptionis, si pecunia soluta uersa sit in utilitatem creditoris. l. si pater sine. & ibi gl. Bar. Bal. & doc. ff. solu. matr. & Bar. in l. non solum. in fi. post gl. eo. tit.

† Debitor, an & quando petere posit sibi reddi instrumentum, soluto debito: uide Fel. in c. accedens. el j. circa prin. ut lite non contest.]

Debitor soluens faciat sibi cassari instrumentum, per not. in l. nihil interest. C. de sol. & nota. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis.

Debitor probans solutionem liberatur, licet instrumentum non cassum productum sit contra eum. l. nihil interest. C. de sol. & no. in l. dissolutæ. C. de condic. ex lege.

Debitor soluens post publicatum processum liberatur. l. cùm res. ff. de iureiur. contra Bart. in l. mater. §. eadem. ff. de doli except. Quod uerum est, si ius actori superueniat: secus, si reo. doc. in l. cùm res. & tunc debitor soluens debet absolui ab obseruatione iudicij. gl. ibi uide Bal. in addi. Spec. de appellat. uer. an mutuatio.

Debitor duorum sicut potest soluere uni ex correis credendi: de quo Bart. in l. ex duobus. j. q. de duob. reis. & Angel. in authen. eodem titul. §. si uerò. colum. vij. ita potest constituere se soluturum uni eorum, & promittere, uel apocham facere, & conueniri non potest ab altero, secundum Ang. singulariter in l. sed & si filio. §. idem est. ff. de constitu. pecu. Sed an unus, id est, cui est facta promisio, teneatur alteri correo. no. in l. in leg. Falcid. hoc obseruandum. ad legem Falcid.

Debitor sociorum soluens alteri, quàm cui sit consignatum eius nomen in diuisione, liberatur. j̄. uerbo, Socius. uersicul. cxxxviij.

Debitor offerens rem creditori, si post rem recipit, tenetur de peculio. j̄. uer. Oblatio. el ij. uer. viij.

Debitor iurans soluere ad Pascha, intelligitur, scilicet nisi absoluatur à debito. c. sicut. de iureiuran. Sal. in l. fi. C. de non nume. pecu.

Debitor dicens se paratum soluere, debet habere dilationem iuris. Bal. no. in l. si debitor. ff. de iud.

Debitor constituens alium pro se soluturum, obligatur, & uidetur promittere se facturum, & curaturum, quòd alius soluet. Bald. singulariter in rub. C. de consti. pec. ult. col. per l. hoc autem. §. j. ff. eo. tit.

Debitor se offerens solutioni, liberatur à periculo contingente, si creditor sit in mora recipiendi. l. si opera. ff. de doli excep. l. qui decem. in prin. de sol. gl. in l. illud. ff. de peri. & cómo. rei uen.

Debitor mandans alteri, ut soluat pro ipso creditori ipsius, an sit liberatus. Alex. post Ang. in l. qui usumfructum. de uerb. obli. & aliquid per Bal. & Ang. in l. fi. C. de noua. Sali. in l. filius. C. ad Macedo. & in l. pro debito. post Bal. C. de bon. autho. iudi. pos. Ang. in l. sciendum. de ędil. edi. Ful. in l. si me & Titium. si certum peta. Pau. de Cast. consi. xlv. & ĩ. Nouatio. uer. v. & x.

Debitor solués falso procuratori, an liberetur. quòd nó. si sciéter, & non repetit. no. in l. si procuratori. & ibi Bar. & doc. ff. de cód. ob causam. & ĩ. uerbo, Solutio quibus. uer. iiij. & ix. Sed uide gl. & Bar. in l. licet. in fi. C. de proc.

Debitor soluens falso procuratori, quem credidit uerum ex iusta causa, liberatur. Bar. in d. l. si procuratori. ff. de cód. ob. cau. per l. cùm fundus. §. seruum. ff. si cer. peta. † Et do. Mar. Soc. in consi. xxxij. incip. Ex his, quæ superius. uer. & Fran. quòd ibi item soluens in j. parte.]

50 Debitor solués procuratori uero, an liberetur. gl. & Bart. in l. si procurator. in fi. ff. de condi. indeb.

Debitor soluens procuratori ad litem, non liberatur, nisi habeat mandatum ad recipiendum. l. hoc iure. ff. de sol. uel nisi sit in rem suam. Barto. in l. sed si tantùm. de pactis. & l. j. C. de excep. nec alteri procuratori, nisi ipse mutuasset. Bartol. in l. eum. §. qui sibi. de uerb. oblig.

Debitor soluens extra iudicium procuratori ad exigendum constituto, non liberatur: sed in iudicio sic. l. fideicommissa. §. si rem. & ibi not. de legat. iij. uide Bar. in l. nó solùm. ij. col. sol. ma. Bal. in l. falsus. ij. col. C. de fur. & ĩ. Procurator ad negocia. uer. xxix.

Debitor soluens aliud pro alio, liberatur ope exceptionis. glo. fin. in l. fi. §. cùm mihi. de uerb. obli. Item,

Debitor an, & quando possit soluere aliud pro alio, creditore inuito. no. in l. ij. & ibi doc. ff. si cer. pet. & s̃. uer. Creditor inuitus. uer. j. & ij. cum multis alijs sequentibus. Item,

Debitor in florenis potest soluere monetam, & econtrà. Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solu. mat. Item,

Debitor in re aliena uenali non cogitur restituere rem, sed liberatur soluendo precium. Bar. post gl. in l. non enim. ff. rerum amotarum.

Debitor ex pluribus causis soluens simpliciter aliquam parté, in quam causam uideatur soluere. nota. in l. j. cum gl. & Bartol. ff. de solutio. & in l. j. C. eod. tit. & in l. ubi. & in l. si ex pluribus. §. j. & ibi Bart. ff. eodem. & in l. fi. de eo, quod certo loco. & in Spec. de actio. seu peti. §. ij. uer. quid si ille. ubi ponit cuius sit electio. & de obli. & sol. §. ij. uer. quòd creditoris. & Io. And. in Spec. de pig. §. j. uersicu. pone, mutuasti. quòd est electio creditoris. per l. j. de sol. ubi tenet Barto. quòd est debitoris. Quod est uerum, si eligit quando soluit, non post ex interuallo, si præcessit limitata petitio, & causa, quia ad illam infertur solutio: dicit, quòd solutio cedit in causam antiquiorem. l. creditor. §. Velleianus. ff. de sol. uel in causam, de qua patet in libro recipientis, secundum Bartol. ibidem: uel in causam expressam à soluente. dicta l. §. cùm de sorte. Item in causam, in qua apparet, quòd est fideiussor. Paul. de Castr. in con. lxxix. Sed uide omnino in d. l. j. & s̃. uerbo, Creditor. † Vide domi. Petr. Phil. Cor. in consi. iij. incipien. Videtur. per totum. in iiij. parte. & in consi. ccxcv. incipien. Licet. per totum. in iiij. parte. ubi quid de debitore soluéte illi, cui ex duabus causis erat debitor, una antiquior altera, cui debito cedat solutio. & Rapha. Fulg. in consi. vij. in fin. ij. colum.]

Debitor potest creditori inuito soluere totum ex una causa. l. fi. ibi Bar. ff. quib. mod. pign. uel hypothe. sol. Item,

Debitor obligatus soluere in domicilio creditoris, tenetur ire ad domicilium eius, etiá mutatum post cótractum, etiamsi parum ultra grauaretur ex itinere: secus, si in nimis: quod relinquitur arbitrio iudicis. Bal. in l. acceptam. xiiij. quæst. C. de uris.

60 Debitor obligatus soluere in foro suo, non potest soluere in foro creditoris, si uel gratia creditoris, uel gratia utriusq; sic promisit: secus, si fauore suo tantùm. Bald. in l. acceptam. xij. quæst. C. de usuris.

Debitor fideiubens pro creditore suo, & soluens, non repetit ab eo, pro quo fideiussit: nec liberatur per pactum de non petendo factum ei, pro quo fideiussit. l. j. §. fi. cum gloss. ff. quarum rerum actio nó da. Paul. de Cast. in l. quod dictum. ff. de pactis.

Debitor, pro quo alius uoluit soluere creditori, liberatur, nec potest postea cóueniri à creditore nolente recipere ab alio tertio. Casus est notabilis, secundum Ang. & Paul. de Castr. in l. tale. §. post diuisionem. ff. de pac.

Debitor accipiens sub usuris ad certum tempus, an possit soluere ante tempus sortem. gl. & doc. in l. qui Romæ. in prin. ff. de uerb. obli.

Debitor paratus soluere usuras, cogitur soluere sortem. l. fin. in fi. C. de iure dotium.

† Debitor interdum simpliciter iurat soluere usuras: aliquádo autem iurat soluere, & nullam quæstionem mouere, uel absolutionem aliquam non petere: & de utroque casu, quæ remedia competát debitori, uide laté & pulchré per Fel. in c. j. in iij. col. uer. in gl. j. de iureiu.*

Debitor potest soluere creditori quandocunque, etiamsi promisit non soluere, nisi ad beneplacitum creditoris. gl. in l. fi. C. de pac. pig. Bart. in l. qui Romæ. in princ. ff. de uer. obl. & Paul. de Cast. in l. quia. in fi. ff. de pac.

Debitor confessus habet decem dies ad soluendum, & debet interim cauere de soluendo, aliàs carceratur. gloss. & Bar. & Alex. & doc. in l. si debitori. ff. de iud. & Barto. in l. fi. j. col. de exec. rei iudi. Idem in condemnato: quia nisi satisdet intra tempus, quod datur iudicatis, carceratur, secundum Bar. & Alex. in d. l. si debitori. Idem in constituente. s̃. uer. Constitutum. uersi. vj.

Debitor soluens indebitum coactus à iudice, quomodo repetat: nota. in l. fi. ff. quod metus causa. Bar. in l. à diuo. §. in uéditione. de re iudicata. Item,

Debitor tenetur de periculo contingente in itinere, quando portat ad domum creditoris, ut soluat. gl. in l. cùm hi. §. uult igitur. uer. eorum. ff. de transactio. Vide Angel. in l. item illa. in fi. de const. pec. & s̃. Colonus. uer. clxx.

Debitor protestatus à creditore creditoris sui, ne soluat creditori suo, tenetur nihilominus soluere creditori suo cauenti sibi de indemnitate, aliàs non. Innoc. in c. mandatum. de rescriptis. & in c. cùm M. Ferrariensis. de cóstit. Petr. de Sun. in l. is, à quo. de rei uen. Ange. in l. hæres cùm debuerat. ff. ad Treb. not. in l. fi. ff. de lege commiss.

70 Debitor soluendo esse dicitur, cuius fideiussor est soluendo. de iure do. l. mulier. de fideiuss. l. si plures. §. præterea. Bal. in auth. sed hodie. C. de act. & obli. non autem præsumitur esse soluendo is, cuius bona uenduntur ad petitionem creditoris. Bar. in l. tres tutores. ad fi. ff. de admi. tut.

Debitor meus promittens soluere alteri de mandato meo, liberatur à me. Bald. in l. fi. C. de constit. pec. per l. si debitor. ff. de sol.

Debitor hæres institutus non soluens infra terminum, an uideatur adire. s̃. uer. Aditio. uer. lxiiij.

Debitor cófessus habet ad soluendum terminum decem dierum de consuetudine. gloss. in l. si debitori. ff. de iu. & ibi docto. & in l. eum, qui. de uer. ob. & in l. si domus. §. in pecunia. & ibi Bar. de leg. j. in l. promissor. de consti. pecu. Sed debet cauere de soluendo in fi. termini. Bart. & doc. in d. l. si debitori. & ibi Alex. & s̃. eo. uer. lxv. & in Spec. de fideiuss. §. j. uer. qualiter ergo. in iiij. parte. & Abb. in c. quod ad consultationem. de re iudica. Item est uerum, etiamsi dicat se paratum soluere, secundum gloss. singulariter in d. l. si debitori. Et sic licet constet, quòd statim potest soluere. Cy. in l. j. §. exactio. C. de rei ux. actio. Bar. & Bal. in l. diuortio. §. interdum. solu. matr. & Pe. de Sun. in l. ij. C. de usur. rei iudi. Sed uerum est, si est præsens: absens uerò habet terminum arbitrio iudicis. Bald. in rubr. C. de constitu. pecu. iij. q. aliàs de iure habet qua-

bet quatuor menses.l.fi.C.de usur.rei iudica.& per Spec.de primo & secundo decreto. §.ix.uersic.sequitur.uidelicet,si non sit consuetudo.Bart.in d.l.si debitori. & Abbas in cap. quod ad consultationem.de re iudi. interim potest carcerari,ut satisdet,uel cedat bonis.Bart.& Alexand.in d.l.si debitori.in fin. Sed appellat à præcepto sibi facto confessus, secundum Spec. contra Odof. in Spec.de appel.§.in quibus. uer.sed nunquid hæc tria.& ĩ.uerbo,Præceptum.uer.xlviij. Item talis terminus quatuor mensium non datur appellanti,& deferenti,secundum Lud. Sed Alexand.ibi in l.j.§.qui præsens.de uerb.obl.per tex.& Bald.in l.quoniam nonnulli.C.de appel. Alexan.consi.lxxv.iiij.parte.gloss.in l.ij.C.de tempo.appella.& Bald.in l.ij.C.de usur.rei iudica. Item potest per iudicem breuiari. doc.& Pe.de Sun.in l.fi.de execu. rei iudica.Bart.in auth.qui semel.C.quomodo & quãdo iudex.Item nec quando appellatio est frustratoria. Bald.in d. l.ij.Alex.in d.consi.lxxv. Item nec in actione reali. ĩ.uerbo, Terminus ad soluendum. uersicu.iiij.quid in depositario.ĩ.

† Depositarius.uersic.cxlj.† Vide Felin.in d.cap.quod ad cõsultationem.de re iudi.]

Debitor soluens partem debiti,an repetat partem pignorum. no.in l.quandiu.C.de distra.pig.& l.si necessarias.§.si unus. ff.de pig.act.

Debitor usuras solutas potest repetere. Innoc.in c. cùm tu.de usuris. uel potest uendicare in subsidium rem emptam de usuris.in Spec.de usur.uersic.pone,usurarius.& ibi Bald. in additio. uer.j. Lapus in dec.lxxix. Barth.Cep.in l.Labeo.§. item si dominus.de uerb.signifi.Item,

Debitor iurans soluere usuras, debet soluere, sed solutas potest repetere. c. debitores. de iureiur. Bald. in l.fi.C.de non num.pec.

Debitor uxoris soluens marito non liberatur.l.cùm maritum. & ibi Bal.C.de sol.

† Debitor si usuras simpliciter soluere iuret,uel soluere,& nõ repetere,uel soluere,& nullam quęstionem mouere,uel aliquam absolutionem nõ petere, quibus remedijs ei succurratur:uide Fel.in c.j.in ij.col.uer.in glo.j. cum pluribus seq. usque ad uer.extra gl.de iureiur.]

Debitor dans pecuniam alteri, ut soluat creditori suo, non liberatur, sed recuperat ab eo, cui dedit. not.in l.cùm res.C. de don.

Debitor soluere recusans ad interpellationẽ creditoris, si postea sponte uelit soluere, præsumitur suspectus, quòd uelit soluere pecuniam reprobam.l.si reus paratus.& ibi Ioan.de Pra.ff.de procura.

80 Debitor soluens pro residuo, præsumitur antè soluisse totum,nisi creditor contrarium probet.glo.in l.si ex pluribus. ff.de sol.& doct. & Pau.de Castr.in l.ij.C.de hære.instituen. & ĩ.uerbo,Residuum.uersic.j.

Debitor ad soluendum petens terminum,uidetur fateri debitum.l.fin.& ibi doc.& Bald.C.de re iudicata.

Debitor soluens coniunctæ personæ creditoris sui, an liberetur. in Specul. de coniun.persona.uersic.item coniuncta.& in c.cùm maritum. & ibi Bald. C. de solu.& in l.siue autem. per Bald. ff. de negoc.gest. Vide Bart. & Alexand.in l.uero procuratori.ff.de sol.& in l.qui hominem.§.si gener. eodem tit.& Bald.in l.j. C. quib.res iudi.non nocet.quòd non,etiã filio,nisi cum mandato.l.filius.C.de pac.& ibi Bald.& tenet Barto. in l.non solùm. soluto matrimonio. & Bald.in l.cùm maritum. C. de solu.uel nisi cùm patri nõ quæritur ususfructus.Bar.in d.l.non solùm.nec patri.l.nec si fortè. & ibi Bar. ut leg.no.cauea.

Debitor soluere obligatus ad annum sub iuramento, non est periurus, si interim non soluat creditori condemnato in confiscatione bonorum,secundum Hostien.in ca.significauit.de censi.

Debitor soluens debitum præscriptum an repetat. Bald. in l. cùm quis.ix.colum.C.de iur.& fac.ignoran. quòd sic, si soluit per errorem facti,non iuris: sed ibi Bart. dicit simpliciter quod repetit. & per gloss. & Bartol. in l. fi.rem ra.hab.in Spec.de præscrip.

Debitor soluens procuratori constituto ad recipiendum in præsentia testium, non liberatur, nisi de mandato constet per instrumentum publicum. Bald. in l. falsus. xiij. colum. C.de fur.uersic.utrum autem mandatum.

Debitor soluens scienter procuratori reuocato, non liberatur:quia uidetur donare,& non repetit. Bartol. & doct.in l. dispensatorem. ff. de solu.l.cùm pater.§.Mæuio.& ibi Bart. de leg. ij. & suprà eod. uersicul.xlviij. & Bald. in l. falsus.C. de furtis.in xij.colum.uersic.tertiò quæro. Et quid si soluat procuratori falso legitimato per sententiam iudicis. Bald. in d.l.falsus.ultima char.C.de furtis. Item soluens procuratori post mortem domini,quam sciat soluens,an liberetur: & quid si ignoret in l.eius,qui.& ibi gloss. Bar.& doc.si certum peta.

Debitor soluens procuratori reuocato, liberatur, nisi sibi sit notificata reuocatio. Bart. in l. qui hominem.§.si Titium.ff. de sol.& per Bartol.in l.si non sortem.§.qui filio. de condic. inde.& in l.si procuratori.iij.col.de cond.ob causam.& Bal. in l.inuito. C.de sol.

Debitor soluens rem, quæ potest auocari creditori,an liberetur.Bar.in l.cùm quis.§.qui hominem.ff.de sol.

Debitor soluere obligatus certa die, an liberetur per acceptilationem, & incidat in pœnam, cùm naturaliter non soluerit.Bar.in l.solutionis. ff.de solu. sed bene incidit in pœnam dando pignus, uel fideiussorem, nisi sit obligatus satisdare. l.promissor.§.constituto. & ibi Ang. de const.pecu.& ĩ.uer. Solutio.el j.uer.iij.Item,

90 Debitor soluens uni de mandato plurium creditorum, liberatur: quia dicitur omnibus soluere.l.si secundum. & ibi Bald. C.mandati.

Debitor Titij, & fratris, pro quo Titius est stipulatus, soluens fratri Titij,liberatur,etiam non facta cesione à Titio fratri. ĩ.Stipulatio.uersic.clxxix.

Debitor non est in culpa, uel in mora, si non reperiatur creditor, qui recipiat solutionem. Alex.consil.clxxj.ij.parte.& l. pecuniæ. §. fin.& l.cùm quidam.§.si pupillo.de usuris.& l.si prędio.de in diẽ addict.Dy.in regula,cùm quis.in vj. Quod uerum, si protestetur, & offerat se paratum soluere. ĩ. Mora committitur.uer.xxxix.

Debitor soluens recusanti, si creditor remittat partem, ut reliquum recipiat, potest creditor condicere per condictionem ob turpem causam id,quod remisit. Ludo.& Alexand. in l.fi.ff.de condictio.ob turp.cauf. Bald.in l.si intra.de pac. quod nota contra banchariòs communis Firmi soluentes minus.

Debitor etiam ex guarentigia non soluit aliud pro alio,uidelicet æstimationem pro re,post litem contestatam.text.singu. secundum Bartol. & doct. in l. si quis stipulatus decem in melle.de sol.uide in l.si ita.eod.titu.& s. uer.Creditor inuitus.uer.penul.

Debitor credens non posse purgare moram, si soluit, an repetat.Bar.in l.si insulam.iij.q.de uer.obl.

Debitor non soluens annuas præstationes,non dicitur creditorem spoliare,nisi in animo suo disposuerit, in futurum nõ soluere. Ioan.Andr.in c.querelam. de electione.in Nouella. & ibi per Inn.& Bal.in c.j.de ali.feu.pater.

Debitor alimẽtorum an ad soluendum debeat ire ad domum creditoris:uide Ang.no.in auth.ut exactio.instan.§.fi.colla. vij.& not.in l.cùm hi. §. ultimo igitur. & §.ex causa.& ibi gl. ff.de transac.& ibi Ange.quòd sic.& Pe.de Anch.& Im.in c. indicãte.iij.char.de testa.Bart.in l.j.de ali.leg. Alex.in l.cùm filius.§.fi.ff.de uer.obl.

Debitor duorum in solidum cõuentus ab uno, debet soluere ei, qui contra ipsum fuit litem contestatus, non alteri secũdum Ang.no.in auth.de duob.re.in fin.col.vij.

Debitor plurium soluens uni, potest petere sibi caueri de indemnitate ne conueniatur ab alijs. Bal.in l.cùm seruum. C. de ser.fugi.& Alex.in l.pupillus.ff.de nouat.

* Debitor soluens tertio in stipulatione adiecto, ab eo quod debet liberatur. l. si quis stipulatus fuerit. in extre. l. cùm quis.in j.ff.de solution.§.si quis alij.& ibi notat.Inst.de inutil.stip.Mar.Soc.consi.cxxxj.num.14. uol.iij. Æmilius Maria Manolessus.

Debitor tenetur soluere fideiussori usuras moderatas, stante statuto,quòd teneatur ei restituere usuras,quas soluit.Ang. sing.in auth.de iud.§.oportet.colla.ult.

Debitor soluere quando cogatur per denunciationem Euangelicam.

gelicam.infrà,uerb.Denunciatio.uersicul.lxviij.

Debitor soluens uni ex hæredibus, cui sunt prælegata nomina debitorum,liberatur ope exceptionis: ut l.j.& ibi Bald. C.de excep.

Debitor soluens executoribus testamenti habentibus mādatum ad exigendum, liberatur ope exceptionis, non ipso iure.l.j.& ibi Bal.C.de exceptionibus.

Debitor soluere non dicitur cedendo actionem contra alium creditori suo.Bal.in c.j.in fi.de beneficio frat.

Debitor soluere promittens intra decem dies, interpellatur à die,nisi dicatur, uel postea quandocunque placuerit creditori. Bald.in c.j. §.j. an ille, qui interfe.fra.domini sui. & in l. fi.§.fi.iij.col.C.de iure do. Bart. & Alex.in l.cùm stipulatus. in fi.principij.ff.de uer.obli.& ĩ.uer.dies.uer.lxiij.Alex.in l. quoties.de uer.obli.

Debitor solutionem per testes examinatos officio iudicis potest probare, etiamsi iurauit, & promisit non probare, nisi per instrumentum, quando instrumentum non habet. in Spec.de prob.§.nunc dicendum. uer.sed quid si debitor. & ibi Bal.in addi.uer.licet quis.& s̄.

Debitor iussus à creditore soluere alteri, an sit liberatus à creditore.Bald.in l.fi.ij.col.C.de noua. Bart. in l.singularia.ff.si cer. pe. ubi dicit, quòd non, nisi in libro suo scripserit se debitorem eius, cui soluere iussus est: quo casu liberatur ope exceptionis,secundum Bal.ubi s̄.& ĩ.eod.uer.cxij.

Debitor solués creditori creditoris sui,an sit liberatus. in l.solutum.§.solutam.& ibi Bald.C.de pig.act.& in l.solutam.de sol.ubi omnino per Alex. † Et per do.Pe.Phi.Cor.in consil. cclvij.incip.Præmitto.in litera G.in iij.parte.]

Debitor ex pluribus actionibus obligatus non potest per iudicem condemnari ex una actione,nisi prius creditor liberet eum ab alijs actionibus. casus singul.secundum Alex.in l.si pupillus.de noua.

110 Debitor soluere non potest alibi, quàm in loco destinatæ solutionis creditori inuito.l.is qui certo. & ibi Bar. ff.de eo, quod cer.loco.

Debitor rei indiuiduæ soluat eam uni ex creditorib. de mandato iudicis,& liberatur.l.si stipulatus.§.si laná. & ibi Bart. ff.de solu.

Debitor soluens negociorum gestori an liberetur. Bart.in l.filiæ.ff.de solu.& ĩ.Negociorum gestor.uer.v.

Debitor soluens coactus alteri, quàm creditori, liberatur.l. Paulus.§.fi.de leg.iij.l.liberto.§.Lucius.ff.de an.leg.Dyn.& Bart.in l.creditor.in princip. ff. de sol. Io.Pap.in Summa, in libello sequestri. uerbo,Audeat. & Paul. de Castr. consil. cclxxxvj.& in Spec.de solu.§.ij. & Bal. in l.fi.ij.colum.C.de nouat. & Bart.in l.singularia. si cer.pe.ubi contrà tenet,nisi se subscripserit debitorem in libro suo, scilicet eius cui soluere iussus est,ut tunc liberetur ope exceptionis,secundum Bald.ubi s̄. Et quid si facit alium pro ipso promittere,an liberetur.Bar.ibi.Alex.in l.qui usumfructum.de uerb.obliga. Adde ĩ.& Alex. quòd sic,in d.l.qui usumfructum.& Bart.in l.singularia. si cer.peta.& in l.pro debito.C.de bo.auth.iud. pos.& in l.si pupilli.§.ij.de solu.& in l. inter causas.§.abesse. ff.mandati.& ĩ.uerb. Debitor cessus. uersic.ij. Et an debeat probare de mandato sibi præsentato,licet de mandato constet.Paul.de Castr.in dicto consilio.† Adde Fran.Are.in l.si te bonis. C. de iure delibe. ubi de compulso soluere per tyrannidem.]Item,

Debitor soluere coactus dicitur, quando iudex sibi præcipit quòd soluat,& ipse iussus promittit,& postea soluit. Bart.& Nico.de Nea.in l.nouissimè.ff.quod fal.tut.autho.

Debitor soluens præsumitur nihil debere recipere à creditore,cui soluit. Bald. in l. si quidem. C.de transact.per l.si cùm dos.ff.rer.amo.uidelicet si sunt aliæ coniecturæ:aliàs secus, quia licet soluat,tamen potest ab eo petere,quod sibi debetur. dicta l.si cùm dos.& ibi Bar.& tenet Bal.& Bart.& doc. in d.l.si quidem.

Debitor repetit à cohærede id plus; quod alter cohæres cohæredi soluit pro pignore. Bart.in l.si pignori.in fi.ff.fam.ercisc. per l.si inter colonum.§.fi.ff.de pign.

Debitor usurarij soluens usuras habet hypothecam in bonis emptis ab usurario de pecunia usuraria ei restituenda. per Bal.in l.si tutor. C. de commu.ser.manumiss.& s̄.eod.

Debitor soluens an repetat, si est priuilegiatus ad non soluendum.Bal.in l.fi.C.de fruc.& lit.expen.

Debitor soluere debet de pecunia currenti tempore promissionis. Bald. singulariter in addi. Specul.de obli.& sol.uer. Obligatio legalis. & ibi Spec. §. nunc aliqua. uer.fin.& per Bald.in l.illud.in fi.C.de sac.san.eccles. Quod uerum,si fuit in mora:aliàs tempus promissionis inspicitur.Bar.in l.cùm certum.de aur.& argen. lega.uide in cap.cum canonicis. de censi.

120 Debitor cui potest soluere, uel non, supple ĩ.uerbo, Solutio quibus.per totum.

† Debitor iusto errore motus, si soluat non uero creditori,an liberetur.uide Fran.Are.in consi.xxxv.

Debitor agnoscens partem debiti, an cogatur soluere residuū. Bald.quòd sic,in l.cùm fidem.C.de non num.pecu.& Alex. in l.cùm de indebito.de probatio.

Debitor consentiens præcepto sibi facto à iudice de soluendo intra mensem sub pœna excommunicationis, est excommunicatus,elapso mense sine alia monitione, & non potest intra mensem appellare,ex quo consensit:secus,si non consensit,secundum Innoc.& Abb.sing.in c. P. & G.de offi.de-leg.quod nota perpetuò.

Debitor soluere obligatus annuatim ad certam diem,non potest purgare moram.l.fi.cum gloss. & ibi. Angel.C. de fideicommiss.

Debitor,qui soluere,uel facere non potest in tempore debito, excusatur, si facto iudicis non soluat, qui ei prohibeat, uel bonis interdicat:unde non incidit in pœnam.l. fi. ff.de lege commiss. Vnde secundum Bald. ibi cautela est pro debitore, qui nō potest soluere, quòd faciat sibi prohiberi sub pœna per iudicem, ne soluat. Vide in Pract. Pap. in libello sequestri. uersicul.audet. facit c. ueniens. de iureiu.& in l.Imperatores.ad municipa. gloss.in c.significasti.de censi. adde ĩ.uerbo,Emptor conuentus. uersicul.xiiij.& xxxvij. Idem est si ante tempus, quo debet soluere, confiscantur bona sua, quia excusatur, secundum Hostien.in dicto c. significauit.& infrà.

Debitor sortis, & pœnæ simul, an, & quando debeat soluere utrumque.gl.& doc.in l.v.§.fi.in fi. ff.de uerbo.oblig.& in l. fi.ff.de eo,quod cer.loco.& in l.apud.§.Labeonem.el j.ff.de do. excep.

Debitor soluere obligatus, dicitur non soluere, quando est in mora.Bal.in rub.C.de const.pec.in iiij.q.

Debitor soluere promittens pro alio, uidetur etiam filios hæredes obligare,licet eos expressè non obliget.l.j.& ibi Bald. C.de const.pecu.& s̄.uerbo,Hæres.

Debitor obligatus soluere certo loco certa die,potest post moram conueniri ubiq;.l.eum,qui. & ibi Bar.ff.de iudi.

Debitor obligatus soluere certo loco,non liberatur soluendo alibi,inuito creditore: sed obligatus soluere ubique, debet soluere in loco idoneo creditori. gl. & doc.in l.qui certo.ff. de cond.indebi.& ĩ.Solutio ubi.uer.pe.& s̄.eo. † Et per Fel. in c.j.de spon.in pe.col.in medio.]

130 Debitor obligatus soluere ubicunque, an debeat soluere ex eo quòd fuit citatus ad domum, uel debeat citari personaliter. Bal.& dominus meus Pet.de Sun.in l.ab eo.C.quomodo & quando iudex.

Debitor obligatus soluere quandocunq; à se petatur,sub pœna,an incidat in pœnam non soluens, cùm fuit petitum extra iudicium. Bald. & Petr. de Sun.in d. l.ab eo.adde ĩ.uerb. Petere.uersic.viij.circa fi.

Debitor obligatus soluere quandocunque, nunquam præscribit.ĩ.uer.Præscriptio contra quos.uersic.xxxv.

Debitores insolidum obligati ad soluendum,licet sint diuersi fori,possunt conueniri coram eodem iudice. Bald. in auth. hoc ita.C.de duob.reis.

Debitorum unus soluens totum, repetit partem à correo debendi.ĩ.uerb.Rei plures.uersic.x.

Debitor obligatus sub iuramento soluere certo tempore,non soluens non est periurus,si soluat incontinenti,post gl.sing. xxxij.q.j.apud misericordem iudicem.Lanfr.in c.quoniam contra falsam.uer.testes.xvj.char.de prob.

Debitor obligatus respondere,debet respondere,comparere, & soluere.Bal.in l.iij.C.de proc.

Debitor obligatus respondere in quolibet loco, soluere cogitur in quolibet loco. Bal. in dicta l. iij. & in l. eam, quam. post princ. in lectura antiqua. C. de fideicom. & uide Bald. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iudi. & per Innoc. in c. dilecti. de foro compet. Quod maxime uerum est, quia tali obligationi supposita est stipulatio, quæ uestit omnes partes contractus. l. duo societatem contraxerunt, ut grammaticam. ff. pro socio. cuius uirtute potest ubique conueniri, sicut si iuratum esset: quo casu non posset pœnitere, secundum Paul. de Ca. in d. l. si conuenerit. quem etiam uide in l. j. & ibi Lud. Pon. ff. de in ius uoc.

Debitor obligatus soluere, si quid recipit, ut soluat, turpiter accipit, & tenetur id restituere. l. si tutorem. & ibi Bald. & doct. ff. de tute. & ratio. distra.

Debitores in solidum obligati, an conueniantur insolidum. j. uerb. Rei plures. uer. iij.

140 Debitor obligatus soluere Firmi certo tempore, cùm sit Paduanus, potest eo tempore citari Firmi. Bald. in c. j. iiij. colum. de mili. uas. qui contu. est.

Debitor obligatus soluere mihi, an possit soluere hæredi meo. Bald. in l. pen. v. colum. de cond. inser.

Debitor promittens soluere pro alio, potest, antequam soluat, agere actione negotiorum gestorũ, ut cõseruetur indemnis, uel ut liberetur, non ut sibi soluatur. l. si mandato. & ibi Bar. in fi. ff. mandati. & per Bal. in l. si pro ea. C. eod. tit. Quod uerum est, si sit obligatus purè, non si sub conditione. Bart. ubi s. adde j. uerbo, Fideiussor agit. uer. xxij.

Debitor non soluens in termino prorogato simpliciter, an incurrat pœnam primæ obligationi appositam. j. uerb. Obligatus. uer. cxxxiij. & uerb. Pœna extenditur. uer. xx.

Debitor habens pecuniam solutioni paratã, non soluens committit culpam. in l. debitor. & ibi Bart. ff. de neg. gest.

Debitor promittens soluere creditori creditoris, tenetur soluere, etiamsi non sit debitor: sed solutum condicit à creditore putatiuo, pro quo promisit. l. si citra. & ibi Bald. C. de cond. indebi.

Debitor debet probare solutionem, licet creditor non neget. Bald. in addi. Specul. de locato. uer. non negare. per l. quinquaginta. ff. de prob.

Debitor, qui ad soluendum habuit quadrimestre, an patiatur immediatè primum & secundum decretum. Bald. in addi. Specul. de sent. uer. an qui habuit.

Debitor ad soluendum non accedens in termino, excusatur propter treugam, sicut propter guerram. Bald. in c. j. §. uasalli. de pa. Constant. & Lud. in singu. uerbo, Debitor. uer. eo. Lud.

Debitor habens duas quietationes unius tantùm debiti, potest repetere unam solutionem tanquam indebitam. Casus est singularis. in l. ne casu. C. de discus. li. x. secundum unam lecturam, quam fecit Bald. in l. seruo. §. si appellatio. de leg. j. secundum Lud. Pont. in fin. uerbo, Geminata. uer. quæro, quidam, &c.

150 Debitor soluere potest creditori, cui non posset donare, etiam ante tempus, si considerat interusurium illius temporis. l. si uir. §. si uir uxori. de dona. inter uirũ & uxorem. secundum Lud. in fin. uerbo, Solutio. uer. quæro, utrum. Item,

Debitor potest soluere in domicilio creditoris. Bald. post glo. in l. usuras. C. de sol. non alibi, quàm in loco promisso: ut ibi Bald.

Debitor non ualens soluere, si emptorem rerum suarum non reperiat, potest inuito creditori dare in solutum rem unam meliorem ad electionem creditoris: ut s. uerbo, Creditor inuitus. uer. ij. & j. Electio. el ij. uer. xvij.

Debitor, qui negauit debitum, & conuictus est, an possit postea allegare solutionem. in Specu. de except. & replica. §. iiij. uer. sed quid si debitor. & seq.

Debitores duo si sunt in solidum obligati, an solutio facta per unum liberet alium. in Spec. de sen. excom. §. vj. uer. quòd si sint. & j. uerb. Solutio à quibus. uersi. ij. & ix.

Debitor ad dandum non cogitur soluere, uel dare alteri, quàm cui promisit. l. j. & l. nec creditoris. C. de noua. nisi in dote. l. ij. in prin. ff. sol. ma. Sed

Debitor ad factum, si creditores omnes sunt concordes quòd uni præstet, debitor illi tenetur præstare factum. Alexand. post Angel. & Ioan. de Imo. in l. in stipulationib. §. j. de uerb. obl. adde s. eod.

Debitor si non soluat tempore statuto, uide in Spec. de instru. edit. §. iiij. uer. hoc autem.

Debitoris soluentis, uel non, materiam supple infrà, uer. seq. per totum.

Debitor in loco contractus forum sortitur, etiam quo ad hypothecam. glos. not. in authen. ut omnes obe. iudi. prouin. §. considerantes. uersicu. hypotheca. Bald. in l. ij. C. mandati.

† Debitorum nomine an ad illum locum pertineat exactio de iure, & de facto, ubi est collata solutio, & reperiatur debitor. do. Barthol. Socin. in consi. cj. incipien. Viso testa. uer. ij. ego promitto. cum uer. seq. in j. parte. ubi quòd debitorũ nomina, quæ incorporalissima sunt, cùm in certo scribuntur loco, eius loci bona dicuntur.

Debitor in loco, ubi multũ conuersatur, cõueniri potest, licet ibi domicilium non habeat. Bar. in l. sciens. C. ubi de cri. agi. oportet. Sed uide Io. de Imo. in c. ex parte B. de for. cõp. qui uidetur concludere communiter teneri contrariũ pro contractib. alibi celebratis, nisi conuersatus fuerit per decennium. adde j. e. sed Sicu. contrà in c. quòd clericis. e. tit.

Debitor promittens soluere Romæ, nõ est in mora, si creditor non facit eũ conuenire Romæ. Bal. in rub. C. de const. pec.

Debitor constituens Firmi se soluturum creditori forensi, nõ expresso loco solutionis, non potest ibi cõueniri, nisi sit Firmi habitans, uel mansurus. Bal. in rub. C. de const. pec.

Debitor promittens Firmi se soluturũ Venetijs, an possit conueniri Firmi. Bartol. in l. j. C. ubi conueni. qui cer. lo. da. promisit. & in l. quæro. ff. de sol. & in l. iij. de bo. autho. iudi. possi. Alexand. in d. l. quæro. quòd sic, si ibi habet domicilium, per † l. hæres absens. §. fi. cum gloss. de iud. † Et per Felin. in cap. fi. de foro compe. in x. col.]

Debitor promittens soluere simpliciter, in quo loco debeat soluere. per Barto. in l. item illa. de constit. pecu. & infrà, uer. Solutio. ubi per discursum, quòd in loco contractus, & in domo creditoris, si sit eiusdem fori. Bartol. ibi, iij. colum. per l. fin. de tritica. Quod intellige, si interpelletur, aliàs nõ. Alexand. in l. ita stipulatus. xj. colum. de uerb. ob. Adde Bar. in l. quod si Ephesi. & in l. fin. de eo, quod cer. lo. & j. Promisso. uer. lxxv.

Debitor promittens se posse conueniri Firmi, Anchonæ, Romæ, & ubique locorum inueniatur, potest opponere exceptionem fori, si conuenitur alibi, quàm ubi contraxit, licet pœna contractus promissa committatur: secus, si promittat se soluturum Firmi, Anchonæ, Romæ, & ubique locorum: secundum Bartol. not. in l. si quis in conscribendo. suprà, de pact. per tex. fin. in l. Titium & Mæuium. §. tutores. ff. de admi. tut. in Specul. de compe. iudi. ad. §. j. uer. sed quid si sit pactum. & per Bald. & doct. in l. si quis in conscribendo. & in l. j. C. commodati. ubi loquitur in simili. Barto. in d. §. tutores. dicit, quòd debitor promittens soluere ubicunque fuerit petitum, tenetur ratione contractus, ubicunque reperiatur: secus, si promisit uelle conueniri, ubicunque fuerit inuentus: quia huic conuentioni potest renunciare ante litis contestationem. Primo casu nõ potest trahi extra territorium, si extra non reperiatur personaliter, uel non sint sua bona: si uerò sint bona, potest conueniri, etiamsi ibi personaliter non inueniatur, secundum Bartol. quod no. & omnino per Alexand. in l. si conuenerit. x. fallentia. de iur. om. iud. Et potest iudex ubi sunt bona eius, exequi contra eum, & actorẽ mittere in possessionem bonorum, secundum gloss. & Bartol. in l. cùm unus. §. is, qui. ff. de bo. autho. iudi. pos. & glos. mag. in l. hæres absens. §. j. ff. de iud. Adde l. Lucius. j. & ibi Pau. de Cast. post Bar. ff. depositi.

Debitor citatus ad locum contractus, si neget se ibi non contraxisse, & sic ibi conueniri non posse, debet prius summatim cognosci, an ibi contraxerit, uel non, per Alex. & doct. post Bartol. in l. ij. ff. si quis in ius uoc. non ier.

Debitor promittens soluere, ubicunq; fuerit petitum, intelligitur, scilicet per simplicẽ libellum: nec requiritur litis contestatio. Bal. in l. ab eo. ij. colum. C. quomodo & quãdo iud. Alexand. in l. amplius. rem ra. haberi.

10 Debitor sortitus unum forum ratione contractus, potest alibi

alibi conueniri ex illo contractu, si ibi habeat forum alia ratione, & sic non potest declinare. ſ. uerb. Prorogatio.

Debitor promittens posse conueniri coram quocunque iudice, non potest declinare forum iudicis incompetentis: ac si promisisset soluere in quocunque loco. Rapha. in l. si conuenerit. de iur. om. iu. per c. dilecti. de foro compe. sed Alexan. de Imo. ibi tenet contrarium.

Debitor promittens uelle conueniri Romæ, Anchonæ, Firmi, Asculi non potest conueniri, nisi addatur, Et ubiq; locorum, uel ubicunq; fuerit inuentus: quia tunc potest ubiq; conueniri, ubi fuerit inuentus. Bartol. in l. iij. ij. col. ff. de eo, quod certo lo. ubi etiam dicit, quòd talis promissio intelligitur de toto in quolibet loco, ut aliquid operetur: non autem fit diuisio per loca pro rata, secundum Barto. Sed Ant. de But. tenet cõtrarium in cap. j. de iud. ubi dicit ideo esse addendum uerbum, In solidum.

Debitor promittens sistere certo loco, pôtest ibi remitti, & uocari, ut sistat: non si generaliter ubi uult creditor. Item si uno loco se obligauit, & in alio solutionem destinauit, ad locum contractus non fit remissio, sed ad locum solutionis destinatæ. Bal. in l. cùm Archimedorã. C. ut in pos. lega. Vide omnino Io. Papi. in Sum. uer. iudicem competentem. ubi dicit, an per hoc inducatur prorogatio: & ibidem dicit, quòd tũc electio est creditoris, in quo loco uelit conuenire debitorem, nec potest soluere Romæ, ubi contraxit, si alibi solutionem destinauerit in contractu Romę facto, inuito creditori, licet Roma sit communis patria, nisi soluat interesse propter locum. Angel. & Alex. in l. qui Romæ. in prin. de uer. ob.

Debitor promittens soluere Firmi, uel Anchonæ, potest, antequam conueniatur, soluere ubi uult: potest tamen conueniri ubi uult creditor. Bart. in l. ij. ij. co. ff. de eo, quod cer. lo.

Debitor si promittat soluere ubicunque fuerit inuentus, non potest conueniri, si fuerit inuentus in loco pestifero, uel in loco, ubi sit inuentus nauigans: secũdum Ang. in l. cùm res. in princ. de leg. j. ubi Io. de Imo. tenet contrarium sub dubio forte: sed Alexand. de Imo. in l. si conuenerit. de iurisd. om. † iud. tenet opi. Ang. ut ibi x. fallentia. † Et per Feli. in c. cùm R. canonicus. de offi. deleg. & per do. Ias. May. Instit. de act. §. plus. num. 23.

Debitoris promissio ad cautelã fiat hoc modo, uidelicet, Promitto soluere Firmi, Anchonæ, Romæ, Florẽtiæ, & ubicunque locorum inuentus fuero, in solidum, & quantumcunq; distantium, secundum But. singu. in cap. j. de iudi. in xxv. colu. per l. ij. §. si quis ita. ff. de eo, quod certo loco. & Barth. Cepo. in cautela cl. pro quo facit quod not. Bartol. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. in ij. colu. & in fi. & omnino per Bart. in l. si conuenerit. in fi. de iurisd. omn. iud. & Bal. in l. ij. §. sed & si quis. penul. col. C. communia de leg. & in l. si quis in conscribendo. iij. colum. C. de pac. & subdatur in instrumento, uidelicet etiamsi ibi nauigans fuero repertus, uel iudicis auctoritatem timuero, uel aduersarij potentiam, promittens etiam me ibi præsentare, licet ibi non fuero repertus, renũcians omnibus & singulis priuilegijs, legibus, proclamis, gratijs, & saluisconductis, factis, & fiendis, promittens etiam non impetrare gratiam, uel priuilegium aliquod, & omnia & singula attendere, & obseruare de iure, & de facto non cõtrauenire sub pœna, & iuramento, &c. secundum Bartho. Cep. in d. caute. cl. ubi plenè. & ſ. uerb. in clausula Contractuũ, in clausula Firmi, Anchonę, &c. & in claus. seq. & Alexand. in l. si conuenerit. de iuri. om. iud.

Debitor promittens soluere ubique locorum, potest conueniri tantùm in locis habitabilibus, puta in loco domicilij, non alibi, nisi specificè etiam de alijs dictum sit. glos. not. in l. qui certo. ff. de cond. indeb.

Debitor promittens soluere ubicunque placuerit creditori, non intelligitur de loco extra domicilium, quia nihil operatur. Bald. & Alexand. in d. l. si conuenerit. de iuris. om. iudi. ubi dicit secus, si dixit, Vbicunque uoluerit creditor: quo casu debet creditor eligere locum, si ibi inueniat debitorem, aliàs non: secundum Bald. fin. in rubr. C. de const. pecu. per † tex. nota in l. Lucius. ubi hoc tenet Alexan. de deposi. † Et adde Fran. Aret. in l. actione depositi. & do. Ias. May. Instit. de act. §. plus. num. 25.

Debitor promittens respondere de debito, intelligitur promittere soluere debitum: sed promittens respondere ubiq; locorum, intelligitur promittere posse conueniri ubiq;. Bal. & Alexand. post Pau. de Cast. in l. si conuenerit. de iuris. om. iud. & Bal. in l. eam. ij. colu. C. de fideicommis. & melius per Bald. & Alexand. in l. j. ff. de in ius uoc.

20 Debitor in loco destinatæ solutionis potest conueniri, etiam pro damnis & expensis, tanquam accessorijs contractus. c. dilecti. & ibi Abb. de for. compet. Alexan. in l. quæro. † de solu. † Et per Felin. in ca. fi. de fo. compe. in x. col. & per do. Iaso. May. Instit. de act. §. plus. num. 16.

Debitor, quem promisit creditor conuenire Firmi, potest alibi conueniri, si Firmi non inueniatur. Barto. in l. bonæ fidei. ff. de eo, quod cer. loco. & omnino per Alexan. in l. alio. de eo, quod certo loco.

Debitor promittens soluere in domicilio creditoris, debet ire ad domicilium nouũ, etiamsi grauetur plus in itinere, dummodò parum grauetur eundo ad nouũ domicilium, quàm ad antiquum, arbitrio iudicis. Bal. in l. acceptã. xiij. q. C. de usur. adde no. per Alex. in l. item illa. de consti. pecu.

Debitor promittens soluere in foro suo, non potest soluere in foro creditoris, si uel gratia creditoris, uel gratia utriusq; sic promisit: secus, si fauore suo tantùm. Bal. in d. l. acceptã. xij. q. de usur. & Alexand. in l. item illa. de consti. pecu.

Debitor uagabundus potest ubique conueniri. ſ. uerb. Debitor. el j. & ſ. uer. Vagabundus. uer. iiij.

Debitor certo loco obligatus potest ubiq; cõueniri post moram. l. eum qui. & ibi Bar. ff. de iudi. & plenius per Bartolum in l. j. ff. de eo, quod certo loco. & ſ. eodem.

Debitor in loco originis conueniri potest, si ibi reperitur, licet ibi non habitet, nec contraxerit. Bartol. in l. assumptio. §. j. in fi. ff. ad municip. Item in loco cõtractus, si ibi habet bona, etiamsi ibi non reperiatur: sed per literas cogi potest. Casus est no. in ca. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. in vj. & Paul. de Castr. in l. j. ff. de eo, quod cer. loco. sed non in loco destinatæ solutionis, nisi ibi reperiatur. Angel. in d. l. j. C. de sol.

Debitor inuito creditore soluere nõ potest in alio loco, quàm in destinato. l. is qui certo. & ibi Bartol. ff. de eo, quod cer. loc. l. usuras. per Bald. & Alexan. in l. item illa. de consti. pec. Quod uerum, etiamsi Romæ contraxit: si alibi solutio fuit destinata, licet sit communis patria. Ang. & Alexan. in l. qui Romæ. in prin. de uerb. oblig.

Debitor banniti potest conueniri ubicunque inuenitur à creditore bannito. gloss. ord. in l. usuras. & ibi Bald. de sol. & Bartol. Cepo. in fin. uersi. cxxix. & ſ. eo. uer. antepe. & Alex. in l. alio. ff. de eo, quòd cer. loco.

Debitor mutans forum an possit conueniri in loco contractus, an uerò in loco primi fori. Bald. in addi. Spe. de compe. iudi. adi. uersi. translato domicilio.

30 Debitor mutans domicilium an possit conueniri in loco originis, si ibi non reperiatur. Sali. in consi. In Christi nomine, amen: quia fui interrogatus, &c.

Debitor mutans domicilium post contractum potest conueniri in loco, uel foro primo: si tamen citetur in foro, non si retinuit primum domicilium, aliàs non, nisi ratione contractus, si fuit ibi celebratus. Cardi. in cle. ij. §. denique. iij. q. de re iud. uide in Specul. de compe. iud. adi. §. j. uer. quid si debitor. uide omnino Bart. in l. ij. C. de iurisd. om. iud. ut ſ. Contrahens. uersi. xlij. & sequen.

Debitor certo loco promittens soluere certo tempore, præsumitur in dolo, si eo tempore absit à loco. Abb. in c. fi. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser.

Debitor absens propter guerram extra forum suum, ubi conueniatur. in Speculat. de compe. iudi. adi. §. j. uer. quid si aliquis.

Debitor promittens soluere in certo loco, potest cõueniri ibi tam coram ordinario, quàm coram delegato. Innoc. & doc. in c. dilecti. de foro compe. Archi. contrà in c. statutum. de rescrip. in vj. Item potest non citari in eodem loco, si inde dolo recessit. Bal. in cap. j. iiij. col. de mili. uas.

Debitor in antiquo domicilio mutato non potest conueniri pro gestis. post Bald. in rub. C. si à non compe. iud.

Debitor obligatus soluere Firmi, cogitur promittere soluere alibi, si pòst creditor bannitur ex Firmo. Bald. in l. usuras. in princ.

in princip. C. de solu. & Barth. Cep. in fin. uer. cxxix. & s. eo. uer. xxviij.

Debitor uolens soluere in domicilio creditoris, auditur. Bald. post gl. in l. usuras. C. de solu.

Debitor in dubio uidetur promittere rem tradere in loco, ubi de iure petetur in iudicio. no. in l. uinum. cum gl. fi. & ibi Alexan. si cer. pe. & in l. fi. de tritico. in l. quod legatum. de iud. Bart. in l. item illa. iij. col. de constit. pec. Quod uerum, secundum Alexand. ubi suprà, quando omnino aliquid in genere promittitur, non si in specie, ut uinum Firmanum: quia Firmi tradi debet, per d. l. quod legatum. §. præterea. & l. ratio. §. fi. & ibi Ful. ff. de actio. empt.

Debitor pauper non potest excommunicari, nec interdici, sed carcerari, nisi cedat bonis. Innocen. in c. † pe. de offi. deleg. & Bald. in Marg. uer. Inopia. † Et per Feli. in c. ad aures. in fi.]

Debitor pauper carcerari debet in carcere, in quo stant debitores, non in quo stant noxij criminum. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exact. tri. lib. x. sed in hoc consuetudo loci seruanda est. uide Ang. ibi dum dicit, quòd non potest mitti, nisi in carcere solito.

Debitor prius carcerari debet, quàm pati tenutam in bonis, cùm utrunque pati possit. Ange. in d. l. nemo carcerem. ubi uide omnino. Sed

Debitor carcerari non debet, qui est soluendo. gloss. in l. iij. §. neque tutores. ff. de suspect. tu. & suprà uerbo, Carceratio. uer. lxxix.

Debitor pauper cedens bonis an carceretur, stante statuto, quod debitor carceretur. Bald. in l. j. C. qui bo. ced. pos. Io. de Por. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto mat.

Debitor pauper potest potius uelle stare in carcere, quàm fustigari. Bal. in l. quicunq;. pen. colum. C. de ser. fug. sed si malit fustigari, quàm soluere, non auditur. Bal. ibidem.

Debitorem esse pauperem, & non soluendo, quomodo debet constare. Pau. de Cast. consi. xxxix.

Debitor nolens cedere bonis, si offert creditori rem meliorem in solutum, non potest carcerari: aliàs sic, secundum Ioan. de Imo. in l. si filio. ff. sol. mat.

† Debitor si fuerit carceratus, & non habeat unde se alat, creditor, ad cuius instantiam est incarceratus, debet ei præbere alimenta: aliàs iudex poterit eum relaxare. do. Iaso. May. in l. si uictum. in j. col. uer. alibi habes gl. no. ff. de re iud. †

Debitor carceratus, à quo petitur debitũ, potest petere prius se relaxari, & ad libertatem restitui: argu. gloss. not. in c. cùm inter. de excep. & in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de ui. ubi no.

10 Debitor cedens bonis, si celat aliqua bona, punitur in duplo. Bal. in l. qui bonis. C. qui bo. ced. pos.

Debitor bannitus habetur pro fugitiuo, & omni tempore capi potest. Bald. in d. l. qui bonis.

Debitores in hypothecaria tenentur in solidum, & carcerari potest quilibet, quamuis aliàs teneantur pro rata. Bald. in l. iij. C. de neg. gest.

Debitor cessus capiendus ad instantiam cessionarij, debet citari, etiam stante statuto, quòd debitor non citatus capiatur ad instantiam creditoris. Bald. in d. l. per diuersas. x. q. ubi idem dicit in hærede debitoris, quòd debet citari, ut discutiatur, an sit hæres: aliter non potest capi.

Debitor cessus pendente iudicio cum cedente, an possit capi ad instantiam cessionarij. Bald. in d. l. per diuersas. xv. q. C. mandati.

Debitor delegatus cum consensu suo, tenetur soluere ei, cui promisit, etiamsi non sit uerus debitor, sed solutum condicit à creditore putatiuo delegante, pro quo promisit. Casus est no. & ibi Bald. in l. si citra. C. de condict. inde.

Debitor in decem nõ potest compellere debitorem suum, qui sit creditor creditoris sui in tantundem, ad liberandũ eum. Casus no. in l. rem. §. fi. ff. de cõpens. & Lud. Pon. in sing. uer. Debitor in centum.

Debitor delegatus an prius conueniendus sit utili actione, quàm principalis. in Spe. de procu. §. fi. uer. quid si mihi.

Debitor cessus cùm conuenitur, qualiter formetur libellus. in Spe. de lib. concep. §. fin. uer. qualiter formetur.

Debitoris cessi materiam supple s. uer. Cessio.

Debitor pignus suum luere potest à creditore, etiamsi illud creditor aduocauerit per hypothecariã ab usucapiente. gl. no. & Bart. in l. j. §. cùm prædium. ff. de pig. Sed an possit in eo postea molestari ab usucapiente: ibi per gl. & Bart. & Cy. post gl. in l. usucapio. C. eo. tit.

Debitor pignus uenditum per creditorem an & quando possit recuperare, offerendo precium emptori. j. Emptor pignoris. uer. v. & j. eo. xv.

Debitor soluens primo creditori, an succedat in ius eius in pignore. Bar. post gl. in l. Aristo. ff. quæ res pig. obl. poss.

Debitor soluens creditori potest repetere pignus à fideiussore. no. in l. fideiussor. in princ. ff. de pig.

Debitor ad pignoris restitutionem potest quandocunq; conuenire creditorem, etiam post tempus, quod ad soluendum pignus est inter eos præfixum. l. j. & ij. C. de pig. act.

Debitor ante diem, uel conditionem, cogitur dare pignus, si est suspectus: ut uer. Debitor sub conditione. s. uers. ij.

Debitor de pignore testari non potest in præiudicium creditoris. l. j. & ibi Bal. in fi. C. debi. uendi. pig. impe. non po. Bal. in l. prædia. C. de fideiuss.

Debitor possidens rem hypothecatam creditori suo, potest simul & semel conueniri actione personali, & hypothecaria à creditore. Bald. in l. mulier. ff. qui po. in pig. ha. §. sed neque. in auth. de fideiuss.

Debitor unus ex pluribus quando conuenitur hypothecaria, non requiritur discussio aliorum sociorum. gloss. & Bartol. in d. l. mulier. ff. qui po. in pig. hab.

10 Debitor cogitur supplere debitori, quatenus sibi deficit ad pignus minus uenditum. Bal. in l. j. C. de pig. & ibi Bar.

Debitor pignus in solutum dare non potest creditori inuito. l. j. & Bald. C. de pig.

Debitor offerẽs solutionem debiti, recuperat pignus. l. si rem. §. fi. ff. de pig. act. Secus si uelit dare fideiussorem. l. quod si non soluere. eo. tit. l. fundus, qui. ff. de rescin. uen. & l. si residuum. C. de remis. pig. Bart. in d. §. fi. & in l. fi. eo. tit. & in l. acceptam. C. de usur. & in l. item. §. qui paratus. & in l. pen. ff. quibus mo. pig. sol. ubi dicitur uerum, nisi actum sit à principio, ut ibi. & tenet idem quod s. Ioan. de Imo. & l. si seruus communis. ff. de publi. iud.

Debitor pignoris uenditionem impedit protestando, & offerendo debitum, nõ protestando solummodò. l. ij. & ibi Bal. C. debi. uendi. pig. impe. non pos. de quo uide omnino Bart. in l. fi. ff. de distra. pig.

† Debitor meus obligans mihi pignori aliquam rem suam, & non tradat, si illam rem uendat sine mea licentia, committit furtum. Tex. est in l. si is, qui rem pignori. ff. de furtis. quem dicit sing. Iacobi. de san. Geor. in l. manifestissimi. §. sed cùm in secundam. C. eo. †

Debitor in testamento suo non potest prohibere pignus uendi. l. j. & ibi Bald. C. debi. uen. pig. impe. non pos. Bald. in l. prædia. C. de fideicommiss.

Debitor an pignus uenditum recuperet ab emptore. l. si creditor. ff. de distra. pig. in l. cùm uenderet. de pig. actio. quòd sic, si offerat precium ei. d. l. si creditor. nisi in casu l. Titus. eod. titul. Vide in l. fundus, qui. de rescin. uen. & uide in l. ij. & ibi Bald. C. si anti. cre. Item potest uendere pignus inuito creditore, si ei soluat, uel satisfaciat. auth. hoc si debitor. & ibi Bald. C. de pign.

Debitor pignorans rem alienam, ad quid teneatur. no. in l. qui debitor. ff. de pig. act. quòd ad interesse.

Debitor debet stare colono creditoris in pignore. l. in uenditione. §. j. & ij. ff. de bo. autho. iudi. pos. secundum Ioan. de Por. in l. si filio. §. fi. sol. mat.

Debitor non liberatur per uenditionem pignoris factam à creditore, nisi creditor precium receperit. l. quæsitum. in princip. & ibi Bartol. ff. de distra. pig. & l. fi. eo. tit. ubi Barto. dicit uerum, nisi & res emptori tradatur, quia debitor tunc demùm liberatur, cùm res traditur emptori, & precium soluitur creditori.

Debitor pignus auocare non potest à possessore, nisi prius ei precium restituat, quòd possessor per hypothecam conuentus soluerit creditori. l. si creditor. & ibi Bart. ff. quibus mo. pign. uel hypo. sol.

20 Debitor cuius bona sunt hypothecata creditori, debet ei dare instrumentũ cõtra debitorem suum. Bar. in l. Aristo. in prin. ff. de iure delib. per l. fi. ff. de bo. autho. iud. pos.

Debitor inuadens pignus possessum à creditore, incidit in pœnam. l. si quis in tantum. C. unde ui. secundum glos. Bartol. & doc. ibi.

Debitor cedens pignori, nõ liberat. l. j. & ibi Bart. C. de pign.

Debitor, pro quo alius soluit creditori, non potest pignus repetere, nisi soluenti reficiat id quod soluit pro eo. l. si creditor. & ibi Bartol. ff. de pig. act.

Debitor in sylua pignorata creditori, an possit incidere arbores. s. uer. Arbor. uer. xxiij.

Debitori agenti pignoraticia actione an & quando potest referri quæstio dominij per creditorem. no. in l. non unde. C. si cert. pet. & in l. si quis conductionis. C. loca. Bald. in l. creditoris. C. de pig. quòd non, sed bene potest dicere non esse pignus. ut ibi.

Debitor condemnatus an post adiudicationem pignoris factam creditori possit offerre, & pignus recuperare. in Spec. de execu. sen. §. vj. uer. item quòd si.

Debitor non auditur de possessione, quando creditor agens hypothecaria missus est ex primo decreto, & est paratus incontinenti probare hypothecam. Bartol. in l. iij. §. fi. ff. de acquir. pos.

Debitor, cuius pignus uenditum est per creditorem pro precio uiliori, potest agere contra creditorem ad residuum precij, & in subsidium contra emptorẽ ad pignus sibi restituendum, & si emptor participauit fraudem cum creditore. l. j. & ibi Bald. C. si uendi. pign. aga. & Bartol. in l. fina. ff. de distra. pig. nisi uendiderit creditor cum authoritate iudicis, per l. fin. C. de magi. conue.

Debitor pro quo est pignorata res mea apud creditorem, potest à me conueniri, ut luat pignus meum, si diu stetit apud creditorem. ut per Bartol. in l. si ut certo. §. nunc uidendum. ff. commodati. el ij. ubi uide omnino.

30 Debitor uolens uendere domum pignoratam creditori,

potest inuito creditore inducere emptorem, ut uideat eam, & ei cameras ostendere. Bart. in l. quamuis. ff. de pign. actio. & in l. à diuo. §. sed & illud. in fi. ff. de re iud.

Debitor decipiens creditorem in pignore, quomodo conueniatur, uide in l. si quis pignus. in princip. ff. de pign. act. & s. uer. Creditor in pignore. uers. 100.

Debitor potest conducere pignus à creditore, & illud precario tenere ab eo. l. cũ sorte. §. pignus. & ibi Bar. ff. de pig. act.

Debitor dans in pignus rem alienam, uel propriam alteri obligatam, tenetur crimine stellionatus, nisi pignus pro utroq; debito sufficiat. l. si quis pignus. §. sed & si quis. ff. de pig. act. Sed quomodo agant tunc creditores, gl. & Bart. in l. si debitor. ff. de pig. & suprà eo. uer. xvj. & xxxj.

Debitor nõ potest emere pignus à creditore. l. debitor. in prin. & ibi Bartol. ff. de pig. act. & in l. si tibi mandauero. §. si chorus. ff. mandati. & Cy. in l. j. C. si ser. ex. ubi etiam per Bald. & j. eo. uer. xlviij.

Debitor contrectans pignus, tenetur de furto. Bartol. in l. sed nec. in fi. ff. de condi. fur.

Debitor agens pignoraticia actione contra creditorem uel rei uendicatione ad pignus, debet probare de dominio suo, quando creditor negat esse pignus, & sic eneruat quæstionem pignoris. quod potest. l. neq; pignus. ff. de reg. iur. Secus, si ibi refertur quæstio dominij: ut quia creditor fatetur pignus, sed negat esse debitoris: qa hoc non potest: ideo debitor tunc nõ debet probare de dominio. Bal. in l. res creditoris. C. de pig. act. quod etiam uide. in l. ij. C. si cert. pet.

Debitor an neget de proprietate pignoris. in Specul. de actore. uer. item impediuntur. aliàs item eluditur.

Debitor pignorans rem duobus, non punitur pœna falsi, sicut uenditor. j. uer. Venditor tenetur. uer. lxxiij.

Debitor ad pignus non agit actione pignoraticia, nisi soluto debito. l. res. & l. pignoris. & ibi Baldus, C. de pig. act.

40 Debitor soluens partem debiti, an possit repetere partem pignoris. no. in l. quamdiu. C. de distr. pigno. & in l. si necessaria. §. si unus. ff. de pigno. actio.

Debitor tenetur de euictione pignoris uenditi per creditorem, cùm creditor non teneatur. gloss. & Bald. in l. j. C. credi. eui. pign. non deb.

Debitor agere debet prius contra creditorem, qui uendidit suum pignus dolose, in subsidium uerò agit contra emptorem. l. j. C. si uendi. pig. aga. Quod intellige, restituto precio emptori, secundum Bald. in l. fi. C. de resti. mi.

Debitor rem hypothecatam uni non potest alteri legare, uel donare. l. debitor. & ibi Bald. C. de pig.

Debitor restituitur in integrum aduersus uenditionẽ pignorum factam, ipso absente. l. si cum militaribus. & ibi Bald. C. de restit. mili. Quod uerum est, secundum gl. Bar. & Bal. ibi, nisi pignus fuerit uenditum ex conuentione.

Debitor fisci potest rem suam pignoratam, & uenditam per fiscum minori precio, quàm debuit, uendicare, si precium offerat. j. uer. Debitor fisci. uer. xx.

Debitor dando pignus uidetur renunciare exceptioni, qua tutus est. l. sed si pater. in prin. ff. ad Maced.

Debitor à uenditione pignoris an possit appellare. Barto. in l. fi. in fi. ff. de appel. reci. & C. de distr. pig. l. residuum. l. quamdiu. eo. tit. l. pe. C. de rescin. uen.

Debitor pignus redimere potest à creditore illud uẽdente ex pacto. Bald. in l. iij. C. de nau. fœn. per l. debitor. §. j. ff. de pig. actio. Quod est uerum, etiam per interpositam personã. Bal. in l. j. C. si cer. pet. ubi tamen dicit, quòd non dicitur propriè emptio. & s. eo. uer. xxxiiij.

Debitor dicitur uendere pignus, licet creditor uendat. Bald. in l. j. C. si ser. ext. in q. de pupillario creditore uendente: sed an quando iudex uendit. Bal. in l. ordo. C. de execu. rei iud.

50 Debitor an agat ad pignus actione pignoraticia. Bald. in c. j. de feu. da. in uic. legis commisso. & quæ sit forma libelli. j. Libellorum formæ.

Debitor tenutam recuperare potest ex primo decreto datam intra triginta annos. in auth. de exhi. re. §. si uerò. & ibi Ang. pen. col. coll. v. Sed

Debitor petens reuocari tenutã nõ auditur, nisi satisdet. Ang. in auth. de exhi. re. §. si uerò. doct. in auth. ei, qui. C. de bo. autho. iud. poss.

Debitor non agit hypothecaria actione antè, quàm soluat, uel debitum offerat, licet offerens ante sententiam rectè egisse uideatur. in Specul. de actore. uer. item excipitur contra actorem.

Debitor pignus precario nomine creditoris possidẽs, an trãsferat dominium in emptorem, si illud uendat. Bart. in l. Celsus. ff. de usucap. & Bal. in l. nulla. C. de rei uen.

Debitor in sylua pignorata an possit nauim facere. Barthol. Cep. in tracta. de serui. rust. c. de monte. iij. q. & suprà, Arbor. uer. xxiiij.

Debitor interitu pignoris liberatur. l. seruo. & l. si tibi. & ibi Bald. C. de pign.

Debitor offerens suo creditori debitum, potest repetere pignus etiam uenditum per contractum simulatum. l. ei, qui. & ibi Bald. in fi. C. de di. pig.

Debitor possidens pignus, nõ præsumitur illud alienasse. Bar. in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. sol.

Debitor an teneatur per hypothecã obligare omnia bona sua. Bart. in l. prætoriæ. la fi. ff. de præto. stip.

60 Debitor potest agere contra creditorem, ut uendat, quam rem uult ipse debitor de pluribus pignoratis. Bart. in l. creditoris. in prin. ff. de distra. pig. per l. quamuis. §. j. ff. de pig. acti. & C. qui po. in pig. ha. auth. nisi alias, item possessor. Et nisi debitor id petat, electio est creditoris. d. l. creditoris. & ibi Bart. quod no. Secus est in datione in solutum, secundũ Bald. in auth. hoc si debitor. C. de solu. nisi ecclesia sit debitrix. secundum Bar. in auth. hoc ius porrectum. de sac. sanc. eccle. & s. uerb. Creditor in hypotheca. uersicu. xxij.

Debitor petit à cohærede id plus, quod alter cohæres cohæredi soluit pro pignore. Bar. in l. si pignori. in fi. ff. fami. ercisc. per l. si inter colonum. §. fi. ff. de pig.

Debitor tutus exceptione doli soluens an repetat. Bart. Ang. & doct. in l. si quis cùm aliter. de uer. ob. gl. & Bartol. in l. qui se debere. ff. de condi. ob cau. & in l. ij. C. de rescind. uendi. quod no.

Debitor tutus exceptione potest implorare officium iudicis, ne molestetur. j. uer. Officium iudicis. el secundo. uersi. xlix. & j. eo. uer. v.

Debitor tutus exceptione fauorabili perpetua soluens repetit indebitè solutum. l. qui exceptionem. de condictio. indebi. Secus, si est tutus exceptione fauorabili temporali. l. quod nomine. eo. tit. sed tutus exceptione dubia fauorabili, quia præsumitur perpetua, repetit. l. sufficit. eo. tit. secundũ doct. & Bartol. ibi: & Cy. in d. l. quod nomine. tutus autem exceptione perpetua odiosa non repetit. d. l. qui exceptionem. & † ibi doct. eod. tit. † Adde Raph. Ful. in consi. cxxxv. in prin. iij. colum. ubi an dicatur debitum, ubi quis tutus est exceptione peremptoria, & perpetua.]

Debitor dicitur tutus exceptione, etiam ante, quàm liberetur ab hærede, qui grauatus est liberare debitorem. l. si creditoris. C. de fideiuss. gl. in l. si non sortem. §. adeò. ff. de condi. inde. secundum Pau. de Cast. in l. si intra. ff. de pac.

Debitor tutus exceptione potest implorare officium iudicis, ne molestetur. l. iiij. C. qui bo. ce. poss. Quod uerum est, etiamsi statutum impediat opponi exceptionem. Bartol. in l. j. §. j. ff. quod ui, aut clàm. in l. quæritur. ff. de in ius uocan. & Bartol. in l. planè. ff. de peti. hære. & j. uer. Officium iudicis. uersi. xlix. lviij. & seq.

Debitor tutus exceptione dando pignora, uidetur renũciare exceptioni. l. sed si pater. in princ. ff. ad Maced.

Debitor tutus est in hospitali, sicut in ecclesia. Bald. in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus. C. de epi. & cle. in xv. col.

Debitor tutus præscriptione soluens debitum præscriptum, an repetat. Bal. in l. cùm quis. ix. co. C. de iur. & fac. ign.

Debitor cũ iuramento promittens nõ impetrare moratoriã, si impetrat, an sit periurus. Cy. & Sal. in l. fi. C. si contra ius.

30 Debitor tutus exceptione rei iudicatæ iniustè, an teneatur in foro conscientiæ. Bald. in l. cùm quis. ix. colum. C. de iur. & fac. ign.

† Debitor tutus ope exceptionis an dici possit, ꝓpriè debitor in diem, uel sub conditione. uide Fran. Are. consi. cvij.

Debitor tutus exceptione, si patitur se alteri delegare, uidetur exceptioni renunciare, & donare. l. si quis delegauerit. ff. de noua.

Debitor

Debitor tutus præscriptione, quo ad principale debitum, uel actionem realem, est etiam tutus, quo ad usuras & fructus. l. eos. & Bald. ibi. C. de usur.

Debitor tutus ut non cogatur soluere, si soluat, an repetat. Bal. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen.

† Debitor protestatus intra biennium creditori non esse numeratam pecuniam, tutus est perpetuò exceptione non numeratæ pecuniæ. Raph. Fulg. in consi. clxiij. in fi. iij. col.]

Debitor ad factum obligatus non cogitur præcise ad faciendum, sed liberatur præstando interesse. l. si quis ab alio. ff. de re iud. & ibi Bartol. & doct. & plenius per Bartol. & Alexan. in l. stipulationes non diuiduntur. de uer. oblig. Quod uerum, etiamsi factum sit fauorabile, ut manumittere. gl. & Alex. in l. si pecuniam. §. si acceperit. de condi. cau. data. & plenius per Alexand. in l. stipulationes non diuiduntur. pe. char. de uerb. oblig. Item uerum, nisi ex guarentigia, secundum Bal. in l. j. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. proferuntur. & dixi j. uer. Guarentigiæ executio. uer. vij. Item nisi quis ante sententiam non offerat interesse, post sententiam enim præcise cogitur. Bald. in c. si facta. in prin. si de feu. fue. controuer. in usi. feu. Item nisi debitor habeat facultatem rei tradendæ. Instit. de contrah. emp. §. j. & ff. de actio. emp. l. j. & tenet Bald. in d. c. si facta. Bald. in l. contractus. C. de fide instr. & in l. si traditio. de actio. emp. & plenius per Alexand. in d. l. stipulationes non diuiduntur. pen. colum. & infrà, Venditor tenetur. uer. lxxxviij. Item nisi sit uẽditor condemnatus per sententiam. Casus est not. & ibi doct. in l. qui restituere. ff. de rei uen. Item nisi in obligato ad seruitutem. Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. iij. q. de uer. obl. & Alexan. post gl. in l. sed si me putem. §. j. de condict. inde. Item nisi sit collator beneficij. Bald. in d. c. si facta. Item nisi factum fisco debeatur. l. fideicõmissaria. §. fin. de leg. iij. iuncta l. Respublica. C. ex qui. ca. ma. Item nisi factum sit iuratum à debitore. gl. sing. & doct. in l. si pecuniam. ff. de condi. ob. cau. & Alexand. plenius ibi: & in l. si conuenerit. in prin. de iurisd. om. iud. & in l. stipulationes non diuiduntur. de uer. ob. & probatur in c. fi. ne præla. ui. su. & Anto. & But. ibi, qui idem tenet post Innocen. in cap. ueniens. de iureiur. & Host. in cap. per tuas. de arbi. licet But. contrà, in c. j. de iud. uidelicet in terminis illius cap. uidelicet in pacto iurato de litigando coram cõpetenti iudice. Sed uerior prima opi. secundum Alexand. facit cap. ad nostram. j. de iureiu. Item nisi factum debeatur legis dispositione. l. istud. C. de excus. mun. lib. x. & tenet Bart. in l. si cum exceptione. §. sed & si quis. quod me. cau. Bald. in l. nec patronus. de ope. lib. Item nisi quis possideat rem alienam precario nomine domini. Bal. in d. l. j. C. de sen. quæ pro eo, quod interest, profe. & ibi Pe. de Su. & Moder. Item nisi sit electa industria personæ. Bar. in l. j. §. j. ff. de de ces. bo. & Ange. in l. fi. si quis in ius uoc. non ie. & Alexand. in l. j. de act. emp. ubi etiam dicit tunc interesse, non uenire in petitione, secũdum Ang. in d. l. fi. Item nisi quando debet quis respondere positionibus. l. j. §. sed quod rescriptum. & ibi Dy. & Ray. ff. de uent. inspi. & glo. in cap. ij. de confes. in vj. Item nisi quis debeat aliquod opus pium, secundum Bald. in d. l. j. Item nisi quis promiserit scribere libros legales, secundum Bal. in d. l. j. in antepe. col. & in l. si traditio. de actio. emp. nisi sit factus doctor. Bal. in d. l. patronus. Item, nisi quis sit debitor collectarum. Bal. in l. etiam. pen. col. C. de exe. rei iud. Item nisi sit debitor ad factũ ex testamento. l. fideicommissa. §. fi. & ibi Bar. de leg. iij. & in l. non dubium. §. fi. eo. tit. & Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. de uer. ob. & Alex. in l. si ita stipulatus de uerb. obl. Item nisi in facto consistat utilitas publica, secundum Bald. in d. l. j. & in l. nec patronus. de ope. lib. Item nisi factum debeatur authoritate iudicis. Bald. in d. l. nec patronus. & in d. l. si traditio. j. q. C. de actio. emp. Item nisi obligato ad uendendum, si sibi precium offeratur. gloss. singu. in l. qui fundum. ff. de contrahen. emp. secundum Io. de Por. in l. fideiussor. §. meminisse. de leg. j. & j. uer. Obligatus. uers. xlix. Item nisi cũ do, ut facias, id est, ut manumittas, quia cogeris præcisè facere, si mea interest. Bald. in l. cum precibus. C. de re. permu. & Alexand. in l. stipulationes non diuiduntur. de uer. oblig. & in l. qui Romæ. §. Flauius. eo. tit. & Alex. in l. si pecuniam. §. sed si acceperit. de condi. cau. data. Item nisi in domino feudi. j. Dominus. uersi. xv. Item nisi in criminalibus, in quibus quis præcisè cogitur respõdere. s. negare, uel confiteri. Bal. in l. ea quæ. in fi. C. de condi. indebi. Item nisi in procuratore, quia ante datum libellum cõtra reum cauit de defendendo in causa reconuentionis, quia præcisè cogit defendere. Bart. in l. sed & hæ. §. præter. ff. de procu. Item nisi in iudicialibus, secundum Bar. in d. §. præter. & in l. filius. §. fi. eo. ti. Itẽ in facto, quod potest facilè expediri. Ang. & Rap. in l. stipulationes non diuiduntur. de uer. ob. post. Io. And. in Spe. de emp. & uen. §. sciendum. in addi. de emptore, &c. Ang. in l. in stipulationibus. §. operarum. eo. tit. sed Imo. & Lud. & Alex. in d. l. stipulationes. tenent contrà. Item nisi in procuratore, qui præcisè cogit defendere. §. d. preter. Quod uerum, secundum Bar. ibi, si reperitur extra domũ, sicut dominus. quod no. Item in quolibet procuratore, qui post litem contestatam præcisè cogitur iudicium agitare. Bar. in l. mutari. in prin. ff. de procur. Item in procuratore ad soluendum constituto, secundum Bart. in d. l. filius. §. fi. eo. tit. Item in procuratore, pro quo dominus satisdedit: quia tenet precisè iudicium suscipere. Bart. in d. l. filius. §. procuratorẽ. ubi dicit idem, quando acceptauit mandatũ. Item nisi ad iurandum de crimine, quia precise cogitur. l. Marcellus. in fi. ff. re. amo. aliàs non, secundũ Bal. in §. sed iuramento. in l. generaliter. C. de re. credi. & iureiu. Item nisi uenditor habeat rem, quam tradere debet, si est dominus, cogitur ad dandũ præcisè: si uerò nõ est dominus, cogitur ad tradendũ, si habet rem, aliàs ad interesse tenetur. Bal. in l. contractus. j. q. C. de fi. instru. & in l. si traditio. j. q. C. de act. emp. & j. uer. Venditor tenetur. uer. lxxxviij. Item nisi ad faciendum instrumentũ de cõtractu: quia cogitur præcisè. Bal. in l. plures. C. de fide instru. per l. sicut. C. de lib. causa. Item nisi quis teneatur ad pœnam, & mora purgari non possit. Bal. in l. j. x. colu. C. de his, quæ pœ. no. Item nisi quis teneatur subire iudicium pro alio. Cy. & Bal. in l. ij. C. de hær. uel act. uen. & no. in l. si mora. C. de euic. Itẽ nisi in tutore, & curatore, qui præcisè coguntur defendere. Bartol. in l. iij. & in l. inuitus. C. de procu. Sed quid in ratificatione. Bartol. in l. Pomponius. vij. colum. ff. de neg. gest. Item nisi promiserit aliquem sistere in iudicio: quia cogitur præcise. Pau. de Cast. & Alexand. in l. eum, pro quo. ff. de in ius uoc. sed ibi gloss. sentit contrarium, & quando interesse succedit in obligationibus facti, illud est in petitione. j. Interesse petitur. uer. j. & xxij.

Debitor plurium ad factũ cogitur uni tantùm soluere, uolentibus alijs: secus, in debitore ad dandum. s. Debitor soluens.

Debitor obligatus ad factum, potest etiam post moram conueniri ad illud, omissa actione ad interesse. l. ij. §. itẽ si ex facto. cum gl. de uerb. oblig. Alex. in l. si eum. in fi. princ. ff. si quis cau. Adde j. Obligatus. Adde Alexand. singulariter in d. l. ij. §. ex his. iij. colum. & Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. ix. q. eo. tit. Et si eo mortuo conueniatur unus hæredum ad illud interesse, non tenetur, nisi pro rata: secus, si conueniatur ad factum, quod potest, ut scilicet condemnetur ad interesse, quia tũc solidum tenetur præstare interesse. Alex. sing. in d. §. ex his. iij. colum.

Debitor ad factum alienum constituitur in mora per protestationem. uide omnino Alexand. post Bartol. in l. quod te. in fi. ff. si cer. pe.

Debitor obligatus ad factum, potest statim cõueniri ut faciat, uel inchoet: sed ad interesse non, nisi finito tempore, intra quod fieri debeat. not. in l. si ita stipulatus. & ibi Pau. de Ca. & Alex. in l. interdum. de uerb. oblig. Et si incipit facere ante litis contestationem, non cogitur ad litem contestandem super interesse. not. in l. si insulam. Sed Pau. de Cast. & Alex. ibi. ij. colum. de uerb. oblig. ubi etiam Paulus & Raph. dicunt idem, si offert se ad factum post petitionem ad interesse, tamen lit. conte.

Debitor obligatus ad factum, nunquam cogitur præcisè, quando potest excusari aliqua iusta de causa, secundum Bart. no. in l. filius. §. procuratorem. ff. de proc.

Debitoris ad factum obligati materiam supple j. uerbo, Obligatio. & uer. Obligatus. per discursum.

Debitor speciei debet eam præstare, qualiscunq; sit. sed debitor generis subalterni, puta ad decem uegetes de uiginti, potest præstare quas uult de uiginti, dummo-

dò prǽstet integras. l. pe. §. si dolia. & ibi Bar. ff. de actio. emp. Item si occidit ex causa iusta, nõ tenetur. l. qui insulam. & ibi doc. & Alexand. de uerb. ob.

Debitor speciei ante moram non tenetur de periculo, sed liberatur interitu rei. l. si ex legati causa. & ibi doc. & Alex. post Bart. de uerb. ob. not. in l. incendium. C. si cer. pet. Quod uerum est semper: ut ibi, & no. in l. si Stichum. de uerb. obli. & in l. quod te. ff. si cer. pe. & no. in l. fi. per Bald. C. de condi. inser.

Debitor speciei perditæ sine culpa sua, liberatur satisdando se eam restituturum, si unquam ad manus suas perueniat. Bar. in l. quod te mihi. ff. si certum pe. in fi. l. cum res. §. pe. de leg. j. & in l. seruo legato. eo. tit. Et si dolo desijt rem habere, non debet habere terminum ad rem reducendam, sed debet in continenti cogi ad soluendum æstimationem rei extantis: secus, si culpa. Quando autem res non extat, tenetur utroq; casu, si culpa fuit talis, ut ex natura obligationis ueniat, secundum Alex. post Pau. de Ca. sing. in l. quod te. si cer. pe.

Debitor speciei ex contractu bonæ fidei non tenetur de interitu tantùm naturali contingente post morá, si res fuisset eodem modo peritura apud creditorem: sed ex contractu stricti iuris tenetur indistinctè de interitu etiam non naturali post moram. Bal. sing. in l. nemo. §. si post. de uer. ob. ubi Ioá. de Imo. & Alexand. reprobant.

Debitor serui sciens esse alienum, tenetur de negligentia. l. si seruum. §. Stichum. & ibi Pau. de Ca. & Alex. de uer. ob.

Debitor expensas faciens in curando seruum, uel rem debitam, an repetat à creditore: uide per Bartol. & Ang. & Alex. in d. l. si seruum.

Debitor bonis ad diem ex causa onerosa, tenetur eo mortuo ante ad corium, & cornua. Bartol. & Alex. in l. si Stichus. de uer. oblig. & ibi uide quid si occidatur à creditore.

Debitor speciei tenetur de interitu speciei peréptæ intra tempus purgandi moram. l. scimus. in fi. & ibi Bar. C. de fideiuss. & Alex. in l. si ex legati. de uer. ob.

Debitor speciei liberatur, si ante moram res desijt esse in commercio. l. in illa stipulatione. & l. seq. & ibi. Alexand. de uerb. obl.

Debitor fundi non liberatur præstando fundum, detracto usufructu, uel econtrà. l. eum, qui ita. ij. & ibi Alexan. de uerb. ob. & l. si ita stipulatus fuero, si Titio. §. j. eo. tit.

Debitor uini Asculani debet illud tradere Asculi, nisi aliud actum sit. s. Debitor in loco contractus. uers. fi.

Debitor quantitatis, uel speciei, & sic alternatiuè soluens partem quantitatis, non uidetur eligere soluere quantitatem, sed potest uariare. Pau. de Cast. Raph. Lud. & Alexand. in l. j. in fi. de uerb. ob.

Debitor speciei, uel generis subalterni, debet portare ad domum creditoris: ut si teneatur ad decem salmas de tali uegete, uel horreo, secundum Bartol. in l. item illa. ad fi. ff. de constit. pecu.

Debitorum speciei unus non soluit partem alterius, & pro altero: quia neuter solutione partis liberatur. Bar. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati. in l. eadem. de uer. ob.

Debitor speciei post moram tenetur etiam ad fructus, & interesse, si est in dolo: sed debitor quantitatis tenetur ad interesse lucri cessantis probandum iuramento actoris, siue contractus sit bonæ fidei, siue stricti iuris: si uerò est in culpa, tenetur ad interesse probandum per testes. glos. & doc. in l. nummis. ff. de in litem iur. Sed debitor obligatus ad factum, si est in dolo, tenetur ad interesse probandum iuraméto actoris. Bar. in l. actionibus. ff. de in litem iur. sed debitor ex contractu stricti iuris tenetur ad probandum iuramento, si aliter probari non possit, & fuit in dolo. gl. & doct. in l. actionibus. & in l. nummis. ff. de in litem iur.

Debitor speciei pluribus debitæ, liberatur ab omnibus interitu speciei. l. filius. §. fin. & ibi Bart. ff. de leg. j.

Debitor speciei peremptæ ab alio, an teneatur cedere actionem legis Aquiliæ creditori contra occisorem. Bar. & doc. in l. si Stichus. ff. de uer. ob.

Debitor speciei obligatus ad pecuniá propter speciem, soluendo speciem liberatur à solutione pecuniæ. Dy. in l. si fundũ. per fideicommissum. de leg. j. ubi casus. & in l. si uerò. §. fi. ff. sol. mat. & Lud. in sing. uer. debitor, qui propter.

Debitor generis soluendo debet cauere de euictioné. Bartol. in l. cùm quis. §. qui hominem. de so. per l. fi. ff. de condit. ob cau. secundũ Ioan. de Por. in l. si domus. §. de euic. de leg. j.

Debitor generis subalterni, puta ad decem uegetes uini de uiginti, quæ sunt in domo, potest præstare quas uult, dummodò præstet integras. l. pe. §. si dolia. & ibi Bart. ff. de act. emp. & s. uerbo proximo. uer. j.

Debitor generis subalterni tenetur portare ad domum creditoris. Bart. In l. item illa. in fi. ff. de constit. pecu. & s. uer. Debitor speciei. uer. xiij.

Debitor generis non liberatur interitu quantitatis. glo. & doc. in l. si ex legati causa. de uer. ob. & no. in l. incendium. C. si cer. pet. Quod uerum, nisi quando ad ipsum aliquid de genere peruenisset. l. utrum. ff. de pet. hær. l. Titius. & ibi Paul. de Cast. ff. de præscrip. uer. Ioan. de Por. in d. l. si ex legati causa. & Alexand. in fi.

Debitor generis liberatur soluendo quod minimum est in illo genere. l. fideiussor. & ibi Bartol. ff. manda. uide in l. legato generaliter. de leg. j.

Debitor generis liberatur per interitum, si creditor in se suscepit periculum: aliàs non. l. fi. & ibi Bal. C. de nau. fœno.

Debitor generis liberatur soluẽdo quamlibet speciem eiusdé generis. l. cùm is. §. qui hominem. & ibi Bar. ff. de cond. inde. & dicitur similis debitori alternatiuè: ut ibi, cum glos.

Debitor generis, uel quantitatis, non liberatur soluens translato dominio in creditorem. Bal. in l. j. C. si seruus extero.

Delinquens in rem tenetur, etiamsi res omnino perijsset apud creditorem. j. uer. Periculum. uer. viij.

Debitor generis non liberatur interitu generis, quia illud non potest perire. l. incendiũ. C. si cer. pe. l. si ex legati. & ibi doc. & Ang. & Alex. de uerb. ob. qui dicũt uerum, nisi genus debeatur pro specie certa, quia liberatur interitu speciei. l. quidam. §. si tibi. & l. filiusfami. §. fin. & l. Titiæ textores. §. fina. de leg. j. licet Raph. Fulg. contrà in l. quod te. si cer. peta. Et intellige, si genus, uel quantitas debita pro specie certa sit incerta, secus si certa. l. uir uxori. & ibi Bartol. & doc. præal. secundum Alexan. ubi s. & in l. quod te. si cer. pe. & j. §. proxi. uer. vij.

Debitor generis subalterni liberatur interitu eius. l. in naue. ff. locati. Alex. & doct. in l. si ex legati causa. de uer. ob.

Debitor ad fructus certi fundi, liberatur fructibus non natis, uel natis, & consumptis. Bartol. & Alex. l. inter stipulantem. §. sacram. de uer. ob. & per Bald. in c. j. de natu. feu.

Debitor generis offerẽs liberatur à duobus, scilicet à casu fortuito, & leuissima culpa. Bald. in l. acceptam. vj. q. C. de usuris. & in l. iusta. sol. ma. & Alex. in l. qui decem. de solu.

Debitor generis liberatur perempta re obligata. l. huiusmodi. §. si cui. & ibi Bar. ff. de leg. j.

Debitor quantitatis si conuenitur ad partem tantùm, cogitur soluere partem: sed uolens potest petere se conueniri ad totam. Bartol. in l. commodato. §. duobus. ff. commodati.

Debitor quãtitatis respectu speciei, liberatur interitu speciei. l. Titiæ textores. & ibi doc. de le. j. & ibi Bartol. & in l. cùm res. §. si Stichus. & in l. quidá. §. si tibi. eo. tit. Vide Bart. in l. si certos. de uer. obl. Ioan. de Por. in l. si nullo. §. quod ait. ff. sol. ma. & Alex. in l. quod te. si cer. pet. & in l. si ex legati causa. de uer. ob. & s. §. proximo. uer. x.

Debitor quantitatis respectu rei, liberat soluendo rem. l. si fundum per fideicommissum. & ibi Bart. de leg. j.

Debere uestem decem florenorum, uel debere decem florenos pro ueste, paria sunt. not. in l. in his. §. j. iũcto tex. & summario Bar. secundum Ioan. de Imo. ibi. sol. ma. & Bal. in l. j. in lect. antiqua. C. communia de leg.

Debitor quantitatis in specie, liberatur interitu quantitatis. l. si certos. & ibi Bartol. & Alexand. de uer. obl. nec potest soluere aliud, inuito creditore. Bald. & Alex. in l. cui fundus. §. j. si cer. pe. per gl. in l. j. §. j. e. tit.

Debitor massæ argenti certi ponderis, potest soluere, etiá inuito creditori, pecuniam argenteam, ære non contaminatam. Vnde non potest soluere quatrinos, uel sextinos, uel denarios rameos. Bartol. in l. j. ff. de aur. & arg. leg.

Debitor in centum florenis nõ potest soluere pecuniam ære contami-

contaminatam, ut quatrinos, & simil. sed debet soluere argenteam. Bar. in d. l. j. ff. de aur. & arg. leg.

Debitor quantitatis pro specie certa, quæ sit in solutione, & non in obligatione, liberatur eius interitu. l. electio. §. si is. & l. seq. §. pe. de noxal. Alex. in d. l. si ex legati.

† Debitor, quando quantitas debeatur respectu certæ rei, liberatur soluta specie. do. Petr. Phil. Cor. in consi. xlix. incip. Viso. in litera B. in iiij. parte.]

Debitor in libris decem Bononinorum, non potest soluere de Mutinensibus eiusdem ualoris, nisi cõsuetudo aliter se habeat. Alex. in l. Paulus. de sol. & ĵ. Legatum quantitatis. uersic. antepenult.

10 Debitor in centum libris denariorum ad pecuniam minutam, non potest soluere in auro, uel glossis. Bart. in l. j. §. j. de auro & argento legat. ubi dicit uerum de iure, nisi consuetudo seruet contrarium. & tenet Bar. in l. cùm centum. eod. ti. ubi etiam dicit, quòd si intra tempus promissionis & solutionis, fieri contingat mutuatio in monetis, debet inspici tempus solutionis, nisi fuisset mora commissa, secundũ Bar. ubi s̄. & ĵ. uer. Obligatio pœnalis. uer. v.

Debitor quantitatis an liberetur soluens translato dominio in creditorem. Bald. in l. j. C. si ser. extero.

Debitor pecuniæ liberatur interitu pecuniæ, si debitor obtulit creditori, qui recipere noluit. l. qui decem. in princip. ff. de sol. secundum Bart. post glo. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. peta.

Debitor in florenis non potest soluere monetam, & econtrà nisi cõsuetudo sit in contrarium. Bart. in l. Paulus. ff. de solut. Vide de materia per Alex. in l. cùm quid. si cer. peta. & in d. l. Paulus.

Debitor ad dotem mutata moneta, ad quid tenetur. ĵ. Dos restituta. uer. xv. & seq.

Debitor in decem aureis potest soluere monetam argenteam de consuetudine. Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. solut. ma. Vide omnino Bald. & Ioan. de Imo. in l. non amplius. §. bonorum. de legat. j.

Debitor in decem florenis aureis, si florenus decrescat, tenetur ad interesse. Alex. in l. nummis. ff. de in lit. iuran. per no. per Bar. in l. Paulus. iiij. col. de sol.

Debitor pecuniæ in specie, ut in sacculo, non potest soluere de alia moneta. Barto. in l. talis scriptura. de leg. j. Alex. in d. l. Paul. de sol.

Debitor in decem florenis an restituat florenos, quorum æstimatio mutata est: uide Bartol. in l. penul. §. fin. ff. solu. matrim. & in l. Paulus. ff. de sol. quòd si dedi centum libras in florenis, cum pacto, quòd reddantur in florenis sub eadem æstimatione, si florenus fiat deterior, debes mihi supplere. Bar. in d. §. Mæuia.

Debitor in decem florenis, non liberatur propter reprobationem florenorum. Bar. in l. quod te. ff. si cer. pet. omnino per Alex. in l. Paulus. de solu.

20 Debitor frumenti non potest soluere farinam creditori inuito. Bal. in l. j. iij. col. de fru. & lit. expen.

Debitor grani, uel rei tempore corruptibilis, non potest ante tempus soluere creditori inuito. Bal. in l. plures. in fin. C. de fide instru.

Debitor quantitatis, qui fecit pactum cum creditore de dando sibi terreno, uel alia specie, quam creditor accipere teneatur ex pacto, si patitur secum litem cõtestari super quãtitate, perdit facultatem dandi terrenum, uel speciem pro illa quantitate. Bartol. in l. item ueniunt. §. idem rectè. ff. de pet. hær.

Debitor in centum nõ potest compellere debitorem suum, ut liberet alium debitoré, qui sit suus creditor in tantundem. l. rem. §. fin. ff. de compensat.

Debitor in quantitate potest satisfacere de operis, unde si seruit creditor per tantum tempus, quod sufficiat, computantur seruitia cum quantitate, & liberatus est. Bald. in l. fin. C. de capti.

Debitor debitoris fisci cogitur soluere fisco. l. iij. C. quãdo fisc. uel priua. & no. in l. j. C. de cond. ex lege. Quod uerum est, facta discussione de principali. l. nõ prius C. quando fisc. uel priua. Item ante tempus ex causa. dicta l. j.

Debitor debitoris non conuenitur actione personali. l. hæredem. & ibi Bar. C. de hæred. act. ubi ponit formam libelli. & in Spec. de pig. §. v. uer. qualiter formetur.

Debitor debitoris an possit opponere plures exceptiones creditori creditoris sui, quàm posset creditor suus. Bal. in l. etiã. iiij. col. C. de execut. rei iud.

Debitor banniti soluens fisco liberatur. l. si maritus. & ibi doct. Bartol. & Ioan. de Imo. & Moder. ff. solu. matrim. & Bartol. & Imo. in l. Paulo Callimacho. §. fin. de leg. iij. & Bartol. & Alexand. in l. creditor. de solu. & in l. liberto. §. Lucius. ff. de an. leg. Bald. in l. ij. ult. colum. C. quod me. causa. Bald. & Pau. de Cast. in l. si te bonis. C. de iure delibe. & Pau. de Cast. in l. ij. in princ. ff. de iu. & in l. falsus. ulti. colum. C. de fur. in Specul. de obli. & sol. §. nunc aliqua. uer. pe. Sed quid debet probare. Bar. in l. creditor. de sol. Adde ĵ. Exititij. uer. xij. Et soluẽs iussu iudicis, præsumitur coactus soluisse. Alex. ubi s̄. allegata l. creditor.

Debitor duorum, quorum unus sit bannitus, non liberatur ab alio, etiamsi coactus soluit fisco. Bald. in l. falsus. ad fi. C. de fur. ubi dicit uerum, nisi socio præsenti fuerit facta protestatio.

Debitor banniti non debet soluere bannito. l. fi. §. fi. & ibi Bar. ff. de requir. re. nec liberatur soluens fisco, etiam per uim. ĵ. Exititij. uer. xij.

Debitor banniti excusatur à pœna, si tempore, quo creditori soluere debet, creditor est bannitus, uel excommunicatus: cui debitor soluere nõn tenetur. Bald. in l. j. vij. oppo. de his, quæ pœ. no. Vide plenius per Car. in cle. ij. §. rursus. in fi. de re. iu. ubi ponit, an excusetur à periurio.

Debitor fisci cogi potest, etiam ante tempus soluere ob necessitates fisco imminentes: quinimò etiam debitor debitoris fisci cogi potest. l. j. C. de cond. ex leg. ubi per doct. & Bald. in l. iij. & ibi Bartol. C. quando fisc. uel priua. Quod uerum, facta prius discussione principalis debitoris, ut ibi.

Debitor fisci an & quomodo cogatur soluere, & an carcerari possit. no. in l. nemo carcerem. & ibi doc. & Bart. & Ang. C. de exac. trib. lib. x.

Debitor fisci restitutus ad bona ex gratia non recuperat bona distracta, sed tantùm quæ sunt apud fiscum. Ioan. de Imo. in l. si marito. in princip. ff. solu. matrim. Ludouic. Pon. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius uocan. vij. colum. Et uide Bart. qui contrarium tenet in l. quęcunque. C. de fide instr. & iur. hast. fisc. lib. x. no. in l. fi. C. de repu. hær. Angel. in auth. de hæred. & Fal. §. fin autem. & ut cùm de appel. cog. §. si quis. & Bald. in tit. de pace Constan. §. priuilegia. & in c. j. vj. colum. hic fin. lex Conra. & in simili in authen. ingressi. in fin. C. de sac. san. eccle.

Debitor fisci restitutus ad bona an recuperet fructus bonorum tam distractorum, quàm aliorum existentium penes fiscum. Ang. in auth. de hær. & Falc. §. j. colum. j. & ĵ. uer. Restitutus. uer. xiij.

Debitor fisci restitutus ad gratiam & ad bona, tenetur satisfacere creditoribus suis antiquis. Bald. in l. si marito. in princ. ff. solu. matrim.

Debitor fisci bannitus non liberatur à creditoribus suis, sed fiscus eis debet satisfacere de bonis confiscatis. Pau. de Cast. in l. si te bonis. de iure delib.

Debitor creditoris banniti fit debitor fisco, & soluens fisco liberatur. s̄. uer. Debitor banniti. uer. j.

Debitor fisci non potest cogere procuratorem fisci, cui soluit, ad faciendum sibi instrumentum solutionis, si iam habuit apocham solutionis, & perdidit. tex. sing. secũdum Sal. in l. ne casu. C. de discu. lib. x. licet aliàs creditor compellatur: ut s̄. uer. Creditor recipiens. uer. cxviij. & xx.

Debitor fisci non potest fungi dignitate, nisi prius satisfaciat. l. rescripto. §. debitores. ff. de munerib. & honorib. Et hinc est inuentus usus libri, qui dicitur suspechio, ferè in omnibus ciuitatibus, in quo singuli debitores communis sunt descripti, & extracti ad officia repelluntur, nisi prius fisco satisfaciant.

* Et hoc etiam apud nos in usu est. Æmilius Maria Manolessus.

10 Debitor fisci non opponit compensationem, si ipse ex

alia causa est creditor fisci. l.j. C. de compens. nisi debitum & creditum ex eadem ratione procedat: ut ibi etiam per Bartol.

Debitor fisci soluens tyranno, an liberetur. per Bar.in tractatu de tyranno.vij.q.principali.

Debitor, cuius bona confiscantur pro parte, tenetur creditoribus pro parte tantùm, & pro alia tenetur fiscus: sed fideiussor tenetur ad totum.l.j.& ibi Bart.C.de fideius.

Debitor fisci soluens thesaurario, tenetur iterum soluere fisco in subsidium, si thesaurarius non sit soluendo, quando de tali solutione thesaurarius scripsit propria manu in libro: secus, si scripsit notarius thesaurarij, deputatus ad hoc, quia tunc debitor libararetur totaliter. Casus est notabilis, secũdum Bar.in l.fisco.C.de conue.fisc.debi.lib.x. Vide Cyn.& Petr. de Sun. in l.in contractibus.ult.col.C.de non nu.pec. & ibi Bald. in §. sed quoniam. post gl. dicit, quòd sit cautus soluens, quòd faciat apparere de uera numeratione: quia confessio officialis de recepto non nocet fisco, nisi ipse officialis sit soluendo.quod not.

Debitor fisci potest conueniri ante diem, uel conditionis euẽtum, si subsit causa necessitatis.l.j.& ibi. Bart. C.de cond.ex lege.& Alex.in l.pecuniam.ff.si cer.pet.

Debitor fisci summariè exigitur.l.hi, qui fisco.& ibi Bart.C.de iure fisc.lib.x.

Debitor bancharij, uel alterius officialis cõmunis, ex mutuo tenetur in quadruplum.l.j.& ibi Bar. C.de his qui ex publi. ratioci.lib.x.

Debitor fisci capi potest, sed non carcerari, nisi sit contumax. Bar.in l.cum eo.ad legem Iul.pec.& in l.nemo carcerem.C. de exacto.tribu.lib.x.

Debitor fisci solués an possit de solutione probare per testes. no.in l.ij.& ibi Bar.C.de conue.fis.debi.lib.x.& in l.iij.de fide instr.& iure hast.fi.

Debitor fisci soluens fisco, uel pupillo, sine debita solennitate, non liberatur: cùm non præsumatur uersum in utilitatem recipientis, nisi probetur. Bar.in l.j.in fi.C.de sol. & lib.deb. ciui.lib.xj. quod adde no.in l.ciuitas.ff.si cer.peta. & Inst.de author.tu.§.j.& ij.

20 Debitor fisci offerens fisco debitum, potest uendicare rem suam uenditam per fiscum pro minori precio, quàm ualuerit.l.si minori.& ibi gl.& Bart.C.de iure fisc.lib.x. Quod est uerum, etiamsi non fuit læsio in dimidia iusti precij.gloss.& Bar.ibi, in fine.

Debitor fisci cõdemnatus non appellat. l. abstinendum.& ibi doct.& Bar.in l.fi. C.quo.appel.non reci.

Debitor fisci debet soluerè exactori fiscali, qui est de præsenti tempore solutionis fiendę, non ei, qui fuit tempore promissionis, nisi ille, qui tunc erat, soluerit pro eo.l.susceptorem. la ij.& ibi Bar. C.de suc.& arca.li.xj.

Debitor fisci ad pœnam, si non sit soluendo, luit in corpus.l.si quis id, quod. ff.de iurisd.om.iud.l. quicunq;.C.de ser.fugi. & l.fin.ff.de in ius uocan. l. qui ædes. ff. de incen.rui.nau.c. finem litibus.& de dolo & contu. Ange. Are.Instit.de act.§. pœnales. uer.oppo.extra glo.& glo. in l.sed si unius.§.si seruus.ff.de minor. Quod uerum, etiamsi post passam pœnam corporalem superueniat ad pinguiorem fortunam. Bald.& doc.in l.fi.ff.de in ius uocan.per d.l.sed si unius.& d.§.si seruus.in l.quòd si minor. & glo.in c. sicut dignum.§.si eos.de homi.& in c.pactum.de reg.iur.in vj.Angel.in d.l.si quis id, quod.text.& Bar.in l.pe.ff.si ex nox.causa aga. & doc.in d.l. quicunque. uide tex. & doc. omnino in c. Odoardus. ff.de sol.& l.is, qui bonis.de ces.bon.in glo. Item uerum, si creditor hoc petat, scilicet quòd debitor luat in corpus. d.l.fi.de in ius uoc.& ibi doc.Item uerum, scilicet quòd id facere potest iudex maleficiorum. d.l.fi.secundum Ang.& doc. Item uerum, nisi debitor id procuret, secundum Ange.in l.si seruus plurium. §. pen. de leg.j.dummodò castigatio ipsa non fuerit imposita ad instãtiam creditoris, ut plenè dixi s̄.uerbo, Debitor pauper.uer.fin.

Debitor pupilli non potest esse eius tutor.in authen.minoris. C. qui da. tu. pò. nisi sit debitor in parua quantitate.glo.& doc.ibi.& Bald.in addi. Spec.de posi.uer. pone contra eum.& Ange. in auth.ut hi, qui perhi.j.colum. coll.vj.Lau.in l.in quorum.ff.de pigno.& j̄.uer.Tutor quis. uer.x.& seq.Bar.in l.si quis.§.j. ff. de pig.act.†Et quid si possidet rem pupilli, j̄.uer.Tutor quis.uersi.xlix. Et quid de socio bonorũ, uideas j̄. uer.Tutor quis. uer.pe.& uer. Socius. uer.lxix.†Et per Dy.in consi.lxij.

† Istud fallit in matre, & auia, ut dicit dominus meus Boerius in consuet.Bitur.tit.de cons.iur.stat.perso.§.vj.in gl.regulariter mulieri.

Debitor pupilli qualiter debeat soluere, ut liberetur plenissimè.text.& Bart.in l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mino.uidelicet, quòd soluat iussu iudicis, non obstante exceptione minoritatis.& in l.sancimus. C.de admin.tut. glo.in l.iusiurandum.§.j.ff.de iureiuran. gloss.in l.contra iuris.in prin.ff. de pactis.

Debitor pupilli soluens potest tripliciter liberari, scilicet plenè, plenius, & plenissimè: ut ibi per glo.& doc.in l.j.C.si aduer.solu.ubi uide.

Debitor pupilli soluens tutori de mandato iudicis, liberatur plenissimè.l.sancimus.la j.C.de admin.tutorum.

Debitor pupilli in reditibus, uel pensionibus, soluens tutori, etiam sine decreto iudicis, liberatur. l. sancimus. la j. & ibi Bar.C.de adm.tut.

Debitor pupilli conditionalis soluens pupillo, etiam cum tutoris authoritate, non liberatur, nisi probet uersum in utilitatem pupilli. Casus est no.secundum Ang.in l.Stichum.§. usumfructum.ff.de sol.

Debitor pupilli soluens ei sine iuris solennitate, nõ liberatur, cùm non præsumatur uersum in utilitatem pupilli, nisi probetur.Bart.in l.j.in fi.de solu.& lib.deb.ciui.lib.xj.Bald.in l. quicunque.in prin.de bo.quæ lib. Si tamen soluat cùm decreto iudicis, præsumitur uersum in utilitatem creditoris, Bal.in c.j.v.col.qui feu.da.pos.

Debitor pupilli, soluens pupillo, debet procurare conuerti quod soluit in eius utilitatem: aliàs non rectè soluit, secundum Ang.in l.Stichum. §. usumfructum.ff.de sol.Io.de Pra. in l.qui hæredi.§.j. ij.col. ff.de cond. & demon.ubi idẽ dicit in debitore furiosi ecclesiæ, uel hospitalis.

Debitoris pupilli filius an possit esse tutor pupilli.Bart.in authen.minoris.in fi.C.qui da.tu.pos.

Debitor minoris etiam non interpellans, constituitur in mora.gl.sing.Institut.de actio.§.item mista.

Debitor pupilli conuentus à tutore, non potest petere edi sibi totum inuentarium, etiam si uelit arguere illud de falso. Bar.in l.tutor, qui.uer.nihil.de admi.tut. Quod uerũ, quando reus conuentus erat à tutore criminaliter: secus, si ciuiliter, secundum Alex.in l.j.§.j. ff. de edendo. & j̄. Inuentarij editio.uer.iij.

Debitor pupilli existens de territorio Firmi prætextu rerũ de Asculano territorio, potest cõueniri per tutorem Firmi territorij coram iudice illius territorij Firmani, licet alius sit tutor bonorum in territorio Asculano. l. tutore. §. hæres.ff. de admin.tut.& Alex.con.xcij.iiij.parte.

Debitor pupilli conuertens pecunias pupilli in sui utilitatem, tenetur ad usuras.l.j.C.de usuc.pup.

Debitor pupilli delegatus alteri per creditorem eius, si soluat creditori, cui est delegatus, an liberetur.tex.no.& Bart. in l. pupilli.in prin.ff.de sol.

Debitor ecclesiæ, etiã non interpellatus, constituitur in mora.in gl.no.Inst.de act.§.item mista. secundũ Lud.Pon.in sing.uer.minor.uer.fauore.

Debitor monachi soluens monacho, etiam sine consensu abbatis, liberatur, si ab eo acceperit, uel cum eo contraxit.Bar. Bald.in l.filios. C. de pac. Bartol. Paul.de Castr.in l.si unus. in prin.ff.de pact.Facit quod not.Bart.in l.filiæ.& in l.quod seruus.ff.de sol. uide Bart. in l.eum, qui.§.qui sibi.de uerbo. obligat.

Debitor ecclesiæ soluens falso prælato, an liberetur.Bald.in l. ij.xxv.col.C.de serui.& aqua.

Debitor ecclesiæ non tenetur soluere alicui ex duob. prelatis, donec quęstio pendet inter ipsos de beneficio.Bal.in l.cùm hic status.C.de ordi.cogni.§.viij.

Debitor ecclesiæ liberatur soluendo prælato, licet non sit uersum in utilitatem ecclesiæ.Innocen. in c.ex præsentium. de pigno. Bald.in authen. hoc ius porrectum.C.de sac.san.eccle. Quod uerum, nisi sit prælatus non legitimus: secus, si sit

debitor

debitor prælati. Innoc. in c. ex literis. de resti. spo. & Bal. super Inn. uer. Debitor. uer. j.

Debitor ecclesiæ soluens prælato sine titulo, non liberatur. Innocen. & doc. in c. nihil. de elec. & in c. ex literis. de rest. spol. & Bald. in Marga. uer. Debitores. uer. j. Bart. in tracta. de tyranno. vij. q.

Debitor ecclesiæ, uel hospitalis, debet, cùm soluit, procurare, quòd solutum conuertatur in utilitatem ecclesiæ. l. Stichū. §. usumfructum. & ibi Ang. ff. de solu. Io. de Pra. in l. qui hæredi. §. j. de condit. & demonst.

Debitor ecclesiæ soluens prælato existēti in possessione prælaturæ, an liberetur. Bal. in l. si mancipium. C. de rei uen.

Debitor ecclesiæ non cogitur soluere alicui ex duobus prælatis litigantibus de prælatura: ut s. eo. uer. iiij.

Debitum cui non obijcitur compēsatio, uidetur remitti. l. Procula. ff. de proba.

10 Desertio facit deserentem condemnari in expensis. Bal. in l.eos.§.apostolos.C.de app.

Desertio non inducitur per moram iudicis,maximè si constet de protestatione ei facta.j̄.uerb. Mora.el j.uer.xxxvj.

Desertionis pronuncia non est necessaria, sed executio fieri potest. infrà uerb. Executio.el j.uer. sed potest peti per appellatum,secundum Car.in cle.constitutionem. §. insuper. de elect.in j.q.glo.& Bart.contra in l.eos.in prin. C.de app. sed potest eam facere iudex appellationis. Rota decis. clvj. auditor.in nouis.

Desertio appellationis ab excommunicatione non nocet; quia de ea quæri potest quandocunque. cap. licet. de sent. excom.in vj.

Desertionis pronuncia dicitur interlocutoria,non diffinitiua. Bald.in authen.si quis litigantium.C.de episc.aud.& glo.in c.cùm dilectus.de electione. & j̄. Interlocutoria.el j.uersic. xxix. Quod uerum, si appellatio fit ab interlocutoria: aliàs est diffinitiua. Rota in decisi. ccccxxxv. fuit dubitatum. in nouis.

Desertio appellationis excusat iudicem appellationis à pœna statuti,quo cauetur, quòd intra mensem causam expedire teneatur,licet aliter non pronunciet. Bald.in addi.Spec.de app.uer.dicit statutum,quòd iudex.

Desertio appellationis ab interlocutoria non tollit ius appellandi à diffinitiua.Io.An.& doct.in c.cùm causa.de re iud.

Desertio appellationis inducit renunciationẽ. c. licet. de sent. excom.in vj.Bal.in auth.ei qui.C.de tem.app.

Desertio appellationis uictoris non nocet sibi,quin possit inhærere appellationi aduersarij uicti, quando uterque appellauit.Baldus in addi.Spec.de app.uersic. sed pone, petij à te decem.

Desertio appellationis probatur ex actis, in quibus constet non esse processum in causa appellationis. Bald. & Petr.de Sun.in l.si contra.C.de app.

20 Desertio appellationis per quos actus inducatur,& de eius materia uide s̄.uer. Appellatio deserta.per totum.

Desertio nullitatis fit eodem modo, quo appellationis. Alex. consi.lj.iiij.parte.

Desino. Non potest quis desinere qui non incœpit.l.Titio usus fructus.in prin. & ibi Bart.ff.de condi.& demon. Contrarium dicitur in l. iij. §. desinere. ff. usufru. quemadmodum caueat.& Alex.in l.inter stipulantem.§.sacram. de uerb. oblig.

Desinere uelle quomodo quis probetur.no.in l.quod ait.§.ait lex.ff.de diuor.

Desinere posse quando quis dicatur.Bar.in l.suus quoq;.§.fin. ff.de hær. instit.

Definit,quomodo ponitur:per Bar.de alueo.uer.nouus.

Desistere dicitur,qui non prosequitur negotium uel causam inchoatam. in Spec. de accu. §.v. ante medium.l.destitisse.ff.de iud.

Desistens à lite an habeatur pro confesso, & an incidat in Turpilianum,& an admittatur iterum ad accusandum. Bar.in l. si maritus.§.si negauerint.de adul.

Desistens ab actione ciuili nõ admittitur ad accusandũ criminaliter super eodẽ facto. Bar.in l.qui destitit.ff.ad Turp.

Desistens à lite criminali debet indistinctè condemnari in expensis.Bald. & Pet. de Su.in l.fi. C.de fru.& lit.expen.l.qui crimen. C. qui accu.non pos. & ibi doct. Sed in ciuili causa dic,ut not.in l.destitisse.ff.de iud. & Bal. in l. postquam liti. C.de pact. Bart.in d.l.destitisse.dicit,quòd non condemnatur in expensis qui destitit à lite, statim quòd nouit se iniustitiam fouere per productionem instrumenti , uel per aperturam testium,& infrà uerbo , Expensarum condemnatio.uersi. lvij.

Desistens uigore pronunciæ iudicis de non producendo,non incidit in Turpilianum. l. quærebatur. & ibi Alexand. post Bart.ff.ad Tur.

Desistens ab accusatione inepta, uel nulla, an incidat in Turpilianum.s̄.uer. Accusator.uer.v.

Desistens non dicitur succumbere.l.alia.& ibi Bal.& Sal.C.de his,quib.ut indig.& Alex.in l.destitisse.ff. de iud.

Destitisse non dicitur, qui in fraudem hæredis destitit. l. eum qui.& ibi Bar.ff.de inof.test.

Desistere ab accusatione dicitur actor,qui est cõtumax in termino sibi præfixo ad accusandum , uel prosequendum.glo. & Bar.in l. Papinianus.§. si quis.lo j.ff.de inof.test.& l.si ea. C.qui accu.non pos.l.Titia.ff.de accu.

Desistere ab accusatione quando liceat.s̄. uerb. Accusator.

Desponsatio fieri potest cum annulo alieno. l. si donatione. §. sponsus. ff. de don. inter ui. & uxo. & sæpius ibi Bart. dicit, quòd ipse allegauit in conuentu scholarium.

Desponsatio uxoris in quo digito fieri debet,uide s̄.uerb. Annulus.uersi.j.

Despon-

Desponsans uxorem alienam ignoranter, non punitur. Bald. in l. quicunque. pen. colum. C. de ser. fugi. & j. uerbo, Ignorans. uer. j.

Desuetudo an deroget iuri etiam canonico. Car. in c. j. de treuga & pace.

Destinatio an, & quādo inspiciatur. doc. & Bar. in l. cætera. §. fi. de leg. j.

Destinatio pecuniæ ad emptionem prędiorum quomodo ualeat. j. uer. Pecunia. uer. j.

† Destinatus ad clericatum an habeatur pro clerico: & quid in omni materia connumerari possit inter ea, ad quæ destinatur: uide latè Feli. in c. cùm adeò. in j. col. uer. destinato ad clerum. de rescrip.

Det, est uerbum obliquum: sed Do, est directum. j. uer. Do. uer. unico.

Detentator deiectus de possessione debet restitui. in Specu. de pet. & pos. uersic. sed nunquid depositarius. & sequen. gloss. in l. & ideo. §. Neratius. ff. de cond. fur.

Detentator licet possit suæ possessioni insistere, non tamen expulsus habet interdictū unde ui. Flo. in l. si precario. ff. cōmunia prædior. gl. in l. damni. §. pen. ff. de dam. infec. sed officium iudicis: ut ibi per Flo. & l. Aquilius. cum glo. ff. de do. Facit l. si coloni. de agri. & cen. lib. xj. & Flo. in l. loci. §. si seruus. in fi. ff. si ser. uen. & glo. in d. l. Aquilius.

Detentator cōuentus rei uendicatione qualiter patiatur executionem sententiæ. Bald. in auth. ei, qui. v. col. C. de bo. autho. iud. pos.

Detinere quandoque sumitur pro possidere. tex. glos. & Abb. in c. causam. de præscrip. ubi dicit quandoque econtrà. c. ij. xij. q. j.

Detentator non conuenitur rei uendicatione, si uerus possessor offert se liti: secundum Innoc. in c. cùm super. de re iud. in gl. Io. de Im. in l. sæpe. ult. char. de re iud. & Alex. in l. officium. ff. de rei uen.

Detentator si cōuenitur rei uendicatione, nominet uerū possessorem in iudicio. de quo omnino per Alex. in l. officium.

Detentator rei alienæ sibi commissæ ad arbitrium suum, non tenetur de culpa in ea commissa, licet aliàs teneatur. Bald. in l. j. ff. de sol.

Detentator prǽsumitur possessor. Inn. in c. cùm olim. de priuileg. Archi. vj. q. j. pontifices. glo. & Cy. in l. ob maritorum. C. ne uxor pro mari. Bal. in consi. In Christi nomine, Amē: qui detinet, &c. & Bal. in l. ij. xj. q. C. de serui. & aqua.

Detentatus dicitur is, cui est mandatum, ne discedat. l. quamquam. C. de excusa. tut. Bald. in addi. Spec. de appel. uer. detentus.

10 Detentatio habet uim traditionis. Bar. in l. cui usumfructū. in fin. ff. de usuf. leg.

Detentatio, id est, sola possessio facti sufficit in interdictis. Archid. xiiij. quæst. j. in summa. Flo. in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si ser. uen.

Detinens uxorem alienam ignoranter, non punitur in pœna statuti. Bald. in l. quicunque. pe. colum. C. de ser. fug. & j. uer. Ignorans. uersi. j. & uer. Statutorum effectus. uer. lxxiiij. cū duob. sequentibus. & uer. lxxvj.

Detentatori non datur rei uendicatio, sed possessori. Sed Detentator conuenitur rei uendicatione. in Specul. de peti. & pos. §. j. uer. sed nunquid dicitur hîc. per Alexand. in l. officium. de rei uen. & s.

Detentator cadens à possessione habet officium iudicis ad recuperandum. Ang. in l. non tantùm. in prin. ubi uide omnino de pe. hær.

Deterioratio si fiat in re, uide in l. iij. §. j. ff. commodati.

Determinatio determinans plura, debet determinare uniformiter, & sub uno modo significandi. de app. c. secundò requiris. & Car. in cle. cōstitutionem. §. insuper. j. q. de elec. Bald. in l. in testamento. j. col. C. de test. mili. & in l. precib. xv. col. C. de impu. & alijs substit. Vide Bal. in l. ij. pe. col. C. eo. tit.

† Adde hîc dominum Iaso. in l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. substitut. qui dicit, quòd determinatio una respiciens plura determinabilia determinat ea æqualiter.

Determinare, id est, quæstiones decidere. in clemen. ij. in princip. de elec.

† Adde, quòd detractio est alienę famæ denigratio per occulta uerba, secundum bea. Tho. ij. ij. q. lxxiij. ar. iiij. & dicitur Græcè κακολογία, de qua etiam in c. homicidiorū. de pœnit. dist. j. & vj. q. j. in summa.

† Adde, quòd Deus, secundum Arist. in xij. Metaph. est animal sempiternum & optimum: tamen secundum bea. Tho. in j. par. in q. j. art. vij. non possumus scire quid sit Deus, & dicitur Græcè θεὸς. Et non est Deus remunerator nominum, sed aduerbiorum. nam non remunerat bonum quod fit, sed quod bene fit: sicut non remunerat bonum, quod Iudæi fecerunt, scilicet in morte Domini nostri Iesu: sed punit, quòd malè fecerunt. Quia Deus cor interrogat, nō manum. c. si quid inuenisti. xiiij. q. v. nec considerat quæ fiunt, sed quo animo fiunt. c. j. xv. q. vj. & ad hoc facit glo. in c. odi, & proieci. xxiiij. q. j. quæ arguit cōtra scholares nostros Aurelianenses, qui uadunt ad diuam Virginem boni nuncij, ut uideant dominas.

Detractionis materiam uide per Spe. tit. de accu. uer. item quòd est conspirator. & j. eod. per totum. De hoc Martialis:

Carpere uel noli nostra, uel ede tua.

Et ego aliàs in fin. tract. quem de Episcopo inscripsi ad cardinalem sanctæ Crucis, composui distichon, uidelicet:

Inuidus aut taceat nostri detractor honoris:
Aut aliud melius, si sciat, edat opus.

Detractio famæ alienæ fieri non debet. clementin. j. §. j. cum † gloss. & ibi Cardin. de priui. ubi plenè. † Et adde Bald. in j. const. C. num. 6.]

Detractor dicitur, qui falsum asserit, uel omnino occultū publicat. ij. q. vij. accusatio. & c. sunt nōnulli. iij. q. iiij. detractores. v. q. v. qui ambulat. xj. q. iij. in cūctis. & in c. inter uerba. & repellitur ab accusatione, & testimonio: ut d. c. detractores. & Inn. in c. cùm P. Manconella. de accu.

Detractores sunt homicidę. de pœ. dist. j. homicidiorū. cū glo.

Detractores peccant in Spiritum sanctum. gloss. in d. c. homicidiorum.

Detrahere, est uirtutem alterius negare malo zelo. d. gl.

† Detractans de seipso metu torturę, tenetur retractare & reuocare publicè in extremo, aliter est in periculoso statu. ita Panor. in c. ex parte. el ij. de sep. per illū tex. & per c. nō licet. xxiij. q. v. Et Feli. in c. j. de testi. cogen. Soc. in repe. c. ad audientiam. de hom. Et arc. Flo. in ij. par. tit. ij. c. ij. §. ij. Quod sequitur Prieras in sua syluestrina.

Deueniat, est uerbum commune in substitutione. Bal. in l. fin. C. de sacrosan. eccle. & Bar. in l. cogi. in prin. circa fin. uer. & per hoc semel. ff. ad Treb.

Deuoluatur, est uerbum commune in substitutionibus. Bal. in l. fi. pe. col. C. de sacros. eccles. Bar. in l. centurio. ulti. col. ff. de uul. & pu. & in l. ij. ff. de ali. & † ciba. lega. † Per Fel. in c. in præsentia. de prob.

Deuoluitur, est uerbum aptum ad contractus, & ultimas uoluntates. Bal. in l. si indebitam. C. de fideius.

Deus irascitur. c. si quis presbyterorū. de reb. eccle. non ali. & ibi gl. & doc. & Card. in cle. j. de cele. mis.

Deum in sola pietate æquiparamus. l. imperialis. & ibi gloss. C. de nup.

† Deus omnipotens est, & quare dicatur omnipotens, uide do. Barth. Soc. in consi. cij. incip. In præsenti. uer. cùm itaq;. & circa medium. iij. col. in j. parte.

† Deus est solus scrutator cordium. gloss. in l. j. ff. de interrogatorijs act.

Deus omnia fecit propter se, id est bonitatem suam, ut eis fruamur. Prouerb. xvj. c. Card. in clem. exiui. §. quamuis. de uerbo. signifi.

Deus quare sibi unicum filium genuerit. Card. in cle. j. in prin. iij. q. de sum. tri.

Deus an statim fuit uerus homo. Car. ibi. v. q. quòd sic.

Deus punit & præmiat. cle. dudum. §. j. & ibi Car. de sepul.

Deus supplet in punitione peccatoris, si confessor dignè non puniuit, nisi releuetur peccator per indulgētias ritè acquisitas. xxiij. q. v. quid ergo. de pœ. distinct. j. mēsuram. de pœ. & remi. quod in te.

Deus est laudandus. in clemen.j.de reliq. & uene.sanc.in prin. & ibi Card.

Deus non potest facere præterita non fuisse, id est, facta fuisse non facta. Cardin. in clemen.j. de immu. eccle. Vide Thom. de Aquino, prima par. q.xxv. artic.iij. & iiij. & infrà, Factum. uersic.lxiij.

Deus utitur iure communi. Bal. in l. iiij. C. ad legem Falcid.

Deus ex promissione obligatur: ut magister Sententiarum dicit, quem Bald. refert in l.j. in prin. ff. de pact. Similiter refert Dec. in consi.clxxxiiij. in princip. in j.uol. & Fran. Cur. con.lj. incip. Præsens consultatio. in xiij. colum. uer. nec obstat, si dicatur.

Deus potest hominem decipere. Bar. in l.j. §. non fuit. ff. de dolo, & in disputatione sua de quolibet.

Deus ligat in sententia excommunicationis. xj. q. iij. nemo episcoporum.

Deus non potest ueritatem remouere à ueritate. Bald. in l. ex his. in fi. C. de test. mil.

Deus uideri non potest in hac uita, & quare: per Car. plenè in cle. fi. §. iiij. de hær.

Deus offenditur ex fauore usuris præstito. clem.j. in princ. de usuris.

Deus est immutabilis. xxiij. q. iiij. cōmutabilis. glo. in c. si quis. de reb. eccle. non alienan.

Deus est ubique. Bal. in tractatu de Schismaticis. ix. colum. & theologi fatentur, quod uerum potentialiter tantùm, sed corporaliter est in cœlo tantùm, seu in hostia. Car. in cle.j. §. hæc est. de reliq. & uene. san. & ibi gl. Item,

Deus est in loco multipliciter: ut per Cardin. ubi suprà, quæstio. iiij.

Deus cor respicit, & non manum, id est, operationem. xiiij. q. v. si quid inuenisti. Car. in cle. exiui. §. quamuis. de uer. sign. Vnde uersus:

Non uox, sed uotum: non chordula musica, sed cor:
Non clamor, sed amor clamat in aure Dei.

ut per Gem. post gl. in c. decet. de immu. eccle. in vj.

Deus cognitor est occultorum. xxxij. q. ij. erubescant. c. nouit. de iud. cle. exiui. §. quamuis. de uerb. sig. c. à nobis. ij. de sent. excommun.

Deus contristatur de periurio. no. in auth. cui relictum. & ibi Bal. C. de indicta uidui. tollen. iiij. col.

Deus dicitur testis in contractu iurato, & in omni iuramento. Bald. in l. si quis maior. ix. colum. C. de transac. per tex. in authen. quib. mod. natu. effi. legi. §. quantum. col. ix. & Bald. in rub. C. de prob. ij. col.

† Deus est ipsa essentia bonitatis, ut dicit Dionysius de diuinis nominib. Refert Soc. in consi. cxix. incip. Præsupponitur. in ij. col. uer. unde dicit Apostolus. in iiij. uol.*

Dei nomen est inuocandum in principijs actuum, & quasi in proœ. Spe. uer. hęc ergo. & in proœmio Inst. C. & ff. & j. uerbo, Inuocatio. uer. ij.

Dei nomen in instrumentis est præponendum. in Specul. de instr. edi. §. ij. circa prin. & j. uerbo, Instrumentum qualiter fiat. uer. iij. & iiij.

Deum cōtemnere propter nummum salarij, uile est. in Spe. de aduo. §. ix. uer. item caueat, ne falsam.

Deus quos coniunxit, homo non separet. in Spec. de coniun. in prin. & j. uer. Matrimonium soluitur. uer. iiij.

Diabolus quandoque stat in aere, & offendit corpora, & bona nostra. Bald. in l. ij. §. j. C. communia de legatis. ubi etiam dicit, quòd defendimur per Angelos bonos nobis datos ad custodiam.

† Adde, quòd diabolus est dictio Græca, & dicitur Latinè Calumniator: & excedit acumine sensus quæcunque animalia. c. sciendum. xxvj. q. iiij.

† Diaboli potestatem super his inferioribus, & elementis, uide per Io. de Selua, in trac. de Benefic. in j. par. q. ij. col. iij. uersic. iiij.

Diabolus nocet Dei permissu propter peccata hominum. vij. q. ult. sciscitatis. xxvj. q. v. nec mirum. xxiij. q. j. quid culpator. clem. j. & ibi Car. in prin. de pœ.

† Diabolus est minister Dei. Text. est in c. nō solùm. xxiij. q. v.

Diabolicus non potest promoueri. j. Ordinare. uer. viij.

Diabolus dicitur sator malorum. clem. fin. de hære. & ibi Car. in princip. ponit, quot modis nuncupetur. & Archid. in c. ut officium. de hær. in vj.

† Diaconatus sufficit ad archidiaconatum. c. cùm in cunctis. §. inferiora. de elect. Car. in cle. j. xx. q. in fi. de off. uic.

† Adde, quòd diaconus est Græca dictio: & dicitur Latinè minister. c. cleros. xxj. dist.

Diaconus legit Euangelium. xcij. dist. in sancta. cum glo.

Diaconus potest baptizare, & confessionem audire in casu necessitatis, & absente rectore ecclesiæ, non aliàs. Cardi. in cle. j. j. q. de baptis.

† Diaconus an possit eligi in abbatem. glos. in c. tuam. de æta. & qualita.

Diaconus cùm legit Euangelium, debet uti stola in humeris. gl. xxiij. dist. Ecclesiastica.

Diadema propriè est corona imperialis, uel regia, de auro & gemmis. Sertum uerò fit de floribus. Corona uerò est circulus capitis de quolibet metallo. gl. in cle. j. §. nos itaque. de iureiu. & ibi Car. §. fi.

Dicere, est uerbum commune ad locutionē, & ad scripturam. Bal. in tractatu Schismatis, xvj. col.

Dicere quis uidetur quod mente cogitauit, non aliud. in Spe. de arbi. §. viij. uer. quid ergo si cum proprio. & tit. deposi. §. x. uer. sed pone.

Dicens aliud, quàm quod uult, non uidetur dixisse. ibidem.

Dicens unum quandoque quis uidetur dixi duo. d. §. x. uersic. sed pendente lite.

Dictans scienter instrumentum falsum, tenetur de falso. Bald. in l. iubemus. §. sanè. in fi. C. de sacrosanct. eccle. & Ang. in auth. de non alien. §. si uerò. col. ij. & j. uerb. Falsitas. uersic. xx. & Bart. in l. si quis obrepserit. ff. de fal. ubi Alex. contrà.

Dictio una ponitur quandoque pro alia, ut saluetur sensus. no. in l. eas causas. ff. de condition. & demonst. & Paul. de Cast. con. xxxix. & j. uer. Verba. uersi. j. & per dis-

† cursum totius uerbi. † Et Fran. Are. in l. qui liberis. de uulg. & pupil.]

Dictio Maximè, in sententia quid operetur. j. uer. Sententia.

Dictio imperfecta suppletur, ut syllaba ponatur pro dictione. Bal. in l. uerbum uolo. C. de fideicom.

Dictio taxatiua excludit generalitatē, nisi præcedat negatio; ut, non de solo pane uiuit homo. Bal. in l. j. C. de test.

Dictio taxatiua non excludit æquipollens. Paul. de Cast. consil. cccvj. Nec casus similes: nec ea, quæ ueniunt uigore uerborum, quibus adiungitur. cle. exiui. §. cùm autem. de uerb.

† sig. Alex. consi. cvij. j. parte. † Et per Fel. in c. cum causa. de re iud. in medio. pe. col.]

Dictio taxatiua posita in libello nocet agenti, licet sit creditor in maiori summa. Bar. in l. si cùm dos. in prin. ff. re. amo.

Dictio taxatiua in lege non excludit casus similes uirtute aliarum legum. l. ob æs. & ibi Bart. C. de prædi. mino. uel in statuto. ut j. eo. uer. x.

Dictio taxatiua apposita dolo, non excludit latam culpam. Sal. in l. j. C. deposi. Raph. Fulg. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & iureiur.

Dictio taxatiua posita in institutione scienter: excludit ius accrescendi. tex. singul. in l. Lucius. §. an habeat. ff. ad Trebellian.

10 Dictio taxatiua in statuto non excludit alium casum habētem eandem rationem. l. prætor. cum gloss. ff. de iud. glos. & doc. in l. illud. C. de sac. san. eccle. Bar. & doc. in l. si constante. ff. sol. ma. & j. uer. Extensio. uer. xliij.

Dictio taxatiua est exclusiua aliorum non expressorum. l. his solis. C. de reuocan. don. doct. & Bald. in l. j. C. de bon. poss. contra tab.

Dictio taxatiua nihil operatur, quando inducitur legum correctio. l. j. C. de bo. pos. contra tab. Bald. in l. j. C. si aduer. rem iudi. per Bartol. in expressione certæ quantitatis, etiam in promissione. ff. si cer. pe. l. rogasti. §. si tibi. ff. de interro. act. l. de ætate. §. si cùm enunciatiuè proferatur. l. rationes. C. de proba. Ita Pau. de Cast. consi. cccxv. j. col. & Alex. in d. §. si tibi. & in l. antepen. de in litem iuran.

Dictio taxatiua in dicto testis nihil operatur. j. Testis deponit. in l. si constante. ix. q. sol. mat.

Dictio taxatiua tantùm,& solum,an inducat negationem. Oldrad.consil.ccliij.

Dictio taxatiua non excludit personam hæredis. j. Promitto. uersic. xxxviij.

Dictio taxatiua subauditur.

Dictio taxatiua excludit personas extraneas, non personam hæredis, ut si quis promittit factum suum tantùm: quia intelligitur etiam promittere factum extranei. Bald.no.in l.fi. C.de act.emp.per l.stipulatio. §. sed si se.ubi Alex.in prin.ij. col.tenet contrarium.ff.de uer.ob. & est tex.cum glo.in cle. sæpe.de uerbor.si.& Lud.Pon.in quodam cõsi. & ideo non intelligitur exclusa persona hæredis, quæ est eadem cum defuncto: ut ibi,& infrà,Promitto.uer.xxxviij.Itẽ nec persona authoris sui, secundum Bar.in l.sed si seruus.ff.de condi.fur.& j.Promitto. uer. Itẽ nec per successores singulares. Alex.ibi.Prædicta sunt uera, nisi in statutis, in quibus nõ fit extensio ad personas similes expressis in eis,secundũ Bald. in l.illam. j.col.C. de coll. nisi ad personam hæredis, ut s. & tenent Bar.in l.postulante.ff.ad Treb.

Dictionis taxatiuæ materiam uide per Bar.in l.j. si quis ius di. non obtem. & in l. cùm ita legatum. de condi.|& demon. & in l.si quidem. C. de excep.& in l.si cum dos.rerum amotarum.& in l.rationes.post gl.C.de proba.& Bal.in l.si quis ex consensu.C.de episco.audi.

Dictio. Dictiones quæ sint, quę importent alternatiuam. Abb.in c.inter cæteras.de rescrip. qui dicit, quòd sunt,uel, aut,seu,siue. Istæ tamẽ dictiones in fauorabilibus, & in legatis stant copulatiuè: secus in non fauorabilibus,ut no Bart. in l.si quis legauerit. ff.de auro & ar.leg. & Abb.in d.c.inter cæteras.

† Dictio, Quasi, nõ est semper expressiua ueritatis,|sed diminuit aliquid de eius significato,cui adijcitur,ut in c.j. de po. præla. Quandoque tamen ęst expressiua ueritatis: de quo gl.in c.parochianos.de deci.& in c.prout. de do.& contum. no. Abb. in d.ca.parochianos.& in c.gratum.de of.del.& in cap.cùm ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie.& in cap. ad nostram.el iij.de iureiur.gloss.in l.j.ff.de transf.gloss.& ibi Abb.in cap.prout.de do.& contu.gl.in l.diuor. ff.solu.matr. & in l.in personam.§.qui pecuniam.in uerbo, Quasi fideiussor. ff. de pac. & gloss.in l. in facto. in uerbo, Quasi tripartitam.ff.de condi.& demonstr. tex.& ibi Abb.in cap.j. de postu.præl.in iij.nota.tex.& ibi Bart.in l.item Mela.§.si plures seruum. ff. ad legem Aquil. & in l. fideicommissa. §. quanquam.in uerbo, Quasi bono uiro.ff.de leg.iij.& Abb.in cap. quæsiuit.de uer.sig.

† Dictio,Fortè,seu Forsitan, aliquando stat dubitatiuè,& aliquando ponitur assertiuè:uide gloss.in cap.tuæ. de proc. & in cap.ij. de test. & in cap. admonere. xxxiij. quæstio. ij. & glo. in l.si duo. ff. de arbit.quæ dicit,quòd per uerbum Fortè,respondent sæpe periti,facit tex.in l.mutus.ff.de proc.& in l.j.§.fi.ff.de feri. & in l.j. §.j. ff. de rei uend. & in l. in commodato.§.sicut.ff.commod. & in l.Gallus. §.forsitan.per illum tex.ff.de lib.& posth.& in l.filiusfami.ff.de procu. & in l.si fortè.ff.de cast.pecu.& in l.in substitutione.ff.de uulg.& pup.Et ibi bellissimè dixit Angel. quòd si doctor consuluit per uerbum Fortè, cõsilium eius dicitur assertiuum, & non dubitatiuum. Secus quando uerbum Fortè,profertur in facto, & in his,quæ facti sunt: quia tunc ponitur dubitatiuè. & uide do. Cardin. in cap. j. de postu. ubi dixit, quòd uerbum Fortè,inducit philosophicum temperamentum.Et allegat dictum cap.tuæ.& cap.significasti.de foro competen. & ca. super literis. de rescrip. & uide eundem Cardin.in dicto cap.tuæ. ubi dicit, quòd uerbum Fortè,prolatum à iure,est assertiuum,& non inducit dubitationem.Et in Euangelio dicitur: Si cognouissetis me, forsitan & patrem meũ. & Abb. in cap.ij. ut lite non contest. in fi. & in c.fi.de iud.in c.cùm dilecta.de confir. uti.uel inuti.in iij.colum.& in c.ex parte. de spon.& in c.quoniam frequenter. §. in alijs. ut lite non contest.xv.col.

† Dictio, Quondam, uel similis, habet tollere qualitatem de præsenti,& ponere in præterito. Spec. in tit.de instr.edi.in §.restat.ad fin. Et hæc dictio,Quondam,& dictio Olim,designant etiam tria tempora, præsens, præteritum, & futurum, & etiam dictio,Dudum, ut no.in cap.cùm olim.el j.de off.delegat.& ibi gloss.& no.Abb.in cap. ex parte B.de foro competen.circa princ. & in c.cùm contra. de pigno. & in c. cùm simus.de regul.& glo.in l.j.§.hoc autem edictum. ff.de noui ope.nunc.& ibi Bar.& idem Bart.in l.eius,qui in prouinciam.ff.si cer.pe.& in l.insulam.ff.de uerbo.oblig. & in l. qui insulam.ff.de acquir.re.do.tex. & ibi Angel. in l.si arborem. in uerbo, Locus opacus quondam solis cepit esse plenus.ff.de serui.urba. prædi.do.Ant.in cap.inter dilectos. & in cap. ex parte. de fide instr. & in d. cap. ex parte B.de foro competen. & ibi Barb.& Card. in d.cap.cùm contra.& in c. ad petitionem.de accu. & do.Anto.in d.c.cùm olim.& doc. in cap.olim.de rescrip. & uide gl.in l.nec emptio. ff.de contrahen. emp. quæ dicit, Olim, Iamdudum, Quondam, tria tempora signant.Et per illam glo.consuluit Bart.prout ipse refert in d. §. hoc autem edictum. quòd si pater uiuit, & apponitur dictio, Quondam, quòd non uitiatur instrumentum: quia uerificantur etiam de præsenti. Et hoc uoluit Abb.in d.cap.cùm contra.& uide Moder.& ibi Alexand.de Imo.in d.§.hoc autem edictum. & Imo.in d.c.ex parte B. & in d. cap.cùm olim. & adde Innocen. in d. cap. cùm contra. quòd in dubio instrumentum,in quo dicitur, Titius quondam Sempronij uel Titius olim Sempronij, alio nõ apparente, uidetur affirmare, & probare Sempronium mortuũ. Et satis etiam fuit de mente eiusdem Ioan. de Imol.in dicto cap.cùm olim.ubi dicit, quòd de propriè significato ista dictio,Quondam,seu Olim,denotat præteritum. Et ita dixit, quòd communiter accipitur. Istud probat glo.in dicto c.j. §.hoc autem edictum. iuncto text. & uoluit Alberic.de Rosa.in Dictionar.suo,in uerbo Olim. & uide Iacob.Butr.in l. cùm aliquis.C.de iure delibe. & bene facit tex. in d.cap. ex parte B. in princip. iuncta l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. facit text. in l. sub conditione, in uerbo Olim.ff.de solu.& in l.sed & milites.in §.quęsitum.ff.de excusa.tuto.Sed quid si in instrumento dicatur, Titius filius Sempronij: an uitietur instrumentum,si Sempronius esset mortuus,& in instrumẽto nõ esset dictio, Olim, uel Quondam:dic quòd non, secundum Anton.de Butri.in d.cap.ex parte.& probatur in d.l.eius,qui in prouincia.in glo.in uerbo,Defuncti.& ibi Bart.& Specul.in d.§.restat.uer.penulti. & plenius in §. instrumentum. uer. quid si ita. Et uide bonum textum in d. l. si insulã. ff.de acquir.rerũ dominio. ubi insula, quæ desijt esse insula, appellatur insula. Et uide ibi Bart. & Albe.in suo Dictionar.in uerbo,Quondam. Idẽ tenuit domi.Card. & Imo. in d.cap.cùm contra. & uide text. in l.si quis reum.§.item Iulianus.el j.cum gl. parua.ff.de lib. lega.& in l.diuortio.cum glo. parua. ff. de nego.gestis. & in l.uiro.cum gl.j.ff.solut.matrimo. & quod uoluit Bartol.in l. si cognatis.in fi.de rebus dub. Cuius dictũ sequitur Petr.de Anchara.in cap.iudicante.de testa.& quod uoluit Bart. in l. cùm acutissimi. in iij. colum. C. de fideicommiss. & refert Alexand. in d. §. hoc autem edictum. ibi: secundò nota ex text.Et adduco do.Barb.in repeti.cap. Raynaldus.de testa. in iiij.colum.ubi dicit ibi esse casum nouissimè ab eo inductum,quod non redditur falsum instrumentum, si mortuo patre dicatur Titius Sempronij.Nã ibi Pepo erat mortuus, ut apparet in uerbo,Pepone mortuo: & nihilominus dicitur Raynaldus Peponis filius. & sic ibi est tex. pro gl. in d.l. eius,qui in prouincia.cum alijs præallegatis.

† Dictio ex tunc,extremum tempus designat. ff. de condi. & demonstr.l.iiij.in fi.& in l.j.ff.de uul.& pupil.substi. gloss.in cle. j. in uerbo, Extunc. de iure patro.& in cap.quam sit.de ele.lib.vj.& glo.in cap.cùm M.in uerbo,Extunc. eo.tit.Angel.in l.j.C.de codi.& in l.Gallus.§.j.ff.de lib.& posth.Bald. in cap. j. de cle. qui arma depo. & in cap.j. de mili. uasal.qui contu.est. & in auth. contrà rogatus. C. ad Trebellian.& in l.quibus diebus. ff. de conditio.& demonstr. doct.in cap.finem litibus. de do. & contu. & in ca.fin.de foro competen. Bart.in l.post dotem.ff.solu.matrimo. Lu.Romanus consil. xxxiiij.aliàs cxxxj.Arch.& Domi.in cap.dudũ. de præben. lib.vj.Abb.in c.pastoralis.de excep.& in cap.personas. post gloss.& in cap.super eo.el ij.de appel.& gl.in clemen.unica. de concess. præben.

† Dictio, Etiam, implicat seu declarat, sed non auget de sui natura.no.in clem.j.de præbend. ad fin. Abb.in c.unico.de commo.

commo. in ij. no. & in cap. ex tuæ. de cle. non resi. & in cap. cùm sit Romana. de appel. probatur in cle. religiosus. ibi do. Car. de procu. ubi allegat l. quodcunq;. §. antepe. ff. de uerb. obl & l. j. C. qui admit. & cle. unicam. in §. in quibus. de supplen. negli. præla. facit l. etiam. C. de testibus. & l. etiam. ff. sol. ma. & Io. Cal. in tit. de præben. consi. iiij.

† Dictio, Infra, iuncta tempori, denotat diminutionem, & imperfectionem temporis: unde dicitur puella infra pubertatis annum constituta, quando adhuc non peruenit ad pubertatem. Abb. in cap. ex parte. de resti. spo. in princ. & in cap. cùm uirum. de reg. & in cap. j. de cle. coniu. quòd dictio Infra, quandoque excludit. Vnde dicitur quis infra subdiaconatum, quando adhuc non est promotus ad subdiaconatum. Quod inducit ad statuta punientia certa delicta commissa infra triginta annos, ut non comprehendant eos qui sunt in trigesimo anno, cùm statutum sit pœnale, & restringendum. Putat tamen contrarium de propria significatione uocabuli: sed largo modo potest sumi modo prædicto: ut ibi. Et hęc larga interpretatio est fienda ad pœnam euitãdam, per regulam, odia. de reg. iur. lib. vj. & l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. Et adduco Domi. in cap. si annum. §. si uerò. de iudi. libr. vj. quòd dictio Infra, potest denotare actum immediatè sequentem terminum, cui adiungitur, & actum multo tempore distantem. Quod dic esse notandum pro testibus concordandis, quòd si unus diceret actum factum infra domum: & alter diceret in camera domus, isti essent cõcordes de loco, dum dictio Infra, possit referri ad quamlibet partem inclusam termino addito. Et uide eundem Domi. in ca. pia. de excep. lib. vj. ubi dicit, quòd dilatio data per dictionem Infra, includit diem, in qua dilatio assignatur. Et adduco Bartol. in l. Gallus. §. idem credendum. uersicul. quæro quid si dixit, & infra. ff. de libe. & posthum. ubi dixit, quòd significatio unius dictionis est, quòd scribens intendit omittere aliqua, quæ erant in medio, & assumere aliquid, quod erat infra. Et allegat l. ij. ff. ad legem Aquil. & patet, secundum eum, in omnibus. Vnde illud quod omittitur per dictionem Infra, significatur, & illud quod omittitur. & ibi Ioan. de Ana. in capi. super eo. de usur. ut ibidem dicit, allegant Bartol. in dicta l. Gallus. in §. idem credendum.

† Dictio, Tantum, est taxatiua, & implicat in se negatiuam, respectu aliarum probationum: ut in cap. cùm ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. & ibi Ioan. Andr. post Gof. in uerbo, Tantum. Vide casum ff. de adi. leg. l. iij. §. cùm Titio. & no. in l. rationes. in gloss. super uerbo, Quantitate. C. de prob. & in l. ob æs tantum. C. de prædi. mi. & in l. his solis. C. de reuo. don. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & gloss. in l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iud. Bald. in l. j. C. de secun. nup. & in l. j. C. quando non peten. par. & in l. dominus. §. per fideicommissum. ff. de usur. & in cap. P. & G. ij. col. de offic. delega. Abb. in consilio suo lij in ij. col. in uersic. iij. multum stringere uidentur. & in cap. cùm inter. in fi. penult. colum. de re iud. & uide Abb. in cap. quia in tantum. de præb.

† Dictio, Præter, ubicunque ponitur inter res, quarum una non continetur sub regula, stat inclusiuè, ne frustra uideatur apposita: ut probatur in l. Seio. §. uxori. ff. de annu. leg. Secus, si una comprehenditur sub altera, ut ponitur inter genus & speciem, nisi aliud dicatur in odiosis: ut uidetur uelle Innoc. in ca. dudum. el ij. de ele. quasi tunc regulariter excludat. De cuius natura uide doct. in d. ca. dudum. & Archi. in ca. decet. ad fin. de immu. eccle. lib. vj. & Ioan. de Lig. & alios in cle. ij. de pe. per Paul. de Eleaza. Cardi. Barb. & alios in cle. j. de summa tri. & fide catho. Arc. in cap. Hebron. xiij. quæst. ij. Bart. in l. j. ff. de pig. act. & Bal. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & in d. l. Seio. §. uxori. per Bar. Cy. & Bal. in d. l. j. Abb. in cap. literas. de præsum. & in c. cùm ab omni. in uerbo, Præter. de uita & ho. cle. & in d. c. dudum. el ij. de ele. in vj. col.

† Dictio, Saltem, importat formam subsidiariam, & scribitur cum e. Abb. in c. quia propter. in j. col. de ele.

† Dictio, Penè, & dictio Ferè, diminuunt parum de significatio eias, cui adijciuntur. Abb. in cap. dudum. el j. de elect. in iij. colum.

† Dictio, Præsertim, propriè componitur comparatiuè, & sic implicat. glo. est sing. secundum do. Card. in c. per tuas. el j. in uerbo, Præsertim. de simo. Vide gloss. in cap. inter alia, de sen. excom. Car. & do. Barb. in ca. j. de excep. & in c. illud. de præsum. Et quid si dictio præsertim, seu præcipuè, apponatur in sententia, ubi una causa exprimitur falsa, toleratur. dicam j. in uerbo, Sententia.

† Dictio, Quodammodo, est impropriatiua. gl. & Abb. in ca. dudum. el ij. in ix. col. de ele.

† Dictio Copulatiua quando resoluatur in disiunctiuã, uide plenè per Abb. in c. ij. de rescrip. & ibi quid econtrà.

† Dictio, Præcisè, idem importat quod absolutè, & sine causæ cognitione: ut optimè innuitur in cap. ij. de rescrip. & uide bonam glo. in ca. contra Christianos, de hære. lib. vj. & dicebat Iaco. de Are. nota. uerbũ in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. quòd si ista dictio Præcisè, ponitur in statuto, habet uim clausulæ derogatoriæ ad illud statutum contrarium. ut non ualeat secundum contrarium, nisi fiat mentio de primo, ex quo in statuto dicitur, quòd hoc, quod ibi statuitur, sit expressum. & est not. uerbum, si esset uerum. Videtur tamen habere rationem in se, ut illud uerbum aliquid operetur. Quod est notandum pro rescriptis principum, in quibus sæpe ponitur hæc dictio præcisè, secundum Abb. in d. c. ij. de rescrip. post do. Card. Et adduco Bald. in d. ca. ij. in fi. ubi inducit illum tex. ad q. statutum disponit, quòd reformationes debeant præcisè seruari: quomodo debeat intelligi uerbum Præcisè. Dicit posse argui ex illo textu, quòd intelligitur sine causæ discussione. Sed hoc est falsum, secundum eum per illum tex. nam hæc dictio Præcisè, non excludit legitimas defensiones, ut in l. si stipulatus sum. ff. de uerbo. obli. Allegat Iac. de Are. ibi. Et dictio Præcisè, recipit determinationem legalem. l. ita pudor. C. de adul. & intelligitur uerbum Præcisè, id est, ad literam, prout iacet, & si opus est etiam manu militari. Item & remedio carceris. l. sacrilegij. §. fi. ff. ad l. Iul. pecu. l. qui restitu ere. ff. de rei uen. & quod not. in l. sed & hæ. §. prætor. ff. de procu. Et adduco eundem Bald. in cap. cùm M. de consti. ubi dixit, quòd uerba Præcisa papæ, recipiunt tacitam conditionem & interpretationem. Allegat d. l. si stipulatus. & idem Bald. in l. omnes populi: in ultima charta. ff. de iust. & iure. dixit, quòd malè statutum recipit determinationem laudabilem. Allegat d. l. si stipulatus sum. & uerbum Præcisum, secundum deriuatores est, ac si dictum sit, quòd illud statutum pręcedat omnia alia, quæ aliter disponeret. Item exponitur Præcisè, id est, necessariò. allegat l. sed & hæ. §. pretor. ff. de procu. Et adduco eundẽ Bald. in rub. de const. quòd ubi in statuto apponitur uerbum Præcisè, debet ad unguem seruari. allegat notata in cle. ne Romani. de ele. & tantum ualet dicere Præcisè, quantum omnimodè, & indistinctè. Allegat tex. in l. semper. in §. demonstratur. ff. de iure immu. Reuerà textus ibi utitur uerbo Abscisè. & glo. ibi dicit, uel Præcisè. Et adduco eundem Bald. in l. si causam. C. de execu. rei iud. in ij. colum. quòd uirtus horum uerborum, uidelicet quòd statutum sit præcisum, hoc est, quod adeò sit stricti iuris, id est firmatũ, ut nullo modo possit ab eo recedi. Allegat not. in l. placuit. C. de iud. & adduco eundem Bald. in l. exceptionem. C. de prob. in ulti. col. statutum disponit, quòd accusatus teneatur respondere præcisè accusationi, reseruatis tamen exceptionibus sibi: iste opponit exceptionem iudicis incompetentis, an talis exceptio admittatur ad contestationem litis impediendam? Respondet, quòd sic. per glo. in l. j. de seque. pos. & fruc. Facit quod uoluit Bald. in l. commissoriæ. C. de pac. inter emp. & uend. ubi dixit, statutum disponit, quòd iudex seruet formam statuti, prout iacet ad literam. quod intelligitur, saluo semper intellectu: quia litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et idem Bald. in l. ij. C. de pa. qui fi. distra. dixit, Generale statutum disponit, quòd statuta debeãt seruare ad literam, quia tunc non fit extensio: quia litera dicitur, quæ oculis, non quæ solo intellectu percipitur. Et sic Bald. circa hunc passum reperitur uarius. do. And. Barb. in d. cap. ij. considerat, quòd inquantum Bald. colligit ex illo text. quòd si statutum dicat, quòd reformationes debeant seruari præcisè: quòd talia uerba recipiunt determinationem legalem iudicio suo, ipse non potest hoc colligere ex illo

illo text.& mouetur hac ratione: Potentior est prouisio facta per uiam statuti, quàm prouisio facta per uiam rescripti. Mirabile fuit dictum Innoc. in cap. quanto. de consue. retulit Bald. in l. j. ff. de constit. principum. Idem uoluit Sali. in l. fi. C. quæ sit lon. consue. & l. fi. C. si contra ius, uel utili. pub. & in l. j. C. de ser. reipu. má. Modo posito, quòd ita sit, quòd istud uerbum, Præcisè, appositum in rescripto concesso ad instantiam impetrantis, recipiat interpretationem iuris, ut intelligatur, si preces ueritate nitantur, nõ tamen idem erit in constitutione generali, quæ est pręceptum uirorum prudentum. l. j. de legib. & ex ista causa & generali disponitur. iiij. dist. erit autem lex. & ideo, secundum eum, non ualet ista argumentatio de illo tex. loquente rescripto impetrato ad importunitatem supplicantis: ut l. j. C. de peti. bono. sub. libr. x. ad constitutionem generalem: & per consequens, Bald. non bene loquitur, secundum eum. Quinimò tex. d. cap. ij. probat, quòd idem est dicere, præcisè, quod sine causæ cognitione: ut apparet ex illo tex. in uerbo, Non credimus ita præcisè. Et ita firmant doc. omnes ibi. & etiam facit tex. in d. cap. contra Christianos. Si ergo hoc militat in rescripto, ut excludatur causæ cognitio, non'ne multo fortius idem erit in constitutione præcisè intelligenda? Fatetur tamen, quòd si resultaret iniquitas, aut quòd aliquis efficeretur locupletior cum aliena iactura, quod tunc reciperet interpretationem legalem. arg. notatorum in l. ij. C. de condi. in ser. & in l. conuenticula. C. de episc. & cle. quod nota. in l. ita pudor. C. de adul. Et ita residet in hoc passu. Ego dicerem, quòd licet quælibet dispositio recipiat interpretationem à iure communi, ut in rescripto, per ca. causam, quę. de rescri. & l. falso. C. de diuer. rescri. & idem in statuto, ut in cap. cùm dilectus. de consue. & in l. si serui nostri. C. de noxa. & idem in priuilegio. l. si quando. C. de inoffi. testam. c. ecclesia nostra. de ele. & idem in indulgentia, ut in cap. dilecto. de uer. sig. tamen hoc est uerum in dubio: sed ubi in aliqua dispositione uerbum Pręcisè, apponitur, debet propriè intelligi, secundum naturam suam, id est, absolutè, & sine causæ cognitione. Nam à propria significatione uocabuli non est recedendum. l. ille, aut ille. §. cùm in uerbis. & l. non aliter. ff. de leg. iij. & cap. fi. de uer. sign. Et hoc secundum rationem recti sermonis, nisi materia subiecta aliud requireret: arg. l. si uno. ff. loca. Sed salua ratione recti sermonis, & maximè in statutis, uerba propriè accipienda sunt. l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. l. j. §. si is, qui nauem. ff. de exerci. l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obli. cap. in nostra. de iniur. cum si. Et adduco ego Angel. de hoc uerbo Præcisè, in consi. suo liij. in fin. ubi dixit, quòd uerbum Præcisè, est remotiuum omnis obstaculi: sicut dicitur in obligationibus dandi per respectum obligationis faciendi, in quibus regulariter non tenetur quis ad factum præcisè: ut in l. stipulationes non diuiduntur. coniuncta l. ubi autem non apparet. in §. fi. de uerb. oblig. & ff. de re iud. l. si quis ab alio. in fi. in ulti. gloss.

† Dictio, Mox, statim, illicò, incontinenti, uerificantur in certo tempore, secundum arbitrium boni iudicis. Abb. in cap. quia propter. §. j. de elec. post gloss. ibi: & gl. & doc. in c. præterea. in uerbo, Incontinenti. de test. cog. & glo. in c. an sit. de appel. Abb. in c. j. de mutu. peti. per Ioan. And. & Host. in c. ueniens. lo ij. de testi. quòd quando præcipitur aliquid fieri incontinenti, relinquitur arbitrio iudicis. Et allegant gl. in d. c. an sit. & uide de uerb. obli. cõtinui actus. & ff. de adulte. quod lex ait. §. ulti. in fi. & C. de erro. aduo. l. ult. & xxxij. q. j. c. apud misericordem. Innocen. in cap. olim. lo j. de resti. spo. Bald. in l. j. C. de ope. lib. & quod no. in l. ij. §. item confestim. ff. ad Tertul. & quod not. in l. j. ff. ad leg. Falcid. & in l. quod dicimus. ff. de solu. & ff. de constitu. pec. l. promissor. & C. de iud. cum specialis. ff. de sta. lib. l. si peculium. §. fi. glo. in c. significasti. el ij. de homi. & in l. j. C. unde ui. & in c. si uerò. el j. de sen. excom. & in l. idem est. §. cùm igitur. ff. de ui, & ui ar. & in cap. cùm dilectus. in uerb. Incontinenti. id est, intra terminum constitutum. de or. cogni. & doc. in c. finem litibus. in uerbo, Incontinenti. de dolo & contu. & uide Petrũ de Ancha. in c. petitio. de homi. & uide Hosti. in d. c. significasti. el ij. quod dicitur incontinẽti fieri, antequam deueniatur ad alia negocia. Et uide Bar. in d. l. j. C. unde ui. & Bart. & Angel. in l. iij. §. cùm igitur. ff. de ui, & ui arma. ubi concludunt, quòd dicitur fieri incontinenti, secũdum quod commodè fieri potest, ex qualitate personarum, & rei. Et uide Abb. & Ana. in d. c. significasti. in xxij. colum. ubi Ana. plenè tangit. & uide Bald. in l. in bonæ fidei. & in l. petens. C. de pactis. habetur etiam in l. j. §. j. ff. de uerb. oblig. ubi inter alia Ioan. de Imo. allegat dictum Vgutio. j. dist. cap. ius naturale. ubi dixit, quòd uerbum Incontinenti, intelligitur secũdum qualitatem rei. refert Roma. in d. l. j. & Bal. in l. fin. C. de his, qui à non do. ma.

† Dictio, Vt potest, est expresiua ueritatis. Abb. in c. prout. de do. & contuma.

† Dictio, Iterum, significat actum geminatum: quandoque tamen exponitur, id est, quoties opus fuerit: & hoc ex natura actus, cui adijcitur. Nam uerba impropriantur, secundum naturam subiectæ materiæ. xj. quæst. iij. rogo. gloss. & Abb. in c. sua nobis. de appel. in ij. colum. Idem dico de uerbo, Quoties, quod restringitur secundum naturam subiectæ materię. De quo plenè per Card. & And. Barb. in ca. cognoscentes. de consti. & per do. Alex. post alios in l. si finita. ff. de dam. infec.

† Dictio, Vix, ex proprio significato uidetur importare difficultatem: ut probatur in cap. ij. coniuncta glo. super uerbo, Vix. de cogn. spi. li. vj. & ibi Archid. & Domi. facit l. uix certis annis. ff. de iud. & propriè significat difficultatem: impropriè uerò ponitur pro nunquam, ut in §. ecce. ij. q. j. & uide c. quæ ipsis. xxxviij. distinct. Abb. in c. cùm sint. in fi. de deci. Et idem dicas de uerbo Difficile, quod quandoq; importat difficultatem. gloss. fin. & ibi Abb. in d. c. cùm sint. & Gemi. in d. c. ij. Quandoque importat impossibilitatem, ut est glo. in c. principatus. j. q. j. Abb. in d. c. cùm sint. in fi. & uide Abb. in c. contracto. de cog. spi. & in c. uenerabilis. in ij. colum. de præben.

† Dictio, Sicut, stat casualiter, non conditionaliter, quando princeps confirmat ex certa scientia, & tunc etiam accipitur Sicut pro quia: sed si simpliciter cõfirmat non informatus de iure confirmato, accipitur conditionaliter, ut not. & exemplificat Abb. in cap. examinata. cum c. sequen. de confirma. uti. uel inuti. Et hæc dictio, Sicut, importat omnimodam significationem quandoque, ut uoluit Ant. de Butr. in cap. Pisanis. de resti. spo. quem refert And. Bar. in cap. inquisitionis. de accusa. Facit quod uoluit Bald. in l. edita. C. de eden. & quod habetur in c. personas. de appellat. & quod uoluit Rom. consil. ccxxx. & Barb. in c. fin. de iura. calum. Quandoque non importat omnimodam significationem, ut est gloss. in c. fin. de offic. archipresb. & uide gloss. in cap. uenerabilis. de confir. uti. uel inuti. & in priuilegijs ponitur causatiuè. glo. in c. quoniam abbas. de offic. delegat. & etiam in sententijs, ut ibi habetur. & uide glo. in c. priuilegia. xxx. dist. & uide Abb. in d. cap. inquisitionis. in iij. col. uer. & ideo dictio.

† Dictio, Vsque, quandoque ponitur exclusiuè, ut in l. filius. famil. §. j. de lega. j. & in l. j. §. j. & ibi no. ff. an per alium causæ appel. Quandoque stat inclusiuè: ut in l. ij. in princip. ff. de his, qui no. infa. De quo aliquid per Iaco. de Are. & Ray. in l. j. ff. ad legem Falcid. & ibi plenè per Alexand. & per gl. in l. id est. ff. de do. & per Cyn. & alios in l. à caligato. C. de nup. per Ia. Bu. in authen. quod ius. C. de proc. & ibi Sa. per Ioan. And. & alios post eum in cap. j. post glos. de or. ab episcopo, qui episcopatui renunciauit. & ibi per An. de Bu. per Pau. de Eleaza. in c. cùm dilectus. in prin. de fide instrumen. per Gul. de Cu. & Bart. in l. meminisse. ff. de offic. procons. & per Bar. plenè in l. patronus. §. j. de leg. iij. per Bald. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. & in l. post duos. C. de aduo. diuer. iudi. & in l. fi. §. j. ff. de sena. per Alber. de Rosa. in Dictionar. suo, in uerbo Vsque. & no. in cap. cùm dilecti. de do. & contu. cum alijs concor.

† Dictio, Semper, inducit continuationem, ut in l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. & ciba. lega. Bart. Sal. & alij in l. j. ff. sol. ma. Quandoque recipit interpretationem miserabilem, dato interuallo. Abb. in procemio Gregorij. dixi s. in uerbo Continuo.

* Dictio, Vterque, est distributiua, & quod est agendum ab uno quoque, insolidum faciendum demonstrat. l. hoc articulo.

culo.ff.de hær.insti. gl.in l.creditor.§.si duobus.ff. mandati. l.si apud.& ibi Bal.C. de act. And. Alciat.consi.ccccxxij.nu. 4. Æmilius Maria Manolessus.

* Dictio, Alius, alia, aliud, idem in omnibus similibus dicendum, quod in ijs, de quibus est nominatim expressum, dictum est demonstrat. l.iij. & ibi gloss.& doct.præsertim dec. num.33. C.de serui.fugiti.idem in l.quicunque. in ij.lectu.in extre. C. qui.admit. Doct.in rubri.C.quando impera.inter pupil.& uidu.& alias miserabiles person. Ioan. Ceph. cōsi. cciiij.nu.49.& consi.cclxxviij.num.91.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Dictio, Omnes, nihil excludit, omniaq; complectitur. l.Iulianus.ff.de leg.iij. Dec.in l.omnia.in prin.in l.cer.cōdictio. ff.si cert.petat.& con.xj.nu.13. Ioan. Cephal. con.clxxij.nu. 9.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Dictio, Omnis, adeò latè patet, omniaque ita prorsus amplectitur, ut si testator, omnem rem, quam cum alio communem habet, legauerit, non suam tantùm, sed & socij partem legasse ad legatarium que pertinere uoluisse, uideatur. l.si ex toto.in prin.ff.de leg.j.Bart.& doct. in l. serui electione.§.fi.ff.de leg.j.Dec.con.lxix. Aym.Crau.con.lxxx.nu.15. uol.j. Æmilius Maria Manolessus.

* Dictio, Omnia, negando prolata, & nulla, & minima excludit.gl.in c.statutum.uer.nullum.de rescript.in vj.gl.in c.nemo potest.in glos.ij.de regul.iur.in vj Domini.à Sanct.Geminia.in con.xxxv.col.j.in extre.Ay.Crau.con.ccxciiij.nu. 6.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

† Dictio, Imò, est dictio correctiua. Abb.in c.innotuit.in j.colum.circa finem.de elect.glo.in c.prædicator.xvj. q.j. no.in c.inter corporalia.de transla.præla.& in c.ij. ut lite non cōtestā.Bar.C.de nouo Codi.compo.in §.sequitur. uer.opponο, dicitur hic imò, ubi distinguit, quòd quandoque dictio Imò, adijcitur cum copulatiua, &, uel etiam: & tunc ponitur copulatiuè, uel implicatiuè: ut in l.iuris gentiū.§.quin. imò. ff. de pact. secundum unam lec. Quandoque ponitur simpliciter: & tunc aut profertur ab homine: & ponitur correctiuè, ut ff.de hæred.insti.l.si ita scriptum. & de manumis. testa. l. Stichus. Aut à lege: & tunc aut eadem est ratio, uel maior in præsenti causa in eo, quod adijcitur per dictionem Imò, & ponitur implicatiuè: ut in l.iubemus. §. œconomus. C. de sacrosan.eccle.& ibi etiam per Bar.de hac dictione Imò. Aut non est eadem ratio, & tunc ponitur correctiuè: ut in l. si uehenda.in princip.& in §.ij.ad legem Rhodiam.de iac.& in d.l.si ita scriptum. & in d.l.Stichus. & in c. quemadmodum.de iureiu.per doc. & in c.nisi cùm pridem. §. propter laborem. de renun. & in c.suspicionis. in prin.de of.dele. & Abb.in c.graue.in gl.j.de præb.

† Dictio, Maximè, ex suo proprio significato denotat idem in casu contrario, ut no.in c. cùm olim. de testi.& in c.auditis.de elec. Interdum dictio, Maximè, sumitur pro tantum, & sic impropriè.not.Abb.in c.cùm contingat.de foro competen. in princ. & in c. quoniam frequenter.§. porrò.ut lite non cōtestata.& in c.damnamus. de summa tri.& fide cath. in iij.col.uer.no.ibi: maximè.& uide bonam gl. in c.ad abolendam.de filijs presbyt.

† Dictiones, Quietè, & Syncerè. pro intellectu horum uerborum, uide gloss.& Abb.in c.sanctorum.de præscrip. Nam quietè possidet, qui non stimulatur in iudicio. syncerè uerò, qui habet bonam fidem. Ex quibus bene no. quòd qui patitur controuersiam, non dicitur illam rem quietè possidere, licet controuersia sit iudicialis. Quod facit ad intellectum iurium exigentium quietam possessionem. ad no. in c.commissa.de ele.lib.vj.

† Dictio, Circa, non comprehendit tempus determinatum à iure, sicut dictio & plus, & ultra: ut in l. hæc adiectio. ff. de uerb.sig. Abb.in c.fin.de despon.impu.

† Adde, quòd dilectio Dei dicitur perfecta, quando ipsum diligimus ex toto corde, & anima, & totis uiribus. c. si quis semel. §. charitas. de pœnit. dist. ij. & dicitur Græcè ἀγάπη.

Diligens non dicitur, qui facit contra formam pacti. Bald. in l. si is. C. de fur. per l. eum, qui. §. fin. ff. commod.

* Diligens, si quod non debebat alicui soluit, & indebitum repetat, se nihil debuisse planum facere debet. diligẽs enim, nauus & attentus paterfamiliâs indebitũ non soluisse præsumitur. l. cùm de indebito. ff. de probatio. Lud. Gomes in reg. de triennal. possession. post xxix. q. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligens & nauus filiusfamiliâs non ex parentis bonis, sed ex suis acquisiuisse, quicquid habet, præsumitur. gl. in l. cùm oportet. in principio. C. de bonis quæ liber. Lud. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentia si aliquis & labore suo pascua & paludes meliores reddiderit, nec à fisco, nec ab alio est expellẽdus, nec ulla ei sunt onera imponenda. l. fi. C. de alluuionib. & palud. Ludo. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentiam si cohæres adhibuit, ut is, qui depositam à defuncto pecuniam acceperat, partem suam sibi redderet, alijsque ius suum persequi negligentibus, si non soluendo factus qui partem suam abstulit, ea cum alijs diuidere non est cogendus. l. fin. C. deposit. Lud. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentia creditor usus, ut quod sibi defunctus debebat, ab hærede exigeret, si exegit, & postea hæres unde alijs satisfaceret, non habuit, quod exegit, cum alijs communicare nõ tenetur. l. si pupillus. ff. de his quæ in frau. cred. Lud. Gomes ubi s. quod & de socio tradit Cic. in Orat. pro Q. Roscio Comœd. Lite contestata, iudicio damni iniuria constituto, tu sine me cum Flauio decidisti. utrũ pro dimidia parte? an pro tota societate? planius dicam, utrum pro me? an pro me, & pro te? Pro me? potui: exemplo multorum licitum est: iure fecerunt multi: nihil in ea re tibi iniuriæ feci: pete tu tuum, exige, & aufer, quod debetur: suam quisque partẽ iuris possideat, & persequatur. At enim tuum negocium gessisti bene: gere & tu tuũ bene. Magno tuam dimidiam partem decidisti. magno & tu tuam partẽ decide HS. CCCIↃↃↃ tu abstulisti: si sit hoc uerò. HS. CCCIↃↃↃ tu quoque aufer, &c. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentia si sua aliquid hæres acquisiuit, non connumeratur inter defuncti bona, nec in legatario reconuerti utilitatem potest. l. si hæres. in principio. ff. ad leg. Fal. Lud. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentiam & studium si is qui res commodatas accepit, homo nauus adhibuit, ut res suas, quæ pluris erant quàm commodatæ, potius quàm commodatas seruaret, culpæ obnoxius non est. l. si ut certo. §. quod uerò. ff. commodati. Lud. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentia si sua emptor domum, uel rem alteri obligatam, quam emit, meliorem reddidit, & ab eo postea per hypothecariam euincatur, primam æstimationem præstando liberatur. l. ij. in extre. & ibi Bart. C. de prædi. nauiculario. lib. xij. Lud. Gom. ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentia & impensa sua, si in feudo aliquod uasallus ædificium construxerit, & postea sine hæredib. qui feudum capere possint, decesserit dominus, aut ædificiũ tolli permittere debet, aut quanti, id est, hæredibus numerare. §. uasallus. hîc finitur lex. in usibus feud. Lud. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligẽs colonus, si, ut fundum meliorem redderet, aliquid impendit, inde abire non est cogendus, nisi prius quod impendit, ei fuerit persolutum. l. colonus. ff. loca. Lud. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentiam si in domo uendita custodienda eam uenditor adhibuit, quam frugi, naui & diligentes homines adhibere consueuerunt, etiamsi ante traditionem incendio perierit, damnum non ad ipsum uenditorem diligenter suo munere & officio functũ, sed ad emptorem spectat. l. si uendita. ff. de pericul. & com. rei uẽdit. Ias. in l. domus. ff. de leg. j. Soci. in reg. clxxviij. Ludo. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligentia si opera & studio suo ex socijs aliquis domũ uel fundũ communem recuperauit, & ei socius intra quatuor menses non satisfecerit, totius rei dominus efficitur. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. l. iiij. C. de ædific. priuat. Lud. Gom. ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

* Diligens si unus tantùm ex toto capitulo sit, pro omnibus unus ille est, potestasque, quæ penes omnes esse consueuit, penes unum illum est. Illust. Cardi. Abb. in c. olim. de testib. Lud. Gomes ubi s. Æmilius Maria Manolessus.

Diligens tenetur de culpa leui. Bald. contra Cyn. in l. si constante. §. si maritus. soluto matrimonio. & Alexád. in l. quod Nerua. ff. depositi.

Diligentia quomodo probetur. uide Bar. in consi. Charissime domine, isti nostri amicissimi, &c. in tracta. de testibus. uer. lata culpa. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi. pen. col. de ope. noui. nunciat.

Diligens in uno an præsumatur diligens in alio. Bart. in l. fi. C. de his, qui à non do. manu. sunt.

Diligentiam si quis habet in rebus alienis, sicut in proprijs, nõ imputatur ei. in Spec. de pign. §. j. uer. & no. Vide omnino Bald. in l. pignus. vij. col. C. de pig. act.

Diligentia non debet alicui nocere. in Spec. de arbitro. §. viij. uersi. quid si sit pœna.

Diligẽter & bene, intelligitur, scilicet arbitrio boni uiri. s. uer. clausula Contractus. in clausula, Bene & diligenter.

Diligentia est mater omnium uirtutum. in Spec. de aduo. §. v. uer. commẽdet autem. & §. ix. uer. item cautus sit antiquus. Item est mater omnium artium. cle. ij. §. j. & ibi Card. de sepul. Sic negligentia est nouerca eruditionis. lxxxiij. dist. nihil. secundum Cardinalem ibi.
† Adde, quòd diligentia, secundum Tho. ij. ij. q. liiij. artic. j. est idem quod solicitudo: & ideo requiritur in omni uirtute: & dicitur Græcè ἀκρίβεια, ἐπιμέλεια.

Diminutio pœnæ nõ fit auxiliatori, sicut principali, si causa in eo nõ subest, licet ex forma statuti pari pœna sint puniendi. Bar. in l. posthumus. ff. de ali. leg.
† Adde, quòd Grecè dicitur diminutio ἐλάττωσις: & est maioris quantitatis in minorem mutatio.

Diminui dicitur, quod usucapitur. l. deperditũ. ff. de pet. hære.

Diminui non potest, quod solidum præstari debet. Bal. in l. si. qua. C. ad Tertul.

Diminutio non potest importari per inducta ad augmentum, & econtrà. Bart. in l. legata inutiliter. in prin. de leg. j. in l. in sacris. & ibi Ang. C. de proxi. sa. scri. li. xij. Bald. in authen. ex causa. pe. col. C. de lib. præte. & Paul. de Cast. in consi. vij. & j. uer. Pœna. & Card. in cle. exiui. §. deinde. & ibi not. de uerbor. significa.
† Diminutio quid sit: uide Angel. in consil. cclxx. ubi etiam diminutio non inuenitur in totali mutatione, imò differũt in substantia & natura.]
† Diminutio patrimonij aliquo casu non præsumitur, nisi probetur per asserentem diminutionem eius. Ange. in consil. cclxxiij.]

Dimidia pars dimidiæ totius uidetur legata, quando est legata dimidia pars rei, in qua testator habet

habet dimidiam dimidiæ. Bar. in l. serui. §. fi. de leg. j. & infrà uer. Legatum fundi. uer. vij. & liij. † Et per Franc. Areti. in d. §. fin.]

Dimidium plus toto, dicebat Hesiodus, secundum Aul. Gel. lib. xvij. c. ij.

Dimidia ususfructus debetur usufructuario, si alteri est legata proprietas rei. l. si alij. ff. de usufru. leg.

Diœcesis, id est, diuisio. vij. q. j. episcopi. Car. in d. §. sanè. in cle. ij. pe. q. de elec.

Diœcesis, id est, territorium. gl. & Angel. in authen. quomodo oportet episcopos. §. non aliter. colla. j.

Diœcesis appellatione districtus, uel territorium non uenit. Car. in cle. ij. §. sanè. de elec. sed aliter loquitur ibi in v. q. ubi uide. Alex. in l. pupillus. de uerb. sig. per c. ij. de constitu. in † vj. quòd sic. † Et quid ueniat, uide Felin. in c. Rodulphus. v. col. uer. tertia conclu. de rescrip.]

Diœcesis tota dicitur parochia episcopi. ĵ. uerb. Parochianus. uer. xij.

Diœcesanus dicitur, is qui habet domicilium in diœcesi. gl. in c. statutum. §. nullus. de rescrip. in vj.

Diœcesanorum appellatione non continentur, qui sunt de ciuitate. Bar. in consil. Ciuitati Camerini, &c. & per Cardin. in d. §. sanè.

Diœcesis appellatione uenit diœcesis originis, uel domicilij, quando quis habet plures diœceses. l. quæ conditio. §. fin. ff. de condi. & demon. c. statutum. §. cùm uerò. de rescrip. in vj. secundum Lud. Pont. in sing. uer. Diœcesis. uer. ubi aliquis.

Diœcesanus quis dicatur: uide infrà uer. Episcopus. el primo. uer. iij.

Diœcesanus dicitur etiam archiepiscopus in sua diœcesi, non in prouincia. Car. in cle. j. §. j. j. quęstione. de sup. negli. pręla.

10 Diœcesani an ueniant appellatione Bononiensium. Alex. quòd sic, in l. ij. de uer. signifi.

Diœcesis certa pars potest præscribi contra episcopum per prælatum inferiorem ab episcopo. c. auditis. de præscrip. & ibi Abb. uide aliter in c. j. de præscrip. in v. char. in cle. ij. §. ut illud. de re. iu.

Diœcesanus dicitur episcopus, & alij superiores. gl. & Card. in cle. j. §. uolumus. de fo. compe. xj. q. j. de personis. Car. in cle. j. viij. q. de sup. neg. præla. & in §. j. in j. quæst.

Diœcesis appellatione an ueniat ciuitas, & econtrà. Car. in d. §. sanè. vij. & viij. q. & in cle. j. vj. no. de renun. quòd sic, per c. j. de offi. ord. & omnino per Gemi. in c. fœlicis. §. fin. de pœnis. in vj. & Alex. in l. ij. de uerb. signifi. quòd non. per c. Rodulphus. de rescrip. gl. in c. accepimus. de æta. & quali. & in † c. fi. de præben. † Et per Feli. in d. c. Rodulphus. & per Fran. Are. in l. illud dubitari. de acq. hær. circa prin. j. co.]

Diœcesani dicuntur parochiani ecclesiæ cathedralis. no. Car. in cle. causam. §. j. de elec. in iiij. no.

Diœcesis dicitur quasi diuisio, qua diuiduntur fines episcopatuum. x. q. iij. unio. Car. in cle. dudum. §. extrà, de sepul. in j. q. Et differt à ciuitate, & prouincia.

Diœcesanus & Ordinarius, differunt: quia

Diœcesani appellatione non uenit ordinarius, nisi quo ad ea quæ competunt ei iure ordinario. glo. sing. & Card. in cle. j. de iure patro. in v. q.

† Diœcesani appellatione an intelligatur solùm de episcopo: uide Fel. in c. cùm olim. in prin. de præscri. †

Diœcesis præscribitur per ciuitates & castra. Bal. in l. j. xvj. col. C. de emancip. lib.

Diœceses fuerunt distinctæ tempore Dionysij. gl. in c. prouinciæ. xcix. dist. & xiij. q. j. c. j. & ibi no. dixi in tract. de Episcopo, in præludi. ij. col.

Diœcesis ponitur quandoque pro parochia. gl. in c. j. xiij. q. j. & lxxx. distin. c. j. cum gl.

Directè quæ non conceduntur, quandoq; per obliquum conceduntur. in Specu. de posi. §. vij. uer. uerumtamen.

Directè quæ non conceduntur, quandoque per consequentiam conceduntur. in Spec. de feu. §. ij. uer. xxxj.

Discere prohibita est culpa, sicut docere. l. culpa. C. de malefi. & math.

Discipulus debet obedire magistro, sicut filius patri. gl. in l. libertus. ff. de obsequijs. & Bart. in l. omnes populi. vj. q. j. principali. ff. de iust. & iur.

† Discipulus an possit esse testis pro magistro. uide Angel. in consil. j.]

Discipulus debet excusare sententiam magistri. Bal. in l. discere. in prin. ff. de arbi.

Discipulus an obliget magistrũ. ĵ. uer. Magister. uer. vj. & xix.

Discipulus an possit uerberari à magistro. ĵ. uer. Magister. uer. xij. cum tribus seq. & xxj. & seq.

† Disciplina regularis dicitur, quæ continetur in regula. clem. j. §. si quis. de statu mona. secundum Car.

† Adde, quòd disciplina est pars potentialis iustitiæ, contenta sub humanitate, secundum bea. Tho. ij. ij. q. lxxx. ar. iij. & dicitur Græcè *μάθημα*.

Disciplina non debet contemni, aliàs religio naufragatur. cle. ij. in prin. & ibi Car. de statu mona.

Discordia debet euitari per iudicem inter partes, tam in causa ciuili, quàm in causa criminali, adeò quòd iudex potest ex hac causa compellere partes ad componendum, ut scilicet, quando partes diu litigauerunt, & quæstio est multùm dubia. nam tunc etiam iudex secularis potest compellere partes ad componendum, uel ad compromittendum: & negligentiam ipsius poterit iudex ecclesiasticus supplere, excommunicando partes, nisi ueniant ad concordiam. Bonus est tex. in c. placuit. xc. dist. Causa autem legitima cessante, potest, & debet iudex hortari ad componendum, non autem compellere. Sic intellige cap. studendum. xc. dist. Abb. in c. cùm inter R. in fi. de elect. & in c. fi. de ma. & obe. & in c. j. de treu. & pace. Et quòd iudex possit terminare causam concordia, uel iustitia, uide text. in c. j. de mut. peti. & in c. causam quæ. de testi. & in c. querelam. de simo. & quòd legitur & not. in l. æquissimum. ff. de usufru. & in l. j. §. post operis. ff. de ope. no. nunc.

Discordia diuersitatem cordium significat. gl. in cle. j. §. j. de iureiuran.

Discordijs est obuiandum celeriter. d. cle. & d. §. & ibi Car. & c. suscepimus. de homicidio.

† Discordia generari solet propter inæqualitatem, inter coniunctos maximè. Raph. Ful. in consil. xv. in fi.]

Discordia est periculosa. cle. dudum. §. ab olim. & ibi Card. de sepul. Vnde Sallustius: Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

* Discordia non difficillimè persæpe inter fratres oritur, inter quos summa concordia, summusq; consensus esse deberet. Rolan. à Val. consi. lxxviij. nu. xij. uolu. j. Æmilius Maria Manolessus.

† Discordia concordatur per distinctionem temporum. de pœn. dist. j. periculosæ. & ĵ. Testium impugnatio.

† Adde, quòd ubi discordia fuerit inter partes, quæ eligere habent, uel aliquid simul facere, iudex se intromittere debet eligendo, aut aliàs actum faciendo. Iason in l. fin. C. de iudi. Panor. in c. tuæ. de cler. non residen. & est discordia ita acerbior intimo odio, & corde concepta, secundum Cic. lib. iiij. Tuscula. q. & dicitur Græcè *διαφωνία*.

† Adde, quòd discretio est custos & moderatrix uirtutum, secundum bea. Tho. iij. Sen. dist. xxxiij. q. ij. artic. v. & dicitur Græcè *διάκρισις*.

† Discretio est mater omnium uirtutum, in Spe. de aduocato. §. v. uersi. commendat autem. cle. pastoralis. §. uerum. & ibi Car. de re iud.

Discretionis ætas est duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in masculo. gl. in cle. eos. de reg.

Discretio & iudicium, sunt idem. l. cùm prætor. §. j. cum glo. ff. de iudi. & importat arbitrium boni uiri. Alex. in con. xxxiij. † in j. parte. † Et Paris de Puteo in tracta. Syndi. in c. de offic. syndi.]

Discretioni alicuius si committatur, uide in c. statutum. de rescrip. in vj. Ioan. Andr. in c. j. de iur. calum. in Nouel. in vj. & Bald. in l. fi. C. de iu. do. impe. quòd intelligitur commissum arbitrio boni uiri. & s̄. clausula præcedenti, & quinque seq. in clausulis Compromissorum.

Discussio est bonorum debitoris usque ad pœnam facta diligens inquisitio, secundum Iacob. de Areti. in tracta. Discussionum. Item est indagatio, si reus est soluen-

ſoluendo. Bald. in authen. præſente. C. de fideiuſ.

Diſcuſsio bonorũ ſine libello fieri poteſt. Bald. in l. ij. C. quan. fiſ. uel priua. & Bene. de Barzis in tract. Diſcuſ. ij. q. prin.

Diſcuſsio fieri debet citato fideiuſſore, uel tertio poſſeſſore. Bal. in d. l. ij. C. quãdo fiſ. uel pri. & in l. fi. ff. ſi cer. pet. per l. in executione. de uerb. oblig. Bart. & Ioan. de Por. & Alexand. in l. decem. de uerb. oblig. & Bene. ubi ſ. j. q. ſed Alex. contra in l. fi. C. de edict. di. Adri. tol.

Diſcuſsio de bonis hęredis grauati fideicommiſſo, qui alienauit in caſibus permiſsis, fieri debet antequam conueniantur poſſeſſores. Ang. ſing. in auth. de reſti. colla. viij.

Diſcuſsio requirit duo iudicia. Bald. in l. licet. ff. ſi quis omiſ. cau. te. uidelicet primum, in quo fiat diſcuſsio principalis: ſecundum quod agatur contra fideiuſſorem. Bal. & Ang. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. Licet etiam unum ſufficiat, quando eſt notorium, principalē non eſſe ſoluendo, ſecundum Ang. per gloſſ. ſing. in l. niſi hoc actum. ff. de pac. & in d. l. licet. & Bald. in l. ij. C. communi diui. & Barth. Cep. in cau. ciij. & Bene. de Barz. iij. q. in tract. Diſcu.

Diſcuſsio ſi non fiat, ualet proceſſus, ſi non opponatur exceptio diſcuſsionis omiſſæ. Bar. in l. ij. C. communi diui. in authen. præſente. C. de fideiuſſ. in l. ſi mancipiũ. de euic. Bar. in auth. hoc ſi debitor. C. de pig. & in l. edita. C. de eden. l. hos accuſare. §. lege Iulia. ff. de accu. l. pen. §. ad crimen. de pub. iudi. Bal. in authen. contrà rogatus. in fin. C. ad Tre. concludit ualere proceſſum. & Bar. in l. prolatam. in prin. C. de ſen. quòd ualet ſententia contra fideiuſſorem, uel poſſeſſorem conuentum prius, quàm principalem. Sed Bal. in d. l. ij. aliter loquitur. & Iac. de Aret. in tract. Diſcuſ. uer. ſed nunquid ualet ſentẽtia. Ang. in auth. de fideiuſſ. §. ſed neq; Io. de Por. in l. decem. de uerb. obl. & uide omnino Bene. de Barz. ubi ſuprà, iiij. q. principali. ubi concordat opi. Et uide Bal. in l. j. C. ſi quid in frau. patr. ubi dicit uerum, niſi ante litis conteſtationem ſit oppoſita exceptio præpoſterationis, per not. in l. ij. C. communi diui. Item per Alex. conſi. xxxj. iiij. parte. † & in l. fi. in princ. ſi cer. pet. † Vide do. Pet. Phil. Corn. conſil. xlvj. in litera L. la ij. in ij. parte.]

Diſcuſsio omiſſa ante litis conteſtationem poteſt fieri poſt, ſi aduerſarius non excipit: aliàs non. Bal. in d. auth. contrà rogatus. in fi. C. ad Treb. Bene. ubi ſ. v. q. prin. Iac. de Aret. in d. † tract. Diſcuſ. uer. ſed quid ſi eſt. † Vide omnino dom. Maria. Soci. in conſil. xxiiij. incip. Viſis. uer. quoniam imò. in j. parte. ubi tenet, quòd ſi agens diſcuſsionem poſt litem conteſtatam non fecerit, uel probationem de inopia principalis debitoris, ſuccumbere debet, quia ligatum eſt exercitium agentis. quod eſt ſingulare.] Item,

Diſcuſsio fieri poteſt, pendente iudicio, & prodeſt, ac ſi facta eſſet ante litem motam, ſecundum Alb. Galleti. in Marga. & Iac. in l. prolatam. in lect. noua. C. de ſentent. facit authen. præſente. C. de fideiuſ. ſecundum Bal. in l. ſi rem. §. fin. ff. de pig. act. qui allegat iura prædicta. Et facit ſecundum Bal. ibi, quòd poſt exceptionem poteſt reus offerre ad ualidandum exceptionem, per l. ſi maior. C. de tranſact. & quod no. C. de ſen. l. cùm eorum. & per Iacob. in l. ſi cùm procurator. de re iudi. & de nõ num. pecu. l. tam mandatori. de act. empt. l. j. in fi. gl. mag. Item,

Diſcuſsionis omiſſæ exceptio omiſſa ante litis conteſtationẽ poteſt opponi in quacunque parte iudicij. Bart. in conſilio, Quæro, ſi tertius. Ioan. de Por. in l. decem. ad fin. de uer. obl. & ibi Pau. de Caſt. & infrà, uer. Exceptio quando. uer. lvij. & per Bart. in authen. hoc ſi debiror. de pig. & in l. exceptionem. C. de proba. Imò etiam poſt ſententiam Bald. & Paul. de Caſt. in l. fi. ff. ſi cer. pet. & ibi per Alexan. & Ioan. de Por. ubi ſuprà. Valet tamen ſententia contra fideiuſſorem, tali exceptione omiſſa, ſecundum Angel. & Pet. de Su. in l. prolatam. C. de ſen. Ang. in §. ſed neque. in authen. de fideiuſ. Iacob. de Aret. in tract. Diſcu. uer. ſed nunquid ualet ſententia. Bar. in l. ſi mancipium. §. ſi communi. ff. de eui. & Bene. de Barz. ubi ſuprà. uer. iiij. & in vj. q. & per Alexan. in conſi. xxxj. iiij. parte. & ſeq. ubi in conſil. xxij. dicit exceptionem † diſcuſsionis non poſſe opponi in cauſa appellationis. † Et per Fran. Aret. in d. l. decem. in vj. col.]

10 Diſcuſsio fieri debet, etiamſi ſummatim ſit facta fides iudici de debito, ſicut quãdo petitur reſtitutio in integrũ. no. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. uel ſicut quãdo quis iuratur ſuſpectus. no. in l. arbitro. & ibi doct. & Bar. qui ſatiſda. cogan. & in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. li. xj. facit. l. j. ff. quorum bonorum. ſecundum Bene. de Barz. v. j. quæſtio. princ. & Bald. in l. ij. in fin. C. quando fiſc. uel priua.

Diſcuſsionem eſſe factam non debet de neceſsitate pronunciari per iudicem. Bartol. in l. perſecutione. & in auth. hoc ſi debitor. C. de pig. Ang. in auth. de fideiuſ. §. ſed neque. & plenè per Alexand. in l. fin. in princ. ſi cer. pet. ubi tenet contrà, ſecundum communem opi. Bar. licet Alexand. ipſi contradicat in l. ita ſtipulatus. la grande. iiij. col. de uerb. oblig. Bal. in l. pen. §. j. C. ad Treb. dicit, quòd diſcuſsio de hærede fieri debet: & utile eſt, quòd iudex interloquatur factam eſſe. Sed Bart. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iureiur. dicit, quòd non ſufficit relatio nuncij, niſi pronuncietur ſuper diſcuſſione. Item tenet Bartol. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc autem. de dam. infec. & uide Bar. in l. decem. de uer. obli. & in l. à diuo. l. in uenditione. ff. de re iud. Bald. in authen. ſed hodie. C. de acti. & oblig. dicit requiri, quando poſt diſcuſsionem requiritur factum hominis: aliàs ſemper poſſet opponi, quòd nõ eſſet facta legitimè. Sed pronunciatione facta tenet proceſſus, etiamſi ſit erratum in diſcuſsione. Secus, ubi factum hominis non requiritur, ſed legis, ſecundum Bald. ibi, & in d. l. ij. C. quando fiſc. uel priua. ubi uide. Et ſubdit Bal. in d. l. ij. quòd à ſententia prædicta non poteſt appellari, cùm poſsit † contrarium probari. & ĩ. eo. uerſi. xvj. † Et per do. Fran. Aret. in l. exitus. de acquiren. poſ. & per do. Pet. Phi. Corn. in conſi. cix. in j. parte. in litera A. & B. Franc. Aret. in l. ſi ego. ſi cer. peta. & per dom. Iaſo. May. Inſtitu. de actio. §. item ſi quis. num. lxxxiij.]

Diſcuſsio regulariter fieri non debet, quando ſunt plures inſolidum obligati, & ex eadem cauſa. l. inter eos. ff. de fideiuſ. l. ſi creditores. C. de pact. Bar. in l. j. C. quo quiſq; prdi conue. li. xj. & in l. ij. de duo. re. Fallit primò, quando quis conuenitur, ut fideiuſ. in auth. præſente. de fideiuſ. Quod an habeat locum in patre qui conuenitur ut fideiuſſor filij, no. in l. j. & ibi Bar. C. ne fi. pro pat. ubi etiam poſt Bal. tenet Pet. de Su. quòd ſic. Bar. in l. libertus. §. filium. ff. ad muni. dicit patrem poſſe prius conueniri, etiam non facta diſcuſsione de filio. Sed uide Io. de Por. poſt Bar. in l. ſi ſeruum. §. pe. de uerb. ob. & in l. cùm filius. eo. tit. & ibi Ale. Quod eſt uerum, niſi cùm pater conſenſit tutelæ filio delatæ, pro quo uidetur fideiubere: ſed debet prius fieri diſcuſsio de filio. Bald. in l. j. C. de conue. fiſ. debi. lib. x. & Alex. con. xxxj. iiij. parte. & ĩ. eo. uer. iij. xviij. fallentia. & ĩ. uerbo, Pater fideiuſſor. uer. xj. & uerb. Pater pro filio tenetur. uer. lxij. Item an habeat locum in nomine debitoris conceſſo creditori, ut ſi conueniatur ab alio creditore, cui ceſsio facta eſt, poſsit opponere exceptionẽ diſcuſsionis, uide Bal. in l. hęredem. C. de hære. actio. & Bar. in l. ſi conuenerit. in prin. la j. ff. de pig. act. dicit, quòd tutius eſt fieri diſcuſsionem, ſecundũ Cyn. in l. nomen. C. quæ res pig. ob. poſ. Cy. & Pe. de Su. in l. ij. C. quando fiſ. uel pri. Bar. tamen in l. grege. § cùm pignori. in fin. ff. de pig. dicit, quòd non requiritur diſcuſsio, ſecundum Cyn. in d. l. nomen. Dicit tamen tutius eſſe fieri, quando agitur contra debitorem delegatum. Secundò fallit, quando agitur contra tertiũ poſſeſſorem. in authen. de fideiuſ. §. ſed neq; l. proſecutione. & Bart. ibi, & auth. hoc ſi debitor. C. de pig. Tertiò, quando agitur contra debitorem debitoris. d. l. ij. C. quando fiſ. uel pri. & ſ. eod. niſi ille ſit conſtitutus procurator in rem ſuam, ſecundum Bal. in d. l. ij. ij. q. Quartò, quando duobus eſt facta commiſsio eiuſdem actus, ſed uni generaliter, alteri ſpecialiter: quia prius debet diſcuſsio fieri contra eum, cui facta eſt commiſsio ſpecialis, ſecundum Bal. in d. l. ij. per tex. ſing. in l. quoniam Augerio. C. de conue. fiſ. debi. li. x. & ibi omnino per Bart. & ĩ. eo. in xxiij. fallen. Quintò fallit in debitore fiſcali, qui ſoluit officiali deputato ad exigendum, licet ſolenniter non ſoluerit, quia tunc nõ liberatur, ſed poteſt conueniri à fiſco, facta tamen prius excuſsione de illo officiali, cui ſoluit. Tex. eſt ſing. in d. l. ij. C. de conue. fiſ. debit. lib. x. & Bal. in d. l. ij. in ij. col. uer. de uno quæro. C. qñ fiſ. uel priua. in iij. col. Sextò, in debitore fiſcali, licet non condemnato, dummodo ſit liquidum, & debitor debitoris confiteatur debitum. Bal. in d. l. ij. quando fiſ. uel pri. ubi ait ſecus in priuato,

uato, in quo requiritur condemnatio, discussio, & cõfessio debitorum debitoris. Et uide omnino Bal. in l. iij. eo. tit. Septimò, in debitore fisci. l. non prius. C. quando fis. uel pri. Quod est uerum, etiamsi est creditor ex causa delicti, secundum Bal. ibi. ubi plenè. Octauò, in eo, qui promisit indemnitatẽ, qui quamuis renunciauerit beneficio ordinis, & beneficio de fideiussorib. tamen coueniri nõ potest, nisi prius fiat discusio de principali. Bart. in l. j. C. de conue. fis. debi. lib. x. & in l. quæro. in prin. ff. locati. & Lud. Pon. in consi. ut refert do. Bal. modernus. in l. cùm filius. de uerb. ob. & plenius per Alex. in cõsi. xxxj. iiij. parte. & in l. fi. in prin. fi cert. peta. Nonò, debet prius fieri discusio, an filius adire uelit, quàm pater adeat hæreditatem filio delatam. Bald. in l. j. vj. q. xvij. col. C. qui admit. Decimò, debet prius discusio bonorum fieri, quàm persona capiatur, etiam stante statuto, q. debitor capi posit: quia intelligitur, scilicet facta prius discusione bonorum: per gloss. in l. iij. §. tutores. ff. de suspect. tut. & Lud. Pon. consil. ccxxxvij. Spectabilis S. domini collateralis. in iiij. col. † Et per Felin. in c. quod ad consultationem. de re iudi. in vij. col.] Vndecimò, fieri debet discusio principalis per fiscum antè, quàm agat contra debitorem debitoris sui ante tempus, propter necesitatem imminentem, quod potest. l. j. & ibi Bald. C. de condi. ex lege. Duodecimò, debet fieri discusio mulieris, quæ animo nouandi fideiusit recepto præmio pro fideiusione à debitore, non obstante denominatione: qua non reperta, soluendo crediter agere potest contra debitorem antiquum actione ueteri. Casus est fin. secundum Bald. in l. antiquæ. §. sed si minus. C. ad Velleia. Decimotertiò, quando plures sunt in eadem causa principaliter in solidum obligati, sed ad unum eorum peruenit pecunia, propter quã contracta fit obligatio: quia ille prius debet discuti. l. unde quæritur. ff. commoda. Vide Bar. in l. ex duob. ff. de duo. re. l. cùm in plures. §. instrumenta. ff. loca. & infrà, uer. Rei. uer. xx. & uer. Fideiussor conuenitur. uer. xxvj. & lxxx. & tenet Alexan. in l. si ut certo. §. si duobus. ff. commo. Decimoquartò, quando mulier uult agere ad dotem contra possessorem: quia prius debet discuti maritus. gl. & Bald. in l. ubi adhuc. viij. col. C. de iure do. Decimoquintò, quando debitor uult agere contra emptorem pignoris uenditi pro uiliori precio, quia debet prius discuti creditor, qui uendidit, si est soluendo residuum precij. l. j. & ibi Bar. Bal. & doc. C. si uen. pig. aga. ubi etiã dicit Bald. post Bart. quòd si erratur in discusione, non uitiatur processus. Decimosextò, quando agitur actione personali contra correum pariter obligatum, uel hypothecaria contra tertium possessorem. Bart. in l. ij. C. quo quisque ordi. conuẽ. lib. x. & Bene. de Barz. ubi suprà. & Bar. in l. rem alienam. ultima col. ff. de pig. act. Vide Bald. in authen. sed hodie. C. de actio. & obliga. & suprà istomet uer. in ij. fallen. Bald. in l. ij. §. sed & si quis. j. col. C. communia de le. dicit, quòd non facta discusione, quando agitur hypothecaria coram arbitris, tertius possessor condemnatus per laudum potest petere reductionem ad arbitrium boni uiri. Decimoseptimò, quando commissio fit pluribus, uel alteri tantùm, debet prius discusio de alijs fieri, ad hoc, ut unus tantùm posit expedire. Bartol. no. in l. si fundum. §. his uerbis. de leg. j. & suprà, uer. Commisio. & suprà eo. Decimooctauò de filio fieri debet antè, quàm pater legitimus fideiussor eius conueniatur, nisi negotium principaliter ad patrem pertineat. Bartol. in l. tria onera. ff. de excu. tu. in j. lect. Sed ibi Nico. de Nea. in lec. Bar. dicit aliter, quòd fieri non debet discusio de filio, quando pater obligatus conuenitur pro munere suscepto per filiũ: & hoc quando pater intercesit pro filio apud fiscum. Et ibi uide gloss. no. & suprà isto eo. uer. in j. fallen. Vide omnino Alexan. consil. xxxj. iiij. parte. Idem Alexan. in l. cùm filius. de uerb. obli. dicit, quòd quando pater de peculio tenetur pro filio, non requiritur discusio de filio. l. iij. §. sed utrum. & ibi no. de minori. l. j. de peculio. & Alexand. in rub. ff. iudi. sol. & Bald. in l. j. C. ne fili. pro patre. Sali. in l. si filius. eod. tit. Hoc fallit, quando pater tenetur insolidum, quia etiam iure Digestorum non potest conueniri, nisi excusso filio. Bart. & Alex. in d. l. cùm filius. ubi limitat uerum, nisi pater iusserit filium obligari: quia tunc pater censetur principalis, non fideiussor, ideo non habet beneficium fideiussoribus indultũ.

Bar. in l. si seruus. §. an filius. de uerb. oblig. & in l. si libertus. §. filius. ad municipa. & s. eo. uer. circa principium. in j. fallen. Decimononò, antequam agatur reuocatoria ad bona alienata in fraudem, scilicet ut discutiatur an remanserint tot bona, quæ sufficiant ad legitimam. Bald. in l. j. C. si quid in frau. pa. & in auth. contrà rogatus. j. col. C. ad Treb. Bar. in l. nomen. C. quæ res. pig. obl. pos. dicit, quòd fieri debet etiã in reuocatorijs actionibus, sicut in hypothecaria. Vigesimò, fieri debet discusio de bonis uiri prius, quàm per uxorem conueniantur debitores uiri, quorũ nomina sunt obligata pro dote. Bal. in l. iij. C. de hære. act. ubi dicit uerum, nisi in instrumẽto sint mandatę directè, uel nisi expresimsint cessæ actiones, ut ibidem. Vigesimoprimò, quando uxor uult agere contra possessores rerum mariti sibi obligatarum pro dote, si constet maritum constituisse se tenere bona precariò nomine uxoris, secundum Bal. in l. ubi adhuc. viij. col. C. de iure do. post gloss. ibi, & Barto. in l. si constante. ij. q. iij. prin. ff. sol. ma. Sed etiam uide Ia. But. in authen. hoc si debitor. C. de pig. Bart. in l. quoties. C. quo. quisque ordi. conue. lib. xj. Bal. & Ang. in l. fi. C. de acqui. pos. & Bald. in reperto. uer. excusio. Ang. & Imo. in l. exitus. de acqui. pos. & in l. ij. §. hac actione, ui bo. rap. Flo. in d. authen. Ang. Are. in §. item si quis in fraudem. Instit. de act. no. in cap. cùm uenissent. de causa pos. & propriet. Vigesimosecundò, fieri debet discusio, etiamsi fideiussor promisit sub iuramento seruare promissa, secundum Bened. de Barz. in d. tract. xvij. q. princ. Vigesimotertiò, fieri debet super hypothecaria speciali prius, quàm agatur generali contra possessores. l. ij. & ibi Bal. C. de pig. Vigesimoquartò, fieri debet in casu l. j. C. de decu. lib. x. Vigesimoquintò, in casu l. decem. de uerb. oblig. Vigesimosextò, in casu l. fin. §. fi. ff. si cer. pet. Sed an opponatur, si post litem motam contra fideiussorem, principalis sit effectus soluendo. Bald. quòd non, in l. fi. ubi plenè per Alex. si cer. pet. & ibi tenet Paul. de Cast. Pet. & Cyn. in auth. præsente. ix. q. de fideiuss. & Bal. in l. peremptorias. in ulti. col. C. sen. rescin. non pos. & Sali. in auth. hoc si debitor. de pig. Lud. in l. stipulatio. in prin. de ope. no. nun. tenet contrarium: sed dicit utramq; opinionem teneri posse. †Et an, & quando discusio necessaria sit, uide do. Maria. Soci. in consi. xxiiij. incip. Visis uer. quartò uidetur probari. cum uer. seq. in j. parte. & uide do. Ias. May. Insti. de act. §. item si quis. nu. 67. & Franc. Aret. in l. exitus. de acqui. pos.]

Discusio an requiratur de filio, pro quo pater ex forma statuti tenetur. Bal. in l. j. C. ne fil. pro patre. & j. uerb. Pater fideiussor. uer. xj. & uer. pater pro filio. uer. xxxj. Item an quando debitor cõstituit se precario nomine posidere bona sua pro creditore, deinde alienat aliqua ex dictis bonis, & creditor uelit alienata reuocare à tertio possessore remedio l. fin. C. de acquir. posses. Bald. & Ang. ibi Flo. in authen. hoc si debitor. de pig. Vide Bald. in l. j. C. de his, quæ in frau. cre. & in c. j. de controuer. inter do. & emphy. in usi. feu. Ang. in l. exitus. de acquir. pos. Bart. in l. iij. C. de pig. & plenius per Benedi. de Barz. in tract. Discusio. xiiij. q. prin. & Barth. Cep. in caute. lxiij. ubi uide. Item an fiat, quando quis fideiusit in rem suam. Io. de Imo. in l. inter eos. ff. de fideiuss. & Bene. ubi s. ult. q. Item an fiat prius, quàm agatur contra depositarium uel commodatarium principalis debitoris. Angel. in authen. de fideiuss. §. sed neq;. Item an in hypotheca tam expressa, quàm tacita, in d. §. sed neq;. & in l. Moschis. ff. de iure fis. & Bal. in addi. Specul. de procu. uer. nomen hypothecatum. Item an fiat de alijs emptoribus rei hypothecatæ. in dicto tract. Discusi. uer. sed pone, quòd sunt. Item an fiat de socio, uel correo absente, si alter præsens sit excussus antè, quàm conueniatur fideiussor, uel possessor. Bartol. in l. quoties. C. quo quisque ordi. conue. lib. x. & Barthol. Cepo. in caute. lxiij.

Discusio non requiritur, quando agitur actione reali. Bald. in l. ij. C. de his, quæ in frau. cred. & Bene. ubi s. in xiij. q. nisi in casu authen. contrà rogatus. C. ad Treb. ubi Bald. in j. col. dicit esse speciale. Item nec quando bona principalis sunt confiscata. Bar. in l. fin. ff. si cer. pe. & ibi omnino per Alex. & Bened. de Barzis in xxj. q. Item nec quando petitur legatum certæ rei, dummodò res reperiatur, secundum Bald. in l. j. iij. colum. C. com. de leg. Item nec agendo contra fideiussorem

iussorem iudicatum solui, quia fuit condemnatus unà cum principali.l.j.ff.iud.solui.secundum Bal.in l.cùm eorum.C. de sen.Item nec si fideiussor, uel alius quis, est obligatus per guarentigiam unà cum principali. Cy.in l.j.C.de confes.qui dicit guarentigiam habere uim sententiæ.& j. uer. guarentigia.el j.uersic.iiij. & uersi.guarentigia infringitur.uer.xvj. ubi uidetur arg. contrà. Item nec quando constat notoriè, principalem non esse soluendo, fortè per confessionem aduersarij.gl.doct.& Bar.in l.fi.si cer.pet.& ibi per Alexand. & in l.decem.de uerb. oblig. glo. & Angel.in l.nisi hoc actum. ff. de pact. in auth. de fideiuss.§.sed neque.& Paul.de Castr. consil.xxxix. & Alex.in l. Marcellus.in fi.de fideius.& suprà
† eo. † Adde do.Bart.Socin.in consil. lv. incip. Præstantissime.uer.secundò principaliter.circa fi.in j.parte.ubi quando quis tenetur in subsidium alterius, eo existente non soluendo, nunquam potest prius conueniri, nisi fiat discussio bonorum eius, in cuius subsidium tenetur, nisi aliqua iusta de causa appareat notoriè inexigibilis.& do.Pet.Phil.Corn.in consi.xlvj.in litera Et, in ij.parte.] Item nec quando fideiussor constituit se principalem debitorem.in Spec. de fideius. §.j & Bar.in l.is, qui actionis.ff.de fideius.no.in l.hæredi.§.fi.
† ff.de pac.† Vide Alex.in l.dictantib.C.de testa. Abb.in c.ij j. col. gl. j. extrà, de fideiuss. uer.secundum beneficium est. Et per Bar.in consi. Quæro, si tertius. qui dicit post gl. in auth. de fideius.quæ incipit, nota differentiam. quòd hodie cum non fiat nouatio, censetur ut fideius.unde prius debet conueniri principalis. Sed Alex.de Imo.con.xxxj.iiij.parte. fin. dicit, quòd non requiritur discussio, quando quis se principaliter obligat pro alio simul, & eodē tempore: secus, si post ex interuallo, nisi dicat, quòd animo nouandi se obligat.per gl.in auth.de fideius.Pe.Cy.& Ray.in auth.præsente. eo. tit. & melius per Alex.in l.ubi.§.illud.de uer.ob.& s̄.Fideiussor conuenitur.uer.xxxvj. Quid in constitutore: gl.tenet, quòd habet locum. §. si quis igitur. in auth. de fideius. secundum Alex.in rub.ff. iudi.sol.ubi etiam dicit, quòd fideiussor iudicatum solui habet beneficium discussionis.Bar.in l.fi. C. de usur.rei iudi.contra Bald.in l.cùm eorum.C.de sen. & adde s̄.eo.uer.post principium, ibi: item nec agendo contra fideiussorem, &c. Item nec quando est renunciatum beneficio ordinis, & beneficio de fideius.nota. in auth.præsente.C.de fideius.nisi quando quis promisit indemnitatem: quo casu renunciatio beneficij de fideiussoribus non operatur, secundum Bart.in l.j.C.de conue.fis.debi.lib.x.& tenet Bart.in l. quæro.in prin.ff.locati.& s̄.eodem uer.xij. in octaua fallen. & per Alexand.in d.consil.xxxj.& in l.fi.ff.si cer.pet.& si renunciauit, adhuc non fit discussio, quando creditor ignorauit intercessionem: ut infrà eod. Item nec quando is, qui promisit pro alio, erat campsor.Bar.in l.frustrà.C.de nō nu. pec.per glo.fin.in auth.de fideius.§.argentariorum.& tenet Bal.in l.fin.C.ad legem Falci.Item nec quando debitor non possidet bona, & est absens de longinquo, nec est de proximo reuersurus, uel est dubium, an debeat reuerti.Ia.de Are. in trac.Discus.uer.fi.Ang.in d.§.sed neque. facit gl. Insti. de oblig.quæ ex deli.na.§.j.secundum Bene.ubi s̄.ix. q. princ. Item nec quando fiscus est principalis debitor, nisi de facili possit discussio fieri, secundū Bal.in c.super.de re iudi.Item nec quando fideiussor negat se fideiussisse, quia si conuincatur de mendacio, perdit beneficium discussionis, & cedendarum.Bald.in authen.contra qui propriam. C. de non nu. pec.& Ange.in l.si dubitetur.ff.de fideius.Item nec quando quis renunciauit omni legum auxilio.Bald.in l.j.iiij.col. de conue.fis.debi.li.x.& Alex. consil. xxxj. iiij. parte. Item nec quando quis promisit cum iuramento se facturum, & curaturum pro alio.Bal.sing.in c.ex rescripto.de iureiur.& Ale. in d.consi.& in d.l.fi.si cer.pe.Item nec quando quis promisit pro carcerato.Ioan.And.in addi.Spec.tit.de renun. Item nec quando agitur hypothecaria contra tertiū possessorem simul, & insolidum obligatū, & principaliter.gl.sing.& Bar. in l.mulier.ff.qui po.in pi.ha.uel quando talis possessor erat unus ex debitoribus: quia potest conueniri hypothecaria, non facta discussione de alijs: ut ibi.& Bart. in l. si creditor. §.quæritur.ff.de distra.pig.& Bald.in auth.sed hodie. C. de actio.& oblig.Ludo.Pon.in consil.ccccxxxix. & Bart. Cep. in fin.uer.cij.Item nec in causis summarijs.Bart. in extraua.

† ad reprimendum. uer. summariæ. † Alex. in l. si constante. col.viij.ff.sol.ma.& in l.decem.ff.de uerb.obl.tenet contrarium.† Adde do.Maria.Soci.in consi.xxiiij.incip.Visis.uer. insuper de iure communi.in j.parte.ubi ponit, quòd discussio est de apicibus iuris. Vnde si ex forma statuti fit, quòd procedi debeat summariè de plano, sine strepitu, & figura iudicij, non est necessaria.] Item nec quando agitur contra debitorē cessum.Bal.in l.iij.C.de hære.actio.& Paul.de Ca. in l.si conuenerit.ff.de pig.actio.Sed Bar.ibi dicit, quòd tutius est, quòd fiat, secundum Cy.in l.nomen.C.quæ res pig. oblig.pos.& in Spec.de procura.§.fi.& suprà eo.uersi.xij.circa principium, ibi: Item an habeat locum in nomine debitoris, &c.Item nec quando principalis est in loco tuto & inexpugnabili, uel si est tyrannus.Ale.post Bart.in l.fi.ff.si cer. pet.glo.& Bal.& Alex.post Ang.in l.ij.§. si quis. ff. qui satisda.cogan.contra Bal.in l.j.C.de or.iudic. aliàs de ordi.cog. De quo etiam per Ioan.de Imo.& Alex.in l.decem.de uerb. oblig.ubi etiam uide per Alex.an idem sit, quando principalis est rixosus, uel cauillosus. Item nec in causis mercatorū, in quibus agitur de æquitate, ex forma statuti, secundū Bal. in apostil.in l.si mancipium.in fi.ff.de euict.& refert do.Bene.de Bar.ubi suprà, xviij.q.Item nec quando est obligatum nomen debitoris.Bal.in l.nomen.C.quæ res.pig.oblig.pos. Item nec requiritur discussio contra possessores, quando agitur ad interesse contra alienantem causa mutandi iudicij, si interesse est liquidum, ut quia possessor præscripsit, uel est absens in longinquis partibus, uel non reperitur, ita, quòd euidenter est difficilis discussio, quia tunc sine ea agi potest ad interesse contra alienantem, aliàs non.doct.& Bart. post gl. in l.j. ff. de alie.iudi.mu.cau.fac.Item nec quando pignus est obligatum pro naturali obligatione tantùm. Item nec quando præscriptum est personali, & cessat hypothecaria. Bal.in auth.sed nouo iure.C.de act.& oblig.Item nec de hærede debitoris mortui interpellato ad soluendum per creditorem.Bal.in l.pen.ix.col.C.de condi.inser. Item nec quando fideiussor intercedit animo donandi.l.deniq;.§.fi.ff.man dati.secundum Ang.in l.deniq;.ff.de acqui.pos.Item quando lite pendente possessor rem alienat.gl.in auth.hoc si debitor.C.de pig.& ibi Ang.facit l.j.ij.& fin.cum auth.ibi posita. C.de litigiosis.Itē nec in pignore prætorio.l.si quis missum. ff.ne uis fiat.Item nec quando contra discussionem replicatur de eo, quod non requirit altiorem indaginem: per not.in l.à diuo.§.si super rebus.de re iudi.Vide Bar.in l.fi.ff. de glā. leg.Item nec in criminalibus fideiussor habet beneficiū discussionis.Bald.in l. ij. §. si quis.ff.qui satis. cog.per no.in l.si quis rem.de custo.reo.& Bene.ubi s̄.xvij.q.princ. Item nec in pignore prætorio.Alex.in l.j.ff.de pig.act.Item nec quando creditor ignorauit intercessionem. Alex. in l. sed si ego. ff.ad Velleianum.ubi dicit uerum, etiamsi statutum requirat eam fieri, non obstante renunciatione.

† Discussio, ubi delegatio bonorum fuit facta per instrumentum guarentigiatum, uel per instrumentum publicū, quod habet executionem paratam, an sit necessaria: uide do. Maria.Soci.in consi.xxiiij.incip.Visis.uer. & tamen si non opponitur.circa medium.in j.parte.

Discussio bonorum mobilium fit, quia iudex statuat terminū reo ad ostendendum mobilia, aliàs capientur immobilia, uel credetur nuncijs referentibus mobilia nō inueniri. Bar. in l.à diuo. §. in uenditione. de re iudi. ubi etiam ponit non esse irritum quod factum est, si post capta immobilia pars ostendat mobilia, nisi creditor fuerit in dolo.

Discussionem esse factam, debet constare per sententiam.Bar. in l.à diuo.§.in uenditione.ff. de re iudi. & in l. stipulatio.§. hoc autem.ff.de dam.infe.Bald.in auth.sed hodie. C. de act. & obl.& in auth.præsente.C.de fideius.& s̄.eo.uersi.xj. Vel debet constare ex actis.Bal.in l.j.C.de his, quæ in fraud.cre. Vel ex assertione uicinorum.Bald.in d.l.j.& in l.ij.post glo. C.quando fis.uel pri.Vel ex relatione nuncij, secundū Bald. in d.§.in uenditione.& Bal.in d.authen.sed hodie. & in d. l. ij.& Bene.ubi suprà.x.q.dum tamen sententia subsequatur, aliàs non. Bar.in l.sed & si possessori.§.j.de iureiu.& s̄.d.uer. Nec potest ab ea appellari.Bal.in l.ij.C.quando fis. uel priu. & Alexand.in l.fin.ff.de appel.reci. Vel quia hostiatim mendicat.Bald.in d.authen.sed hodie. Vel si datur terminus ad proban-

probandum res, & nulla exhibetur, secundum Bald. ibidem, & infrà.

† Discussionis exceptiones quando opponi debent, uide do. Maria. Soci. in consil. xxiiij. incip. Visis. uer. quartò uidetur proba. cum uer. seq. in j. parte.]

Discussionis exceptio an competat ciui, qui fideiussit pro forensi, stante statuto, quòd si ciuis intercedat pro forensi, fiat discussio. Dic quòd sic, si probetur, creditorē sciuisse ipsum intercessisse. Bart. in l. si ego. in fi. ff. ad Velleia.

Discussio bonorum cùm fiat, res inutiles pro nihilo reputantur. Bal. in auth. sed hodie. in fi. C. de acti. & ob. per l. si inutiles. ff. ut in pos. leg.

Discussio cùm fiat, si reperiantur aliqua bona esse in fraudem alienata, debet expectari, donec sit actum reuocatoria, antequam contra fideiussorem ueniatur. l. bona. §. j. ff. de iur. fisc. & Bartol. in l. à diuo. §. si rem. ff. de re iud. & quod per Bal. & doct. in l. j. C. si uen. pig. aga. licet Ang. contrà in l. si quis missum. §. fin. ff. de dam. infec. & Bened. ubi s̄. x. q. uide Bal. in l. j. C. si quid in fraud. pa. & Alex. in l. fi. si cer. pet. & s̄.

20 Discussio in reali quomodo fiat. Bar. in l. si ex duobus. ff. de duobus re. Bal. in auth. sed hodie. C. de actio. & oblig.

† Discussio personalis, uel bonorum debitoris, an sit fienda per agentem reuocatoria donationis, ita quòd impediatur litis ingressus, & per consequens petitio compromissi fiendi ex forma statutorum: uide do. Pe. Phil. Cor. in consi. xlvj. incip. In causa. per totum. in ij. parte.]

Discussio de omnibus bonis, præterquam de litigiosis, fieri debet. Ang. in auth. de fideiusso. §. sed neque. per l. præsenti. §. cùm autem. C. de his, qui ad eccle. confu. l. quod nisi. de oper. lib. & in l. Mæuia. ff. de man. testa. & contrarium probatur in l. sed & hæ. §. non solùm. ff. de procura. Sed opi. Angeli uera est, si sit allegatū, bona esse in alieno territorio: nisi esset multum de longinquo. Et est casus de opi. Ang. in l. fin. & ibi Bar. C. de princ. agen. in re. lib. xij. ubi dicitur, quòd possidens in alieno territorio debet satisdare. Sed dic uerum, secundum Angel. ubi suprà, si bona sunt in loco, ubi sine difficultate fieri potest discussio, non aliàs.

Discussio an probet negatiuam. j̄. Negatiua. uer. xxiiij.

Discussio probat negatiuam, quòd quis decesserit sine filijs. Alex. consi. xxix. ij. parte. & j̄. Negatiua. uer. xiij.

Discussio an requiratur antè, quàm capiatur promittens pro creditore creditoris sui. Alex. consi. clviij. iiij. parte.

† Singu. Discussio nedum in bonis principalis debitoris, sed etiam in bonis fideiussoris requiritur, ad hoc, ut ad carcerationem principalis debitoris possit perueniri, cùm & fideiussoris facultates, quo ad effectū solutionis eius debiti, pro quo fideiussit, facultatibus ipsius debitoris aggregatæ censeantur. Tex. est in l. si plures. §. præterea si quæratur. ff. de fideiuss. quem tex. ad hoc propositum allegauit, & dixit esse no. Ludo. Ro. in consil. cccxx. incip. Hæc istorum quinque captura. in prin. & similiter allegat illum tex. ad hoc pro ualde no. Hipp. de Marsil. sing. iij. incip. adhoc. †

Discussio an uitietur, si sit erratum in ordine. Bart. quòd non. in l. à diuo. §. si in uenditione. ff. de re iud. l. j. & ibi Bart. C. si uen. pig. aga. Benedi. ubi s̄. q. xv. & Bal. in auth. sed hodie. C. de act. & obl. quòd non, si pronunciatur, eam esse legitimè factam, & non appellatur, quod secunda tenet. Barto. in d. §. in uenditione.

Discussoris relationi standum est. Bald. in l. ij. C. de usur. & fru. leg. & Bar. in auth. hoc si debitor. C. de pig. & transfert onus probandi contrarium in aduersarium. per gl. in l. cùm de lege. de probat. & Bart. in l. si constante. j. q. j. principali. solu. ma. & in l. decem. de uerb. oblig. & in l. fin. §. licentiam. C. de iure deli. Ang. in l. mutum. §. j. de acquir. hær. & Alex. in con. xxxiij. iiij. parte.

Discussor cùm datur, uel cùm fiat, debet iudex monere partes, ut adsint cum eo excussioni, ne fraus aliqua committatur: non tamen peremptoriè moneri debent. Bal. in l. aduersus. C. de usur. & fruc. leg.

Discussionis exceptio datur etiam fideiussori fisci. gl. sing. in l. sententia. C. de fideiusso. & Bart. Cep. in sing. uersi. xl.

Discussio quando fit pro aliquo debito de bonis alicuius, fieri debet editio instrumenti, in quo apparet debitum, per notarium. Bar. in l. fi. in fi. ff. ad legem Fal.

30 Discussio quando agitur, coram arbitro fieri debet, sicut coram iudice. Bal. in l. ij. §. j. C. com. de le. & plenius per Bene. in tract. Discus. xvj. q.

Discussionis exceptio non opposita per partem, an possit opponi per iudicem. Dic quòd non, secundum Bened. ubi suprà, in xx. q.

Discussio semel facta, an sit iterum facienda de bonis postea superuenientibus. per do. Bened. ubi s̄. q. antepen. & Iac. de Aret. ibi. uer. an autem facta. & uer. seq. & Bar. Cepo. in sing. uer. cxlviij. quòd non, si iudicium est cœptum contra possessorem. per l. in pupillo. ff. de sol.

Discussione facta per nuncium, fieri debet relatio, & deinde debet super ea pronunciari. Bart. in l. exitus. ff. de acquiren. pos. Bar. in l. ij. C. quomodo fis. uel pri. s̄. eo. uer. xvj.

Discussio de bonis, quæ quis habet in fortellicia, uel arce, an fiat. Ang. in auth. de fideiusso. §. sed neque.

Discussio fieri debet præmisso proclamate, si quis uelit contradicere. Angel. in d. authen. de fideius. §. sed neque. col. j. Item.

Discussionis forma est, quòd primo iudex committat nuncio, quòd inquirat & referat: secundò, quòd iudex examinet uicinos: secundum Bal. in l. ij. C. quando fis. uel pri. Sed Bar. in l. persecutione. & in auth. hoc si debitor. C. de pign. dicit, q̄ debet mitti nuncius publicus, cui credatur. Sed cautius est, quòd mittantur duo nuncij: ut ibi per Bart. Et uide de forma discussionis. Ang. in authen. de fideius. §. sed neque. in fi. col. j. & Iac. de Are. in trac. Discu. uer. quomodo & qualiter. per Bar. in l. à diuo. §. in uenditione. de re iudi. Bal. in l. fi. ff. si cer. pe. & Pe. de Su. in l. fi. C. de act. & ob. Io. de Por. in l. decē. ff. de uer. obl. adde Bart. in l. duobus. §. ubi duo. de duo. reis,

† Et per dom. Ias. May. Institutio. de act. §. item si quis. num. lxxxvj.]

Discussionis exceptio si non sit opposita, an solutum possit repeti. j̄. Solutum. uer. ix.

Discussionis exceptio si non sit opposita per fideiussorem. gl. in l. si mancipium. §. si communi. ff. de euictio.

Discussio iurium non fit, nisi partibus uocatis. suprà, Causæ cognitio.

40 Discussio in hæreditate quomodo fiat. glo. & doc. in l. sancimus. C. ad Trebel.

Discussionis factæ an sit facienda fides ante litis contestationem. per Iac. de Are. ubi suprà. uer. item quæritur, an de hac.

Discussio fit arbitrio iudicis, an quòd manu militari auferatur res, an quòd iuret, si quid habeat debitor, officiali cogente. Bartol. in l. præsenti. §. quod autem. C. de his, qui ad ecclesconfu.

Discussio personarum fieri debet, sicut bonorum, scilicet an quis reperiatur. Bart. in l. si tamen. de leg. ij. Vide etiam per Bar. in l. duobus. in fi. ff. de duobus reis.

Discutias, est uerbum iurisdictionale, sicut uerbum, Cognoscas. Card. in cle. j. xj. q. de offic. deleg.

Disiunctio in libellis quandoque admittitur. in Spec. de libe. concep. §. ij. iuxta prin. & j̄. Libellorum formæ. uer. cxxviij. & cxlj. & suprà, uerb. Alternatiua. uer. fin.

Disiunctiua dicit incertitudinem. in Spec. de posi. §. vij. uer. xj. ad fi. & uer. illud.

Disiunctiua facit, ut sufficiat alteram partem esse uerā. in Spec. de sala. §. iij. uer. sed pone. †Et Dy. in reg. locupletari. de reg. iur. in vj. & do. Bart. Soci. consi. lij. incip. Vt ueram. in princ. iiij. colum. in j. parte. ubi etiam, quòd quando ponitur inter personas, inter quas ordinata cadit affectio testatoris, nunquam resoluitur in coniunctam, imò stat in propria natura & uirtute.] c. v. l. cū pater, 77. §. pen. de leg. 2.

Disiunctiuæ si quid debetur, sufficit alteram impleri. in Spec. de cita. §. iij. uer. quid si tres.

Disiunctiuæ materiam supple s̄. uer. Alternatiua. per totum.

Dispendium quis habere non debet, quando debetur præmium. in Spec. de inquisi. §. fin. circa princ.

Dispendium salutis æternæ facit iuramentum seruari. j̄. uer. Iuramentum seruandum. uer. lix.

Dispendium, dicitur damnū. cle. dispendiosam. & ibi Card. de iudi. ubi etiam dicit, q̄ compendium dicitur breue, & utile.

Dispensatio quid sit, & quotuplex: & de eius materia uide in Spec. de leg. §. ix. & seq. & tit. de dispens. & ʃ. eo. & tit. de sententia. uer. porrò. ij. quæst. iij. quod est relaxatio iuris. & ʃ. eo. uer. iij.

† Adde, quòd dispensatio est actus iurisdictionalis, ut refert Ant. de Bu. in c. at si clerici. §. de adulterijs. extrà, de iudi. Et dicunt Pet. de Ancha. & Gemi. in cap. cùm ex eo. de elec. in vj. quod est iurisdictionis. de quo per Lud. Ro. con. cccxxv. in fi. & dicitur Græcè Διοίκησις.

† Dispensatio dicitur iuris relaxatio. Decius in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. ij. in prin. extrà, de iudi.

Dispensatio est de genere prohibitorum, nisi sit expresse permissa. doct. & archi. in c. at si clerici. de iudi. in gl. arg. contrà.

Dispensatio est rigoris mitigatio, uel pœnalitatis moderatio, facta per habentem authoritatem ex publica authoritate, uel utilitate, uel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis indulgentiam uocat. Bal. in addi. Spec. de dispen. uer. j. & in Spec. §. j. Item est relaxatio iuris. ij. q. vij. §. iij. & s. eo. uer. j.

Dispensatio, rigor, & æquitas, qualiter differant. in Spec. de dispen. uer. no. & ibi Bal. in addi. uer. ij.

† Dispensatio est stricti iuris, & odiosa, quo ad illos, cum quibus dispensatur: sed quo ad illum, cui conceditur potestas dispensandi, est largè interpretanda: ut no. Panor. in c. fi. in ij. col. uer. uel secundum Io. And. de simo. & sequitur do. Ias.

* in l. si ita scriptum. in prin. ad fi. ff. de lib. & post. * c. pen. de filijs presbyter. Bart. Soci. in l. falsa. §. sed si cui. ff. de condit. & demonstratio. Rolan. à Val. consi. lxj. nu. 6. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Dispensatio hominis propriè est in libero arbitrio superioris: quæ dicitur gratia, si fiat cum causa, aliàs est iniuria, licet infringi non possit per querelam. Bal. ubi suprà, uer. iij.

† Dispensatio inferiorum sine causæ cognitione non ualet. Deci. post Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. xj. in fin. de iudi.

Dispensatio super matrimonio an extendatur ad dotem. Bart. in l. si seruum. ff. de iure do. & Bal. in auth. ex cõplexu. C. de incest. nup.

Dispensatio super matrimonio per papam an & quando ualeat. l. j. & ibi Bal. C. si nup. ex rescripto pe. Bal. in l. cùm quis. C. de natu. liber.

Dispensatio super spiritualibus contra spiritualia non ualet: uidelicet, quod monachus ad ieiunia, uel similia non teneatur. Archi. in cap. j. de reli. do. lib. vj. & Bal. in l. j. ad fi. C. si ser. extero.

Dispensatio expresse facta, potest probari per testes & instrumenta. Bald. in addi. Spe. de dispen. uer. nunquid superior.

10 Dispensatio circa plura beneficia, an, & quando ualeat. in Spec. de dispen. §. uidendum. & in c. de multa. de præben. & s. uer. Clericus beneficiatus. uer. xxxiiij. & s. Beneficiũ. uer. lxxiij. & dixi in tract. de Episcopo, iiij. lib. ij. parte prin.

† Adde, quòd papa dispensando quem ad duo incompatibilia sine causa utitur plenitudine potestatis: quod facere non debet, secundum Feli. in c. postulasti. extrà, de rescrip.

Dispensatio debet fieri cum causa, aliàs non ualet. c. innotuit. de elec. Imò peccat, qui sine causa dispensat, secundum Innoc. in c. diuersis. de cle. coniug. c. ueniens. de fil. presby. & Pau. de Ca. consi. cxvij. & s. uer. Causa in dispensatione. uer.

* unico. & non ualet cum causa falsa. Old. consi. cclx. * c. requiritis. §. rigor. j. q. vij. Alex. consi. clxxxviij. uol. ij. c. de mulcta. de præben. c. cùm ad monasterium. de statu monachor. Fra. Cur. mai. consi. xvj. col. ix. con. lxv. col. vij. Lud. Gozad. con. vj. nu. xxv. Roland. à Val. consi. lxj. num. xxv. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Dispensatio sine causa facta, dissipatio potius, quàm dispensatio ducenda est. Ioan. Monach. in c. j. de æta. & quali. in vj. Curti. mai. consi. xvj. & xvij. Bart. Soci. consi. ccxlvj. col. iiij. uer. circa ij. & consil. cclj. col. xiij. uer. non omitto. uol. ij. Illust. Card. Paris. consi. xij. nu. ccx. uol. ij. Roland à Val. consi. lxj. nu. xxvj. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

† Dispensatio contra ius, licet sit stricti iuris, & stricta sit fienda interpretatio, tamen extenditur ad necessaria consecutiua, seu dependentia ex eo, super quo est dispensatum. glo. est no. in ca. quia intantum. quam Panor. ibi multum no. de præb. Et illam gl. similiter dicit esse no. do. Ia. in l. fi. in vij. co. uer. aduerte tamen, quòd dispensatus. ff. de consti. prin. †

Dispensatio ad duo beneficia curata impetranda extenditur etiam ad impetrata ante dispensationem. Paul. de Ca. in l. & militibus. C. de testa. mili. & no. in l. si iam facta. de condi. & demonstr.

† Dispensandi potestas in beneficijs concessa alicui intelligitur de simplici beneficio, & non de cura, nisi expresse dicatur. Deci. suo consi. xcvj. col. vij.

Dispensatio inordinata potest reuocari, sed interim non impedit beneficij retentionem. Inno. in c. diuersis. de cle. coniug. Bal. in Marg. uerbo, Dispensatio.

† Dispensatio trahitur ad ea, quæ ueniunt in consequentiam ad dispensationem. do. Bar. Soci. in consi. ccvj. incip. Quæstio præsentis. uer. adduco etiam. circa fi. in ij. parte.]

† Dispensatio an & quando latissimè interpretatur: uide Fel. in c. postulasti. xj. col. uer. circa tertiam. cum seq. de rescrip.]

† Dispensatio an & quando strictè interpretetur, uide Feli. in c. causam. xj. co. uer. limita hanc declarationem. de rescrip.]

† Dispensat quotidie papa inter consanguineos propter bonum pacis futurum, & sic scandalum uitandum: & est sufficiens causa, ut in c. quia circa. de consang. & affi. & est tex. in c. ij. de fil. presby. Et idem est dicendum in qualibet gratia, seu priuilegio: ut no. in c. ad audientiam. de rescrip. & Abb. in d. c. quia circa.

† Dispensare potest papa cum homicida: de facili tamen dispensare non debet: potest tamen, si uult, iuxta no. in c. proposuit. de conces. præb. Nam Paulus apostolus fuit homicida, & tamen postea ministrauit, & assumptus fuit in apostolatum. no. Abb. in c. sicut dignum. de homi. super gl.

† Dispensatus ad titulum, non censetur dispensatus circa administrationẽ temporaliũ. Fel. in c. edoceri. co. ij. de rescrip.

Dispensatio circa unum defectum non porrigitur ad alium defectum. l. cùm propter. de lega. præstan. per Bart. gl. xij. dist.

* nos consuetudinem. ubi dicitur, quòd * Ias. in l. j. §. substitue re, col. ij. ff. de uulg. & pupil. Roma. consi. clxxvj. Io. Cephal. consi. ccxxxv. nu. 16. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Dispensatio in qua mentio facta non est, spurium ex monacha, & ex eo qui uxorem in matrimonio habebat, natũ, nullius est momenti. Dec. consi. cccxxxviij. co. dlxxix. Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. colu. j. ff. ad S. C. Trebel. Roland. à Val. consilio lxxxix. num. xlv. uolum. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Dispensatio si affinitatis sit nomine concessa, & duplex sit affinitas, nullius momenti dispensatio est. Io. gl. in Arbore affinita. Aluisi. de Albert. fin. clxj. Æmilius Maria Manolessus.

† Dispensatus ad sacros ordines, & etiam ad sacerdotium, nõ intelligitur dispensatus ab beneficium curatum. Ita uoluerunt Io. Mona. Archi. Io. Andr. Pet. de Ancha. Do. de sancto Gemi. in c. j. de fi. presby. lib. vj. Idem uoluit Dominicus in c. ij. eo. ti. & li. & in c. licet canon. in princ. de elec. li. vj. Old. consi. ccxv. incip. Puncta breuia. in iiij. col. do. Anto. in c. literas. de fi. presby. Compost. in c. cùm in cunctis. §. inferiora. de ele. Spec. in tit. de legato. §. fi. in uer. quid si dispensatũ. Fel. in c. postulasti. in xviij. col. de rescri. & uide gl. in cle. generalem. de æta. & quali. & do. Ab. in c. pro illorum. de preb. ubi tenet hanc partem. gl. & Abb. in cle. ut hi, qui. de æta. & quali. Contrarium uidetur sentire Io. Card. in consi. j. de fil. presby. allegans Inn. in c. fi. eo. tit. Sed dicas dictum eorum procedere in beneficio simplici. Nec obstat c. accepimus. de æta. & quali. ubi approbatus ad ordinem, uidetur approbatus ad beneficium ordinis consecutiuum, quia secundũ do. Anto. ibi illud est uerum in minori, uel simili: sed in maiori, uel separato non. Et consultus, seu requisitus, ut consulere, nolui: quia communis opinio est, ut non uideatur dispensatus, per rationes allegatas in præallegatis locis.

* Dispensatus ad simplicia, quo ad alia, dispensatus non censetur. c. j. & ibi doct. de fil. presby. Illust. Card. Parisi. consilio cxxxvj. nu. 22. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

Dispensatus ad unum ordinem non potest ad alium promoueri superiorem. 24. di. lec. j. q. v. c. j. & j. q. vij. saluberrimum.

Dispensatio cum inhabili inducitur per clausulam, nõ obstante tali lege, positam in rescripto. glo. in c. j. de constit. in vj. & in c. ei, cui. de præben. in vj.

† Dispensatio episcopi cum illegitimo non extenditur ad cathedralem

cathedralem prębendam. Ita in Rot. deci. cxxvj. in nouis. de quo per Old. in quæstionibus suis.

Dispensatio an tacitè inducatur, quãdo superior recipit incapacẽ. j. uerb. Imperator. uersi. cxxj. & uerb. Papa. uer. lj. lxxx. & cxx. & cxxv.

* Dispensatio præsupponit ueritatem in contrarium. Bald. in l. ij. C. de iu. aure annu. Aluisi. Albert. sing. clxxix. Æmilius Maria Manolessus.

Dispensatio ad duas dignitates per papam facta, nõ operatur, quòd in neutra residentia non fiat. Card. in cle. j. in prin. pe. col. de præb. Item,

20 Dispensatio ad duas dignitates cum clausula, quòd residẽs in una faciat in altera deseruiri, ualet, etiamsi in altera nõ faciat deseruiri, sed potest priuari. Card. ubi s.

Dispensatio & legitimatio, differunt. per doct. in c. per uenerabilem. qui fil. sint leg. & j. Legitimatio. el j. uer. antepe.

Dispensatio non uidetur fieri de inhabili, cui papa mãdat prouideri de beneficio, nisi constet de præcisa uoluntate papæ. Card. in cle. si Rom. de præb. & j.

Dispensatio non inducitur per clausulam, Supplentes omnes defectus de plenitudine potestatis. s. uer. clausula, Supplentes omnes defectus de plenitudine potestatis. in clausulis Rescriptorum.

Dispensatio non cadit in defectum iuris naturalis. Bal. in l. bonorũ. & ibi Alex. C. qui admit. Inno. in c. sciscitatus. de rescr.

† Dispensatio est stricti iuris. Bald. in l. j. C. de indi. uidui. tol.

† Et per Feli. in ca. causam quæ. de re iud. in ij. col. in medio. & Io. And. in c. cùm ex eo. de elect. in vj. in Nouel.]

† Dispensatio qualiter extendatur, & de eius materia uide latè Fel. in c. postulasti. col. xiij. de rescr.

† Dispensationis causa quando dicatur fauorabilis ad hoc, ut extendatur, uide Feli. in c. postulasti. col. xiiij. de rescri. Dec. consil. lxxvj.

Dispensatio contra statutum, non seruata solennitate statuti, loquentis de dispensando, ualet. Bald. in l. humanum. C. de legi. Vide Bal. in l. Barbarius. ij. charta. ff. de off. prætor.

† Dispensatio circa plura beneficia curata, uel plures personatus, tollit irregularitatem. Bal. in addi. Spe. de dispen. uer. habens plura. & in Spec. uer. hoc etiam sciendum.

† Adde hìc unum singularissimum. Et notent illud domini Theologi, quòd dispensatus per Papam circa pluralitatem beneficiorum suæ causæ, licet tutus sit, quo ad ecclesiam militantem, non tamen quo ad triumphantem: & sic non ualet dispensatio, quo ad Deum. Notat Hosti. in c. dudum. lo ij. de ele. & pulchrè potest adduci gl. in c. non est de dolo. & gl. in c. quanto. de iureiur. Et opinionem Hosti. approbat Io. An. post Beatum Tho. Abb. in c. de multa. de præb. Et istud aliàs fuit decisum in academia Parisiensi in solenni disputatione in collegio Sorbonico. Quod utinam hìc obseruarẽt in praxi, qui obseruare se dicunt in actu.

* Dispensationem ætatis concessam nomine nõ præsumitur, nec is, cùm quo est dispensatum, si minor sit, ad sacros ordines promoueri potest, nisi ætatis in dispẽsatione mentio facta apertè sit. Oldr. in consil. cccxxviij. Mar. Mant. sing. xxj. nu. 8. Æmilius Maria Manolessus.

Dispensatio an inducatur eo ipso, quòd superior scienter aliquid facit. Spec. in tit. de dispen. §. qualiter. uer. dicunt autẽ. & uer. nunquid. & ibi Bal. in addi. uer. nunquid superior. & Bald. & Alex. in l. bonorum. C. qui admit. ubi dicit, quòd factum iudicis, uel superioris temerarium, non potest dici dispensatio, nec etiam factum superioris, quod potest referri ad ius commune: uide Bar. & doc. in l. quidam cõsulebat. de re iud. & j. uer. Papa. uer. lj. lxxx. & cxxv. & per discursum. & uer. Imperator. uer. cxxj.

Dispensatio, quòd potestas nõ tenetur ducere doctorem, operatur, ut si ducat, non teneatur ille doctor ostendere suũ priuilegium doctoratus, quod aliàs ostendere teneretur ex forma statuti. Bart. & Bal. & Ang. in l. administrãtes. ff. de excu. tuto. Item operatur, quòd Potestas debeat habere salarium pro doctore, ut ibi. Sed uidi prouideri contrarium per capitula electionis, ut mihi contingit in prætura Phanestri.

30 Dispensatio super matrimonio illegitimè contracto inter gradus prohibitos facta per Papam, nõ trahitur ad filios natos, uel conceptos ex eis ante dispensationẽ, si scienter coniuges contraxerunt matrimonium: secus, si ignorãter. Bart. in l. eum, qui aliàs l. Paulus. ff. de sta. ho. uide in cap. ij. qui fil. sint leg. ubi ponitur, quid si alter ignorauit. & tenet Bald. in l. ex libera. C. de suis & leg.

† Dispensatio super id, quod est plus, comprehendit id, quod est minus, & antecedẽs necessarium ad actum, super quo dispensatur, ut per plura exempla probat Felin. in c. postulasti. col. xvj. de rescript.

Dispensatus ad beneficium est ita tuẽdus in possessione, sicut beneficiatus de iure cõmuni. Bal. in l. liberos. C. de collatio.

Dispensatio fit difficilius cum habente unum beneficium pingue, quàm cum habente plura parua. Bart. in l. si is, qui tres. §. fi. in fi. ff. de excu. tut.

Dispẽsatio super statu, habet se pariter ad fauores, & odia. Bal. & doct. in l. cùm ex oratione. de excu. tut.

Dispensatio ad futura an trahat. Bal. in l. si quis seruo. C. de fur.

† Dispensatio obtinendi beneficium extenditur ad primum & unicum beneficiũ tantùm. domi. de Rota decis. cccxxxix. in nouis.

Dispensatio obtinendi beneficij extenditur ad beneficium primum, & unicum tantùm. Item,

Dispensatus ad beneficiũ non potest illud permutare, nisi hoc sibi specialiter cõcedatur. Rot. in dec. ccccxxij. aliàs ccclxij. si illegitimus. in nouis.

Dispensatio fieri potest, etiam parte non citata. Innoc. & Ioan. And. in c. ueniens. de fil. presby.

Dispensatio cum illegitimo prius dispensato super defectu ad beneficium curatum: ad pluralitatem beneficiorum, non ualet, non facta mentione de prima dispensatione. in cap. ij. de presby. in vj.

Dispensatio lite pendente an ualeat. in Spec. de dispen. uer. sed nunc. & no. in l. qui autem. ff. si quis cau.

40 Dispensatio super pluralitate inducitur per clausulam, Nõ obstante. in Spec. de dispen. uer. quid si papa. & ibi Bald. in addi. uer. antepen.

† Dispensatio super pluralitate beneficiorum non ualet, si fuit tacitum, quòd illa prius tenebat illicitè recipiendo fructus. Fel. in c. postulasti. col. xxj. in fi. de rescriptis.

Dispensationis effectus uide in Spec. eo. ti. §. postremò dispensatio continet gratiam. c. fi. de transact.

Dispensatus ad matrimonium, an inuitus cogatur contrahere. Lud. Pon. in sing. uer. matrimoniũ. uer. domin9 noster papa.

Dispensatio semel facta reuocari non potest contraria uoluntate dispẽsantis, nisi sit papa, uel Imperator. gl. in c. cùm ex eo. de elect. in vj. & Lud. in sing. uer. an dispensatio. Sed ab episcopo reuocatur facta à uicario. Paul. consil. cxvij.

* Dispensatio ab inferiori principe facta, sine causa, pręsertim si res non sit in integro, reuocari nõ potest. c. ex tua. de filijs presbyter. c. decet. de reg. iur. in vj. c. cùm ex eo. §. porrò. & in eo. c. gl. in uer. septenniũ. & Domi. & Phil. Fran. de election. in vj. doct. in c. pen. & fi. de clericis non residenti. Io. And. in addit. ad Spec. in rub. de sequestra. pos. Old. in con. ccj. Lud. Rom. sing. dxxiij. Dec. c. at si clerici. §. de adult. uer. & ad hoc facit de iudici. Æmilius Maria Manolessus.

Dispensatio requiritur, quando pœna est perpetua, nõ autem absolutio. s. uer. Absolutio. el ij. uer. xviij.

† Dispensatio licet cum certa persona est odiosa, tamen potestas dispensandi est fauorabilis. d. Barth. Soci. in consil. cclx. incip. In causa Manutensis. uer. secundum quod uidebatur obstare. circa fi. in ij. parte.]

Dispensatio unde habuit originẽ, qualiter fiat, & quot sunt genera eius, & quomodo diffiniatur, & quando fiat. in Spec. de leg. §. ix. & seq. ubi ponitur materia dispensationum. & s. eo. per discursum. & in Spec. de sententia. §. vj. uersi. postremò. & seq. usq; ad fi.

Dispensatio papæ an impediat accusationẽ. in Spe. de accus. §. j. & de aboli. §. j. uer. porrò. & seq.

† Dispensare an possit papa sine causa contra ius positiuum. uide remissiuè Feli. in c. postulasti. colum. ix. in fin. extrà, de rescriptis.

Dispensatio papæ, quòd periurus, uel in peccato mortali constitutus, possit esse testis, uel ordinari in sacris, ualet. in Spe. de teste. §. j. uersi. sed quæritur. & j. uerb. Periurus. uer. lxiiij. & uerb. Papa. uersi. cxxxiiij.

Dispensatio papæ super matrimonio an, & quando ualeat. no. in l. j. per Bal. C. si nup. ex rescripto pe. Bal. in l. cùm quis. C. de natura. lib. gl. ord. & doct. in c. literas. de restit. spo.

† Dispensare non potest papa cum bigamo, ut promoueatur ad sacros ordines: ex causa tamen hoc facere tenetur, licet hoc sit cõtra Apostolum, xxxiiij. dist. lector. & communiter tamẽ tenetur, quòd potest, in c. ij. de biga. no. Abb. in c. proposuit. de conces. præb. in iiij. col.

† Dispensare licet posset papa contra uniuersale statutum ecclesiæ, ut in c. non debet. de consangui. & affi. nõ tamen hoc potest, si decoloratur status ecclesiæ ex tali dispensatione, seu limitatione. Et sic intelligitur gl. c. proposuit. de conces. præben. & c. literas. de resti. spo. facit q. vij. c. si illa. not. Abb. in d. c. proposuit. in iiij. col.

Dispensare non potest papa in gradu inter ascendentes, & descendentes, potest tamen dispensare in collateralib. in linea inæquali, non autem in linea æquali, utputa, ut patruus possit ducere neptẽ, qui sunt in secundo gradu in linea inæquali: sed cum filijs duorum fratrum potest dispensare, qui sunt in æquali. Ita no. in ca. literas. de rest. spo. ubi uide rationem. & in c. gaudemus. de diuor.

Dispensatio papæ, quòd possit alienari res prohibita in me, nõ habet locum, ut possit alienari alteri, postquam ego egi redhibitoria, & res ad ecclesiam reuersa est. Bald. in l. ij. C. de ædil. act.

Dispensatio papæ ualet cum illegitimis, quo ad curiam, & quo ad ordinem sacrum: non tamen per alium fieri potest. in Sp. de dispen. §. fi. uer. curia. & ibi Bal. in addi. uer. cum illegitimè natis. & Rosel. de legi. ij. lib. in prin. † Adde, quòd simplex dispensatio papæ cum illegitimo, ut possit promoueri ad beneficia, non habilitat eum ad canonicatus, nisi diceret, Ad quæcunq; beneficia. Fel. in c. postulasti. colum. viij. circa prin. de rescr. & latius col. xiiij. cum seq.

Dispensatio papæ super matrimonio illegitimo non extenditur ad filios antè natos, uel conceptos: ut s. j. uerb. uer. xxx.

† Dispensare potest papa ex causa circa dispositionem ueteris & noui Testamenti, & etiam contra præcepta moralia affirmatiua, ut est hoc præceptum, Sabbata sanctifices: ut in c. licet. de feri. & ueritate inspecta, potius papa interpretatur, quàm relaxat quod ex causa potest, iuxta not. per Inno. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & in c. fi. de consue. & Bart. in l. fi. C. si cõtra ius uel uti. pub. facit quod not. in c. cùm ad monasterium. de sta. mona. & Innoc. in c. quod super his. de uoto. Abb. in d. c. licet. & in c. literis. de restit. spo. in vj. col. & in c. super eo. de usur. & Abb. in c. fi. de diuor. Caue: nam durũ, quòd homo Deum arguat.

Dispensatio per papam solum fieri potest contra canonẽ Apostolicum cum presbytero, qui fecit fornicationem. lxxxij. di. de presbytero. in Spec. de dispen. §. nunc breuiter. & de lega. §. nunc ostendendum. Item in decimis non soluendis. c. ex parte. & c. à nobis. de deci. Item, quòd celebrentur diuina in ecclesia interdicta. doct. pòst glo. in c. ad hæc. de app. Item circa gradus consanguinitatis & affinitatis. c. quia circa. in gl. de consan. & affi. nisi in casibus. per gl. in c. literas. de resti. spo. & c. non debet. eod. tit. xxxv. q. iij. c. quædam. & c. quod scripsi. & in Spec. de leg. §. nunc ostendendum. uer. lj. & uer. lxxv. etiam pro matrimonio patrui, & neptis ex magna causa, ut quia sit magnus princeps. Abb. in c. per uenerabilem. qui fil. sint leg. etiamsi sit iam contractum: quo casu non tollitur pœna iam cõmissa: & ideo requiritur absolutio ab excommunicatione, nisi expressè etiam pœna tollatur. Card. in cle. j. ix. q. de consang. & affi. Et adde, quòd idem Abb. in d. c. literas. tenet de patruo & nepte, idẽ quod s. ut papa non dispenset, nisi ex causa, ut quia sit magnus princeps. & adde j. eo. Item faciendo subdiaconũ diebus Dominicis. de temp. ord. c. j. & c. decætero. Item concedendo prebendas & ecclesias non uacantes. de præb. c. dilectus. & c. dilecto. Item priuando dominum re sua. ix. q. iij. cuncta. & c. per principalẽ. Item episcopos depositos restituendo. ij. q. vj. uideo. de off. deleg. c. quod translationem. Item quòd laicus habeat ius eligendi in ecclesia collegiata. gl. in c. nobis. de iure pa. Item cõmittendo causam appellationis. de off. deleg. c. super quæstionum. in gl. Item deponendo episcopos. de off. dele. c. qđ translationem. de transla. c. cùm ex illo. Item cum omnibus irregularibus. Innoc. in c. cùm idem. de re iud. & j. uerb. Papa. uer. cclij. & gl. in c. cùm medicinalis. de sent. excom. Item cum Christianis portantibus arma ad Saracenos, ut ea portent pro redemptione captiuorum. de Iudæis. c. significauit. cum gl. Item diuidendo unum episcopatum in duos. xvj. q. j. præcipimus. de off. dele. quod translationem. Item cum clericis recipientibus eleemosynas, & oblationes ab hęreticis, & eis cõferunt sacramenta. de hær. cap. excommunicamus. in gl. in §. sanè. Item uniendo duos episcopatus, uel alterum alteri subijciendo. de off. deleg. quod translationẽ. in fi. xvj. q. j. turpis qualitas. Item determinando dubia articulorum fidei Christianæ. xxiiij. q. ij. quoties. Item cum simoniaco, simonia commissa eo sciente, uel ratum habente, siue in ordine, siue in beneficio simonia commissa sit. de simo. cap. per tuas. de renun. c. post translationem. in gl. j. q. j. ergo simonia cos. † Et per Fel. in c. de simonia. de simo.] Item contra canones, qui inducunt pœnitentiam, uel satisfactionem in enormibus criminibus, sicut est homicidiũ, & simonia in beneficio curato, uel in ordine. 50. dist. miror. xij. q. j. uiro. Item in interpretando Euangelium. xxiij. q. iij. quos Deus. & d. c. post translationem. in fin. Non tamen contra Euangelium. xxvj. dist. deinde. xiiij. dist. sicut. c. cùm Marthæ. de cele. miss. Item committendo laico causas speciales. xxxij. dist. uerum. de arbitr. c. contingit. Item cum excommunicato, qui scienter recepit ordines sacros. de sent. excom. pro illorum. Item de eo, qui furtiuè ordines suscepit. c. ueniens. in glo. scilicet cum eo, qui scienter furtiuè suscepit ordines sacros. Item cũ his, qui audientes Philosophiam, uel Leges, non sunt reuersi ad claustrum intra duos menses. ne cleri. uel uo. non magno. in fin. Sed an cum constituto in sacris, ut contrahat matrimonium, Card. in cle. ij. vij. q. de æta. & quali. Et an cum uoto continentiæ: ibidem, quòd sic ex causa. Item cum eo, qui suspensus recepit beneficium ecclesiasticum. de æta. & quali. c. cùm bonæ. in gloss. ij. q. iij. si quis. Item cum eo, qui à schismatico ordines recepit. de schisma. in c. fin. in glo. Item cum eo, qui in contemptum clauium ecclesiæ prophanauit diuina. de cle. excom. mi. c. clericus. cum gloss. Item cum filio sacerdotis, uel alio illegitimè nato. de fil. presby. cap. dilectus. & cap. fin. Item in ætate, & ordine cum electo ad episcopatum. de æta. & quali. ca. à multis. cum gloss. Item cum eo, qui una die ad tres ordines sacros, uel una die ad unum, alia ad alium, continuato ieiunio, fuit promotus, & cum promouente. de temp. ord. c. literas. & c. dilectos. Item super defectu natalium cum electo in episcopum. de elect. c. innotuit. Item cum homicida. 50. distinct. miror. & Gof. de iud. c. at si clerici. in glo. Quod tamen non est uerum in laico. cap. j. de homi. li. vj. Item in uoto ultramarino, utputa emisso pro succursu terræ Sanctæ. de uoto. c. ex multa. in gl. & Card. in cle. ij. §. j. iij. not. de pœn. & remis. ubi in ix. q. dicit idem in uoto continentiæ, in quo solus papa dispensat ex causa. & Card. in c. j. de uoto. Et idem, quòd existens in sacris cõtrahat matrimonium. Car. ubi s. Item in æta. & quali. contra conciliũ, de ele. c. cùm in cunctis. & c. cùm dilecti. in glo. Item contra aliud Lateranense concilium, de concess. præben. c. nulla. de præb. c. dilectis. in gl. Item in iuramento. xv. q. vj. authoritate. de iureiur. c. quanto. in gl. de conces. præb. c. proposuit. in gl. de elect. c. uenerabilis. in fi. Item contra omne concilium, & statutum: quia omnibus præest. de elect. ca. significasti. & c. licet eo. ti. & j. papa. uer. cxcviij. Et est super ius. d. c. proposuit. de conces. præb. Item legitimando spurios. c. per uenerabilem. qui fil. sint legi. Item quòd monachus fiat canonicus regularis. j. dist. quorundam. Item absoluendo, & ligando in terris, quos uult ligari, uel absolui in cœlis. xxiiij. q. j. c. quodcunq;. & c. manet. Item confirmando, & tollendo omnes defectus ex certa sciẽtia. de confir. uti. uel inut. c. j. & no. c. cùm uenissent. de inst. Item confirmando, & cõsecrando, & coronando Imperatorem. de elect. c. uenerabilem. Item deponẽdo Imperatorem coronatũ. xv. q. vj. alius. de re iudi. in vj. ad Apostolicę. Item in alijs casib. no. per Bal. in l. rescripta. C. de preci. Imper. offe. ubi uide. & Sp. de dispen. §. nũc breuiter. & j. uer. Papa. uersi. cxlviij. per discursum. & plenius in §. nunc ostendendũ. per Spec. eod. tit. Item nec, ꝙ quis nõ teneatur confiteri peccata homini, id est, sacerdoti. j. uerb. Papa. uer. ccxvij. Item nec contra ius diuinum. j. uer. Papa. uer. cxxxj. & seq.

† & seq.& uer.clxij.† Casus reseruatos papæ, posuit Archiepi. Flor.in iij.parte suæ Summæ.tit.xxij.q.vij.

Dispensatio per papam in quibus fieri non potest: in Sp. ubi s.

Dispensatio papæ ualet cum promoto ad episcopatum, quòd retineat beneficium spectans ad præsentationem laici. Rot. deci.cccxxxiij.supposito facto,&c.in nouis.

10 Dispensatio papæ in uoto sine causa non ualet, & dispensatus non est tutus, si facta est ad instantiã uouentis. c.non est. de uoto.& ibi Car.in cle.ij.§.j.xj.q.per Car.de pœni.& remi.

† Vide Fel.in c.quæ in ecclesiarum.circa medium.xxj. col. de constit.ubi an,& quando dispensatis à papa super iuramento, uel uoto, opponi possit, quòd dispensatio fuerit sine causa.]

† Adde, quòd dispensare potest papa ex magna causa contra uotum religionis. Ita concludit Innoc.in c.cùm ad monasterium.in gl.fi. quem ferè omnes Canonistæ sequuntur.& ibi Abb.in vj.col.ibi in gl.fin. ubi ponit exemplum magnæ causę, si aliquis rex infidelis uellet redire ad fidem cum toto suo regno, si posset ducere monialem, filiam fortè alicuius regis, in uxorem: nam credendum est hoc esse Deo charius, quàm continentia unius hominis, cùm pro conseruatione rationalis creaturæ corpus suũ exposuit morti. Nec est uerũ, istum cum quo dispẽsatur, peccare, imò magis meretur obtemperando ex causa uicario Iesu Christi, & seipsum offerendo in holocaustum. nam ipsum matrimoniũ est de iure diuino: & in usu matrimonij castitas: ut dicit tex.no.in c. Nicæna.xxij. dist. Abb.in d.c.cùm ad monasterium.& in c.j.in gl.fin. post Host.& communiter Canonistæ, de uo.& uo.redem.

Dispensatio de retinendis duobus beneficijs curatis, intelligitur de primis impetrandis. c.non potest.§.j.de præb.in vj.& Alex.consil.xv.iiij.parte.

Dispensatio papę super matrimonio prohibito lege diuina, nõ trahitur retrò, ut faciat legitimos natos ex eo ante dispensationem: sed secus, si fiat super contracto matrimonio contra legem humanam. Abb.Sicul.in c.literas.de resti.spo.

† Dispensare an possit papa cum clerico in sacris super uoto continentiæ, uide Fel.in c.si quando.ad fi.ij.col.ibi: intellige nisi papa,&c.de rescript.]

† Si dispensat papa cum iam coniunctis in gradu canonica lege prohibito, & in dispensatione dicitur, quòd is, cum quo dispensatur, tempore contractus matrimonij ignorabat impedimentum, & si fortè matrimoniũ disiungeretur, grauia scandala possent indę oriri, cùm causa talis fuit expressa, qua non subsistente, concedens aliter non fuisset cõcessurus, falsa causa tunc concessionem seu dispensationem uitiat: ut in l.j.ff.de nata.resti.cùm in tali dispensatione fiat iuris cõmunis relaxatio, nihil debet falsum exprimi, nec uerum taceri. ff.de in ius uoc.l. libertus aduersus patronum. c. dudum.de elect.& de deci.c.ex multiplici.& no.de rescr.c.super literis. Ita bellissimè concludit Old.consil.cclvj.ubi etiam tenet, quòd impetrans dispensationẽ habet causam dispensationis probare ueram esse. C.de his, qui ue.æta.impe.l.ij. † Vbicunque dispensat papa contra ius diuinum sine causa, nec papa est tutus, nec ille, cum quo dispẽsat, est tutus, quo ad Deum. Et est ratio, quia papa tenetur defendere ius diuinum, usque ad animam, & sanguinem.xxv.q.j.sunt quidam. Et idem in absolutione à iuramento sine causa, ut no. Innoc.in c.cùm inter.de renun.& gl.in c.quanto.de iureiur.& Innoc.in c.cùm ad monasteriũ.de statu mo.& Arch.in c. Florentinũ. lxxxv. dist. Idem in uoto: ut est gl.in c.non est.de uo. Abb.in c.scripturæ.de uoto.in ij.col.

† Dispensare an possit papa licitè ex causa contra ius, & contra quatuor concilia, & contra Apostolũ, dum tamen nil statuat contra fidem.& dicitur quòd sic.xxv.q.j.sunt quidam. xxxiiij.q.ij. lector.lxxxij distin.presbyter. Nec obst.c.sicut. xv.dist. quia loquit in articulis fidei.no.gl.fi.in c.post transactionem.de renun. Anima ergo papæ in manica sua: ut ibi Io.And.& uide Innoc.in c.super eo.de biga. Ego totus horresco, dum hæc execranda lego.

Dispensatio legati ad alienandum ualet, licet quis iurauerit nõ alienare sine licentia episcopi. Quod tamen uerum, si in eo episcopatu tantùm gerat legationẽ, aliàs secus. in addi. Sp.de dispen.per Bal.uer.q iurauit.

Dispensatio uenit in generali mandato legati in casibus nõ generaliter reseruatis.ij.q.v.quæ dicta.& c.fi.de transact.

Dispensatio per legatum in quibus casibus fiat, uel non. in Spec.ul.de dispen.§.cõsequenter.& ĩ.uer. Legatus de latere. per discursum.

† Dispensare non potest legatus contra constitutiones concilij.Fel.in c.nonnulli.col.iiij.in fine, de rescr. Si tamẽ legatus habet potestatem legitimandi non coniunctos in tertio gradu ex utraque linea. Fel.in c.postulasti.col.xv. de rescr. uersic. considera secundò.

Dispensatio patriarchæ quibus casibus ualeat. in Spe. de dispen.§.sunt quoque.& ĩ.uerb.Patriarcha.per discursum.

Dispensatio episcopi quibus casibus ualeat.in Spe. de dispen.§.nũc de episcoporum. ubi plenè.& in tract. meo de Episcopo, in iiij.lib.ij. partis prin. pe.q.& gl.50.di.miror.& Card.in cle.j.§.j.de reli.domibus.

† Dispensare in quibus casibus potest episcopus, & in quibus non, uide latè Decium in c.at si clerici.§.de adulterijs.co.iij. cum plurib. seq.de iud.ubi de materia amplè, & in incestu, & an in schismatico, uide Dec.ibidem, col.x.& xj.

Dispensatio permissa episcopo in casibus expresßis, ab ipso solo fieri potest sine capitulo.gl.in c.cùm ex eo.de elect.in vj.

Dispensare non potest episcopus cum abbatissa corrupta, sed solus papa. Card.in cle.ij.§.statuimus.de statu mona.

Dispensare non potest episcopus super ætate uicarij. Card.in cle.j.xxxviij.q.Nec cum minore ad prioratum conuentualem. Card.in cle.j.§.cæterùm.de sta.mona.

Dispensare non potest episcopus super pluribus beneficijs curatis, sed super simplicibus sic. Item nec super plurib. dignitatibus, uel præbendis in eadem ecclesia, nec super duobus canonicatibus, sed super uno, & altari in eadem ecclesia sic. Abb.in c.literas.de conceß.præb.& in c. de multa. de præb. & Card.in cle.j.xxiij.q.de off.uica.

† Dispẽsare potest quasi semper episcopus in beneficijs. Dec. in c.at si clerici.§.de adulterijs.col.xij.uersi.ij. Abbas de iud. Non dispensat tamen contra constitutionem cõcilij. Feli.in c.nonnulli.col.iiij.de rescr. Dec.suo consil.clj.in proœ. habito in concilio generali Mediolani.col.j.

Dispensare potest episcopus cum uicario perpetuò. Card. ubi s.xxv.q.

Dispensare non potest episcopus in delictis enormibus. Card. in cle.j.pen.q.de off.ord.

Dispensat episcopus cum ordinato extra tempora, nõ cum ordinato infra ætatem. Card.in cle.fi.de æta.& quali.

Dispensatio episcopi cum inhabili non ualet in casu cle. j. §. si qui.de sta.mo.& Card.ibi.

20 Dispensatio episcopi non habilitat ad episcopatum. Arch. in c.at si clerici.de iud.

Dispensatio per episcopum, uel alium inferiorem à papa, non ualet, nisi in casibus permisßis, & causa cognita. c.at si clerici.de iud.per Bart.& doct.& Imol.& Bal.in l.Barbarius.col. ij.ff.de off.præto. Innoc.in c.ueniens.de fil.presbyt.

Dispensatio episcopi cum illegitimo nõ facit eum habilem ad præbendam ecclesiæ cathedralis. Rota in deci. cxxxix. uoluerunt domini,&c.in nouis. † Fel.in c.postulasti.col.viij. in prin.de rescr.

Dispensandi potestas competens episcopo, nõ competit eius uicario. Paul.de Cast.consil.cxvij.

Dispensatio episcopi cum ignobili eligendo in canonicũ, non ualet, stante constitutione, quòd ignobilis nõ posßit esse canonicus. Arch.in c.licet ca nõ. de elect.in vj. nisi ex iusta causa, secundum Io.de Lig.in c.at si clerici.de iud. & domini de Rota tenent idem in deci.nouis, secundum Lud.Pon.in fin. uerb.Dispensatio.uer.pone, in ecclesia.

Dispensatio episcopalis cum postulatis nõ ualet.c. fi.de postu. præla.per Innoc.& Bal.tenet in Mar.uer. Episcopus.uer.iij.

Dispensationis forma, quæ est cum electo ad beneficium per simoniã ignoranter.in Spe.de sent.§.vj.uer.si aũt episcopus.

Dispensatio per inferiores episcopo non est permissa, nisi in casibus expresßis in iure. Card. in cle.j.xxvj.q.de off.uic.uide Card.in cle.j.§.si quid.ij. oppo. de priuil.

† Dispensandi potestatem non habent regulariter inferiores episcopis, nisi in casibus à iure expresßis. Dec.in c.at si clerici.§.de adulteris.col.xij.de iud.

† Dispen-

† Dispensare possunt episcopi & superiores in uoto, non autē prælati inferiores. probat text. iuncta suprascriptione in c.j. de uo. & uo. redem. quod singulariter not. ꝑ quo facit quod no. Innoc. in c.ij. de eo, qui fur. or. rece. quē sequuntur doct. in c.fi. de postu. præla. & facit text. in cle.ij. de priui. licet Hostien. dicat ibi, quòd ille text. non probat dictum Innoc. sed potius contra, quia licet loquatur de episcopo, nō dicit hoc pendere ab arbitrio suo, sed ab eius arbitrio, qui pręsidet. Fatetur tamē, quòd dictum in se est uerum, & seruatur de consuetudine, & minimè sunt mutanda, & c. ff. de legi. l. minimè. Abb. ibidem dicit, quòd ubicunq; inferior pręlatus haberet de iure speciali ius episcopale in personis, quòd tunc posset dispensare in uoto, sicut episcopus, quia talis potest exercere iura episcopalia. Pro hoc glo. not. in cle.j. de rebus eccles. non alie. & per Innoc. in c. statuimus. de ma. & obe. Latius per Abb. in c. significasti. de fo. cōpe. & tunc litera illius tex. stabit propriè, ut quilibet præsidens, scilicet habens iurisdictionem episcopalem, possit dispensare in uoto.

Dispensatio abbatis in quibus casibus ualeat, uel non. in Spec. de dispen. §. sunt quoq;. uer. abbas. & s̄. uerbo, Abbas. uer. lxxj. & uersic. xlviij. & in casu cle. j. §. si qui. de priuil.

† Dispensare potest abbas, quando irregularitas fuit contracta ante ingressum religionis, secundum Innoc. Hostien. & cōmuniter doct. intelligunt indistinctè, per text. in d.c. cùm illorum. indistinctè loquentem. Sed dicit Hostien. quòd iste casus non est extendendus ad alios casus, quasi uelit dicere, quòd licet abbas hoc casu dispenset cum monacho irregulari, non tamen poterit dispensare in alijs casibus, nisi hoc sit iure expressum, quod placet Abb. in d.c. cùm illorum. in v. col. argum. eorum quæ ipse dixit in c. monachi. eo. tit. & facit regula, in argumentum, & regula, quæ à iure communi. de reg. iu. lib. vj.

Dispensatio abbatis cū monacho, quòd stet semper extra claustrum, uel quòd conuersus stet extra monasterium, non ualet. Hostien. & doct. in c. ex rescripto. de iureiur. & in c. insinuante. qui cle. uel uo. Archi. in c. præsente. de off. ord. in vj. xviij. q. ij. abbates.

Dispensatio capituli in quibus casibus fieri possit, uel non. in Spec. de dispen. §. sunt quoq;. uer. capitulum. & s̄. uer. Capitulum. per discursum.

Dispensatio principis in quib. casibus fieri possit, uel non. in Spec. de dispen. §. sunt quoq;. uer. princeps. & j̄. uer. Imperator. per discursum.

† Dispensare potest princeps ex sola uoluntate contra ius positiuum. not. Innoc. in c. cùm ad monasteriū. de sta. mo. Abb. in c. cùm ex literis. de in integ. restit. De quo uide quod ipse not. in c. de multa. de præben. Et illud dictum Innoc. refert Ant. de But. in c.j. de consti. & Abb. in c. proposuit. in v. col. de conces. præben.

Dispositio circa rem propriam cuilibet est permissa. l. in re mandata. C. mandati. & in Spec. de instrum. edi. §. xij. uer. quid si quis iurauerit.

† Dispositio hominis, uel legis, uel statuti, quando non apparet, an sit pura, an conditionalis, qualiter in dubio intelligat̃. Theo. Bart. & ibi Ias. in l. cùm mota. col. vj. C. de transact.

Dispositio non habet locum, quando uerba non conueniunt, secundum Bal. in l.j. iij. col. C. si quis omi. cau. te. per l. seruū. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.

† Dispositio, cui qualitas demonstratiuè conuenit, conuenire debet. do. Barth. Soci. in consil. ccl. incipiente, In causa Bononiensi. uer. sed ad hanc. circa medium. in ij. parte.]

† Dispositio odiosa, & stricta, quæ loquitur de persona, nō habet locum in uniuersitate. do. Barth. Soci. in consil. cclxxv. inc. In causa. uer. cōfirmantur. ibi: nam dicimus. in ij. parte.]

† Dispositio exorbitans, & pœnalis, & regulariter restringenda, an possit extendi fauore Reipublicæ: uide do. Pet. Phil. Cor. in consil. cxcij. incip. Viso. in litera D. in iij. parte.]

Dispositio intelligitur ordine successiuo, quādo fit mentio plurium personarum sub nomine appellatiuo, inter quas cadit prælatio. Bald. in l.fi. C. de uer. sig.

† Dispositio legis non recipit moram, sed intelligitur, scilicet quamprimùm potest. Bal. in l. precibus. viij. col. C. de impu. & alijs substi.

† Adde, quòd dispositio l. cùm acutissimi. & l. cùm auus. ff. de condi. & demon. habet locum in persona ualde dilecta testatoris: ut decidit singulariter And. Siculus in repe. l. cùm acutissimi. C. de fideicom. in xiiij. col. quem sequitur Ias. in l. exigendi. C. de procur. quamuis tamen se non firmet. Et adde etiam, quòd dispositio c. cùm non ab homine. ex. de iud. nō habet locum in homicidio horribili, ut est parricidium. ita Pet. de Anch. consil. cclvij. & per Fel. in c.j. de cōstit. Et istud tangit dominus meus Boerius in cōsuetu. Bitur. tit. de iuris. om. iud. §. xxiiij. in gl. an Iudex, &c.

Dispositio non ualet, quando in ea ponitur aliquid, quod est contra naturam rei, super qua disponitur. l. si fundus. §. usufructus. & ibi Bart. ff. si usufr. peta.

Dispositio in casu ficto non trahitur ad ueritatem. Ioan. An. in Nouel. in c. sciant cuncti. de elec. in vj. uide Bar. in l. si seruus. C. de fur. & Alex. in l. iij. §. licet uerba. de neg. gest.

Dispositio de uxore, habet locum etiam in marito. Bar. in l.j. ff. quod me. cau. per l. fi. C. de indi. uid. tol.

† Dispositio facta de liberis, & parentibus, non habet locum in fratribus transuersalibus. Dec. consil. ccxxj. col. fi.

Dispositio in uno correlatiuorum, habet locum in altero. l. fin. de indi. uid. tol. & ibi Bart. & in l. si ab eo. C. de legi. hære. & in l.j. in fin. ff. quod me. cau. & in l.j. C. de cupressis. lib. xij. & Bal. in l. iij. in fi. C. de sac. san. eccles. & Bart. in l. fi. ff. de accep. & Bal. in rub. C. de rebus credi. in ij. col. uersi. secundò quæro. & in l.j. in j. col. uer. & nota, quòd licet. C. de cōmuni serma. in l. si quis seruo. in ij. col. C. de fur. & j̄. uerb. Statutū extenditur. uer. lxxxiij. & s̄. uerb. Correlatiuum. uer. iij. & uer. Pœna extenditur. uer. vij.

† Et per Fel. in c. fi. de Iudæis. in prin.

Dispositio conuentionalis operatur ultra ius commune, & consuetudinem. gloss. sing. in l. si cum militaribus. C. de restitut. milit.

10 Dispositio cōuentionalis est potentior, quàm legalis. j̄. uer. Factum. uersi. xc. & uer. Pacti effectus. uer. xj. & seq. & s̄. uer. Actus. uer. xij.

† Dispositio testatoris semper interpretatur in benigniorem partem. Soci. consil. xxiij. col. vij. uol. j. ubi subdit, quòd secundum illam est iudicandum, etiamsi rigorosa uideatur fortior.

† Dispositio testatoris intelligi debet, ut conformetur iuri cōmuni. Soc. consil. xxiij. col. vj. in fi. uol. j.

† Dispositio testatoris facta in plurali numero de filiabus, habet locum in una. Decius consil. 50.

Dispositio generalis sequens derogat speciali præcedenti. l. Mæuius. §. eum, qui. & ibi Bart. ff. de leg. ij. uide in l. Titia. §. Lucius. eo. tit. & s̄. uerb. Clausula. el j. uer. xvj.

* Dispositionem generalis legis, statuti, iudicis, uel testatoris, restringit ratio, qua ad ita statuendum fuisse statuentes impulsos conijcere possumus. Bald. in auth. ingressi. col. j. C. de sacrosan. eccles. Ias. in l. non dubium. col. vij. uer. adde etiam. C. de legib. c. suggestum. & ibi doc. & alij de app. Aymo Cra. consil. iij. nu. 3. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Dispositio sequens intelligitur sub conditione, scilicet, si contra prohibitionem factum fuerit, quando præcesit dispositio prohibitiua, ut ueto res alienari quas uolo ad Titiū pertinere: quia intelligitur, scilicet si alienātur. l. pater. §. filiam. & ibi Bart. ff. de leg. iij.

Dispositio an & quando trahatur ad futura. per Card. cle. fi. de rescript.

Dispositio comprehendit omnem modum reformandi beneficium. Card. in cle. j. ij. col. de suppl. negli. præla.

Dispositio de rectore curato, habet locū in uicario perpetuo. Card. in cle. j. xxv. q. de off. uica.

Dispositio pœnalis nō trahitur ad casum fictum. Abb. in c. gratiæ. de præben. Alex. in l. iij. §. hæc uerba. de neg. gest. ubi etiam uide quid econtrà.

† Dispositio pœnalis & odiosa an extendat̃ ad casum impro-
† prium: posui j̄. in uerb. Lex. †

Dispositioni Titij, si quis committat ultimam uoluntatem suā, an dicatur Titius hęres. j̄. uer. Institutio. uer. xcv.

Dispositio circa personas non extenditur ad forenses. Bart. in l. cunctos populos. vij. q. uer. sed dubitatur. C. de sum. tri. & fide catholi.

* Dispositio

* Dispositio generalis, legis, uel constitutionis, quæ etiam episcopos comprehendit, non comprehendit Illustriss. S.R.E. Card. Ioan. And. in c.j. de schismaticis. in vj. Lud. Gomes in prooem. regula. cancellari. q.iiij. uer. in primis igitur. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositio, quæ circa animarum est salutem occupata, omnes, etiam principes cõprehendit. Io. Monach. in extrauag. Bonifacij. VIII. quæ est j. in ordine, ti. de sent. excom. Illust. Card. Præposi. in c. non licet. in prin. dist. x. Fel. in c. quod super his. col. iiij. de fide instrum. Lud. Gomes in prooem. reg. cancellari. q. iiij. uerb. Primus est, quando constitutio. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositio, quæ in beneficio uacante loquitur, locum sibi in uacaturo non uendicat. c. constitutus. & ibi notatur c. ex tenore. c. fi. de concession. præbend. Fel. in c. in nostra. xxxvij. correla. col. ij. in extre. de rescript. Lud. Gomes in reg. de impetratio. Ben. Vacan. per obitu. Fami. Car. q. iij. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositio, quæ de feudis pertractat, & in ecclesiasticis beneficijs locum habet. Deci. consi. lxxvj. Lud. Gomes in præfation. origini. regul. de annali. & in regul. de triennali possession. q. iiij. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositio, quæ de personis simpliciter loquitur, non collegium, uel capitulum comprehendit. Lud. Rom. consil. ccccxxxvj. quod tamen interdum cessat. Lud. Gomes in reg. de annal. possession. q. xij. Æmilius Maria Manolessus.
† Dispositio contractuum collata ad aliquem actum, seu contractum, restringitur, & limitatur secundum contenta in illo contractu, etiam dato, quod amplius dispositum sit inter contrahentes, quàm in contractu relato contineretur. Dec. in pulchro casu consil. lxiij. col. iiij. cum seq.

Dispositio legalis magis æquiparatur ultimæ uoluntati, quàm contractui. Bart. post gl. in l. j. C. de his, qui. ut ind. & Alex. in l. ita stipulatus. v. col. de uerb. oblig.

† Dispositio interpretatur ex consuetudine loquendi ipsius disponentis. do. Pet. Phil. Cor. in consil. ccxliij. incip. In hac. in litera H. in iiij. parte.]

Dispositio debet largè interpretari, quantumcunq; pœnalis sit, si aliter non posset habere effectum. Abb. in c. bonæ memoriæ. el j. in ij. col. de postu. præla. uer. & depositio.

* Dispositio testamenti uno in casu facta, ad alium ex præsumpta defuncti mente transferenda est, nisi extensio huiusmodi de persona in personam facienda esset, nisi persona illa, ad quam facienda extensio est, aliquo modo sub uerbis & mente defuncti posset comprehendi, propter aliquam, ut ita dicam, ei inhærentem qualitatẽ. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthumis. l. fi. C. de posthu. hære. instituen. l. si quis ita. §. pe. ff. de test. tutel. gl. in l. scimus. in prin. ff. de liber. & posthu. Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. eo. de liber. & posthu. Fran. Curti. min. consil. cxxj. num. 14. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositio una, si alterius faciat mentionem, altera illa dispositio non probatur, nisi fuerit & ipsa producta. §. & hoc insuper. in auth. ut sponsalitia largit. auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. Fran. Curt. min. consil. cxxiiij. num. 5. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositum, quod in uno ex casibus æquiparatis est, id & in alio decretum uidetur. gl. cõmuni doctorũ opinione sententiaq; probata, in l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. Franc. Curt. min. cõs. cxxiiij. n. 17. uo. ij. Æmili⁹ Maria Manolessus.
* Dispositum quod in fratre est, idem & in patruo constitutũ uidetᵣ à statuto, qđ fratrẽ patruumq; æquiparat. Fran. Curt. min. consil. cl. nu. 17. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositio, quæ pœnam salutis animæ causa imponit, nõ coarctanda, sed amplianda est. gl. in c. sciãt cuncti. de election. in vj. Guliel. Cas. in decisi. suis. Rot. tit. de cõstitutioni. decis. v. nu. 10. Æmilius Maria Manolessus.
* Dispositum, quod ad tempus est, post illud nõ est extendendũ. c. de causis. de off. delegat. l. si unus. §. si cui reo. ff. de pact. l. statuliberum. §. Stichum. & ibi. not. Paul. Castr. & alij. ff. de leg. ij. Lud. Rom. consil. ccccxvij. Barth. Soc. consi. xix. col. fi. uol. j. Deci. consil. ccvviij. Hieronym. Cagnol. in l. j. nu. 56. ff. de off. eius cui. Æmilius Maria Manolessus.

Disponentis mentem colligimus ex qualitate personarũ: nam in dispositione cuiuscunq; scripturæ, seu cuiuscunq; dispositionis tria sunt attendenda: primò scilicet persona loquẽs, & illius, qui loquitur, & uis locutionis. not. Abb. in c. solitæ. de ma. & obe. in j. col.

† Dispositio generalis debet referri ad species non prouisas: ut in l. sanctio legum. ff. de pœ. no. Abb. in c. intimauit. de appel. in j. col.

† Dispositio si tendit in fauorem fidei in materia pœnali, uerbum generale intelligitur largo modo. Abb. in c. ij. de diuor.

Disputatio fieri non debet de apicibus iuris, ubi de bona fide agitur. in Spec. de aduo. §. vj uer. uel ita sunt nonnulli. l. Quintus. & ibi Bart. ff. mandati. & uer. æquitas. uer. vij.

Disputatio est pertinacib. relinquenda: quia curiosus dicitur, qui disputat faciliter de his, de quibus non expedit. in Spec.

† ubi s. uer. uel sic. si disputant. † Adde Bald. in l. si possessor. §. quanquam. de ser. & per Felin. in cap. quanto. de præsumpt. circa prin. j. col. & do. Iason May. Institutio. de actioni. §. sic itaq;. num. 9.]

† Disputare de sacrà Scriptura an liceat: uide latè per Ioan. de Turre Crema. in c. quis nesciat. dist. ix. †

† Disputando metus ueritas aperitur. l. munerum. §. mista. ff. de muneribus & hono. Sylua nupt. in prin. col. j.

Disputatio quid sit, & de eius materia, uide in Spec. de disput. & alle. §. j.

Disputationes quo tempore, & in qua parte litis fiant. in Spec. eo. tit. & s. uer. Allegationes. uersic. xxxv. & lxxiij.

Disputationes quoties fiant. eod. tit. §. v. uer. & nota.

Disputans de his, de quibus non est doctus, ridendus est. eod. §. in fin.

Dissensus circa accessoria contractus nõ uitiat. l. si in emptione. in prin. & ibi Bart. ff. de contrah. emp. sed uitiat stipulationem. l. inter stipulantem. §. si Stichum. & ibi Alex. post Bart. de uerb. oblig.

Dissensus partis utriusq; requiritur ad resolutionẽ contractus. l. ab emptione. ff. de pact.

Dissensus inducit desolationẽ gentis. in Spec. de aduoca. §. iij.

Dissentit quis facilè ex pronitate naturæ. in prooem. Spec. uer. sanè. & de arbit. §. viij. uer. hoc quoq; notandum.

Dissimulatio habetur loco prohibitionis. Spec. de loca. §. vj. uer. sextò quæritur.

Dissimulatione sola remittitᵣ iniuria. Spec. de iniur. post. prin. & j. uerb. Iniuria. uer. xl.

Dissipator dicitur alienare. gl. in l. Imperator. §. fi. de leg. ij. Bal. in c. j. §. rursus. qui. mo. feu. amit. in usi. feud.

Dissipare dicitur, qui taliter dissipat, quòd fideiussor eius timere possit, non aliter, puta si de mille consumit decẽ. Bald. singu. in l. si pro ea. C. mandati. j. col.

Dolor iustus excusat à delicto. l. Gracchus. cum glo. C. de adul. & facit mitigari pœnam. l. si adulterium. uer. si Imperatores. de adult. Abb. in c. olim. de rescrip. & in c. dilecti. ulti. col. de excep. & in c. cùm te. de re iud. & in Spe. de accu. §. j. uer. quid si te uocaui.

† Adde tex. concordantem in l. medicos. C. de profes. & med. libro x.

* Dolor etiam innocentes culpæ, quam nunquam admiserunt, affines se prędicare compellit. l. in criminibus. in prin. & §. si quis ultrò. §. de quæstio. Hip. Marsil. in d. l. in criminibus. nu. 31. Æmilius Maria Manolessus.

† Adde, quòd dolor est passio animæ in appetitu sensitiuo uel intellectiuo, secundum bea. Tho. q. ij. q. xxxv. artic. j. & dicitur Græcè ἄλγος.

Dolus æstimatur contra dolosum. l. si cùm fundum. §. fi. ff. de contrahen. emp.

† Adde, quòd dolus est executio astutiæ, qua excogitatæ fuerunt uiæ nõ bonæ ad exequendum aliquem finem bonum uel malum, secundũ bea. Tho. ij. ij. q. art. iiij. & dicitur Gręcè δόλος.

Dolus est malitia prorumpens in damnũ alterius: secundum Bal. in l. quæ fortuitis. iij. col. C. de pig. act.

† Dolus, seu fraus, præsumitur ex coniecturis. c. ij. de renun. li. vj. l. dolum. C. de dolo. facit tex. no. in l. filiæ meæ ęgræ. ff. sol. mat. per quem tex. dicit Bal. in c. in præsentia. de proba. inquantum ille tex. dicit, quòd obtulit se & sua monasterio, quòd si ille laborabat in extremis, & assumpsit habitum religionis offerendo se & sua, utrum excludatur substitutus, & per consequens euanescat fideicommissum. & decidit, quòd non: quia uidetur fecisse in fraudem ad excludendum substitutum. Et facit quod uoluit idem Bald. in l. filiæ. ubi dicit, quòd dictum c. ij. emanauit de utero illius legis, & inducit ad q. de eo, qui renunciauit beneficio in fraudem expectantis. Et adduco, quod uoluit idem Bal. in auth. nisi rogati. C. ad Treb. ubi dicit, quidam erat ætate grandæuus, & renunciauit beneficium cuidam suo coniuncto. decìdit, quòd nõ præiudicat expectanti. & allegat dictam l. filiæ. & idem Bal. in c. j. §. porrò. in tit. quæ fuit prima causa beneficij amit. in usi. feu. dicit, quidam habebat feudum, & ex eo quia non habebat filios, tale feudum erat transiturum in agnatos, modò iste uasallus alienauit feudum: quod præsumitur, quòd illa alienatio facta fuerit in fraudem cognatorũ, ut feudum transiret ad agnatos. Et dicit de hoc uideri casum in d. l. filiæ. & adduco Angel. in l. nuper. C. de natu. libe. quidam habebat filios uiuentes ex primo patrimonio, & retinebat unicam concubinam in domo, dum esset infirmus, & in extremo uitæ constitutus desponsauit illam concubinam, ut per tale matrimonium legitimarentur illi naturales, iuxta ea quæ habentur in c. innotuit. de elec. & per consequens, efficerentur æquales in hæreditate paterna filijs primi matrimonij. decìdit ibi Angel. quòd licet huiusmodi legitimatio ualeat, & teneat, non tamen præiudicat filijs primi matrimonij: quia uidetur facta in fraudem, per d. l. filiæ. Et adduco quòd habetur in c. sicut. de reg. & ibi do. Pe. de Ancha. quidam erat constitutus in extremis, & desperatus erat de uita, fecit uocari quosdam religiosos, & in manibus eorum obtulit se & sua, & assumpsit habitum religionis, & substitutio facta in testamento erat concepta, quod si institutus decederet sine liberis, quòd substituebat Sempronium, quòd isto casu monasterium non habetur loco liberorum: quia talis oblatio & assumptio habitus facta in fraudem illius substituti, ut euanescat fideicommissum, non ualet. Et adduco consilium domini Pet. de Anch. in ordine cccxciij. quidam pater habebat filiam habentem multa bona, & cùm ueniret ad mortem illa filia, & esset in extremis, eam emancipauit ad hunc finem, ut faceret filia testamentum, & instituit eum quem uoluit pater, & grauauit institutũ de restituendo patri, quòd huiusmodi emancipatio uidetur facta in fraudem, cùm eam non emancipauit, quando in optima constituta erat ualetudine: & ideo illa fraus non poterit patri fraudulosо prodesse. Facit cap. sedes Apostolica. & c. ex tenore. de rescrip. & tex. in l. cùm pater. §. Titio fratri. ff. de leg. ij. Et adduco ulterius quod uoluit idem Pet. de Ancha. in consilio cccxxj. ubi etiam in hac materia bellissimè consuluit: & adduco Lud. Roma. in l. ab hostibus. §. si uir uxorem. ff. so. ma. ubi dicit, quòd si maritus debet lucrari dotem de morte uxoris, & ipse dedit causam morti, uel quia adhibuit malum medicum, uel nullum medicum adhibuit, & mortua est uxor, quòd non lucrabitur dotem. Et ibi hoc uoluit Barto. & Bal. & alij. Et subdit Lud. Roma. ibi super gl. quòd eo casu, quo quis ob negligentiam alterius debet prosequi lucrum, cùm ipse dederit causam negligentiæ, non consequitur lucrum, allegat cap. postulasti. de conces. præben. & d. l. filię. & ibi Ioan. de Imol. refert doctrinam Bal. de eo, qui constitutus in infirmitate renunciauit beneficio, ut uideatur facta renunciatio illa in fraudem expectantis. Sed ipse temperat hoc modo, quando illa infirmitas est grauis: aliàs secus. Et dicit hoc probari per tex. à contrario sensu. in d. l. filiæ. facit tex. in c. si episcopus. xviij. dis. in uerbo, excepta graui infirmitate. & tex. in c. in præsentia. de proba. ibi in feruore infirmitatis. & gl. in l. ob quæ uitia. ff. de ædil. edi. singula. secundum Angel. ibi. & tex. in l. quæsitũ. ff. de re iudic. & in l. item apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniur. Facit elegans dictum Bal. in l. si prędium. C. de ædi. act. & l. leuia. & quod uoluit ibi Bar. ff. de accusa. Et adduco And. Barb. in solenni sua repetitione. ca. in præsentia. in xxx. col. de prob. quòd si constitutus in extremis assumit habitum religionis, & profiteatur ad hoc, ut fideicommissum euanescat, & substitutus excludatur, quòd non præiudicatur substituto: quia præsumitur illam professionem fecisse in fraudem illius: & ideo dispositio c. in præsentia. non debet sibi opitulari. Facit simile, quod dixit Innoc. in c. cùm in officijs. de testa. quod no. pro limitatione d. c. in præsentia. & uide ad prædicta quod no. do. & ibi Pet. de Anch. in d. c. ij. de renun. lib. vj.

† Dolus est falsa asseueratio scienter facta cum intentione fallendi. do. Bar. Soci. in consi. clix. inci. In præsenti. uer. ij. principaliter. post med. & in con. clx. incip. Memini. uer. ij. quod fortius ibi dolus. in ij. parte.]

† Dolus uelatus est minor, quàm dolus expressus. do. Bartol. Soc. in consi. cxviij. incip. Visis. uer. circa primam. ibi: nam sicut. in j. parte.]

† Dolus bonus, & dolus malus reperitur. do. Pet. Phil. Corn. in consi. lij. inci. In hac. in litera L. in ij. parte.]

† Dolus bonus omnino obligat dolosum. do. Pe. Phil. Cor. in consi. viij. in litera E. in iij. parte.]

Dolus cum dolo compensatur. l. domum. in fine. ff. de contrahen. emp. l. fina. §. pe. ff. de eo, per quem fac. er. l. si duo. & ibi Bar. ff. de dolo. Quod est uerum in ciuilibus, non in criminalibus ad præiudicium fisci: secundũ Bal. in Mar. uer. dolus. ad fi. & in l. j. ult. col. C. unde ui. ubi dicit secus in maleficijs. Quod dixi de ciuilibus, intellige, nisi falsa probatio contra dolosum actorẽ admisceatur, ut si actor producit falsum instrumentum debiti, & reus falsum instrumentum solutionis, uterque punitur. Bald. in rub. C. de fide instrũ. pe. char. uer. incidenter etiam quæro. & Alex. in l. si ambo, de comp. † in Spe. de emp. & uend. §. vj. uer. quid si uendo. † Et per Bal. in l. ut uim. ad fi. de iusti. & iur.] Item uerum est, si doli sint circa diuersa. l. quemadmodum. §. si seruus. de noxal. & Ale. in l. si non fuerit. de iureiur. Item nisi, ut ĩ. eo. uer. xxvij. † Vide do. Bar. Soci. in consi. clxvij. inci. In primis. uer. confirmatur, quia etiam. in ij. parte.]

Dolus quando dicatur dare causam contractui, uel incidere in contractu, declarat Petrus de Anch. in c. cùm dilecti. in ulti. col. uer. restat modò. de emp. & uen.

Dolus dans causam renunciationi, non uitiat. Bal. in l. pen. C. de dolo. Item,

Dolus uitiat contractum. l. eleganter. ff. de dolo. l. si dolo. C. de rescin. uen. Quod est uerum, nisi pars læsa uelit stare contractui. d. l. eleganter. & l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de act. emp. Bar. in l. in causæ. la ij. ff. de minor. gl. in l. iuris gentium. §. prætor ait. de pac. & ibi Bal. & Ale. qui idem tenet in d. l. eleganter. Vide Bar. in l. sub prætextu. C. de transac. Item uerum in contractu bonę fidei ipso iure. Bar. in d. l. in causę. la ij. sed

la ij. sed in alijs cōtractibus ope exceptionis, nō ipso iure. l. dolo. & ibi Bald. C. de inutil. stip. Vide glos. & Bartol. in d. l. eleganter. Item uerum, si dolus excedit formam mandati, quia ipso iure reddit actum nullum, aliàs ope exceptionis. Bald. in rubr. C. de instito. in fin. per l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. sed non cogitur læsus stare contractui, nec illum implere. l. qui nondum. & ibi Bald. C. de hære. uen. Item potest læsus eligere an uelit contractum approbare, uel improbare: & similiter dolosus hoc petere potest, ut pars approbet, uel improbet. Bald. in l. dolum. C. de peri. & cō. rei. uen. & Bar. in d. §. si quis. & Alex. ubi suprà. Item uide in Spec. de do. & contu. §. j. Item,

Dolus uitiat stipulationem. l. si quis cùm aliter. & ibi doct. ff. de uerb. oblig. non tamen uitiat stipulationem contractus, licet uitiet contractum: secundum Io. de Por. ibi. per l. dolo. C. de inuti. stipu. & ibi Ludo. & Alexan. qui dicit non uitiare, si est incidens.

Dolus in contractu dotis uitiat ipso iure. l. si cùm dotem. §. si mulier. & ibi Imol. sol. ma. & Alex. in l. elegāter. de dolo. Sed

Dolus in contractu matrimonij an uitiet illud. Bald. in l. cùm Archimedoram. C. ut in pos. leg.

Dolus dans causam testamento, an rescindat illud. Bald. in l. si frater. C. qui test. fa. pos. & infrà, Testamentum nullum. uers. xlviij. & per Bal. in l. j. C. si quis ali. te. prohi. quòd sic.

10 Dolus in statuendo, uel sententiando, non reddit actū nullum. no. in l. ij. secundū Ang. & Alex. ff. quod quisque iur.

Dolus non debet remanere impunitus. not. Cardin. in clem. j. de foro compe.

Dolus reddit arbitrium nullum. l. si in lege. in princ. & ibi Bar. ff. loca. Sed Bal. in rub. C. de instito. in fi. dicit, quòd arbitramentum iniquum est aliquod, donec rescindatur.

Dolus dans causam transactioni an uitiet eam. no. in l. ij. C. de trans. in l. in summa. de condi. inde. Bar. & Bald. in l. sub prætextu. C. de transact.

Dolus uitiat distractum. glos. & Bal. in l. de tutela. in fi. C. de in integ. restitu. mi. & in l. j. in princ. C. quando liceat ab empt. disced. Bar. in l. & ideo. ff. de condi. furt.

Dolus bonus non uitiat testamentum, ut quando testatori uolenti instituere fratrem personam turpem, suadeo quòd frater est mortuus, & quòd me instituat: sed dolus malus uitiat ipso iure. Bal. in l. j. ult. col. C. si quis ali. te. prohi.

Dolus proxenetæ non reddit contractum nullum, sicut dolus partis. Bal. singul. in l. ij. iij. opp. in iij. so. C. de fideiuss. mino. Bald. in l. multum. C. si quis alteri, uel sibi. Alex. in l. eleganter. de dolo.

Dolus requiritur in utroq; facto præcedenti posito: ut quia dicitur in statuto, Si quis intrauerit domum, & acceperit rem dolosè, &c. nam requiritur dolus in intrando domum, & in accipiendo rem. l. j. & ibi Bar. ff. de seruo corrup.

† Dolus præponderat culpæ. do. Bart. Soci. in consil. clxviij. incip. In primis. uer. non permissis. uer. obstat. in princ. in ij. parte.]

Dolus sine uoluntate non dicitur. Bald. in l. quæ fortuitis. in princ. C. de pig. act.

† Dolus, qui non nocet, non punitur. do. Bar. Soc. in con. ciij. incip. In facto. uer. tertio hanc. opin. in j. parte.]

Dolus & malitia sunt idem. Bald. in d. l. quæ fortuitis. in princ. de pign. act.

20 Dolus dans causam rei, tollit essentiam. Bald. in tract. Schisma. v. colum.

Dolus uelatus cōmittitur sine ui simulando. l. ea. quæ. §. fin. ff. de contrahen. emp. Item in faciendo clam, scilicet in furando, & retinendo quod non debet. l. si quis mancipijs. §. Proculus. ff. de insti. sed qui cōmittitur cū ui, dicitur dolus apertus. Bal. in l. quæ fortuitis. iij. col. C. de pig.

Dolus declinanti forum non debet patrocinari. Bald. in l. ij. §. sed & si quis. ulti. co. C. communia de leg. per tex. fin. in l. de rebus. ff. de arbi.

Dolus, qui caderet in constantissimum uirum, uel prudentissimum, excusat, sicut metus, aliàs non. Bald. in rub. C. de rescin. uen. Inno. in cap. cùm dilectus. quod met. cau. & Alex. in l. eleganter. de dolo. etiamsi sit iuratus: ut ibi. & Bald. in Mar. uerb. Metus.

† Dolus & metus æquiparantur, quo ad rescissionem cōtractus. do. Pet. Phil. Cor. in consil. cclxxxviij. incip. Viso. in litera Y. in iij. parte.]

Dolus tutoris nocet pupillo. l. Polla. & ibi Bald. C. de his, qui. ut ind. uidelicet in amissione bonorum, & sic in pœna pecuniaria: secūdum Bal. ibi. Item uerum, quatenus pupillus est locupletatus cum aliena iactura. l. si dolo. si quis omis. cau. test. secundum Bald. in authen. ad hoc. vj. col. C. de usur. & j. eod. uersic. xxxix.

Dolus requiritur ut quis sit indignus. Bald. in l. alia. C. de his, qui. ut indig. ad finem.

Dolus præsumptus non dicitur lata culpa, sed latior. Alex. in l. ij. in princ. quod quisque iur. per Bal. in l. quod Nerua. & ibi Alex. quòd est latissima, uel idem quod lata. iiij. q. depositi. & Bal. in l. pignus. C. de pig. actio.

Dolus cum dolo non compensatur, quando secundus dolus non debet attendi: aliàs sic, ut in casu l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de ui. Dy. & Imol. in l. de uiro. sol. ma.

Dolus cum dolo an compensetur ipso iure. Ioan. de Imol. in d. l. de uiro.

Dolus re ipsa quomodo probetur. Alex. post Bart. in l. metum. ff. quod met. cau.

† Dolus re ipsa impropriè dicitur dolus. do. Pet. Phil. Cor. in consil. clxxxj. incip. Visa. in litera F. in iij. parte.]

† Dolus re ipsa resultat, ubi est disproportio collata inter contrahentes hincinde. do. Pet. Phil. Corn. in consil. cclxxxiij. incip. Pars. in litera H. in iiij. parte.]

30 Dolus præsumitur in præsente, non obuiante delicto, cùm potest. Abb. Sicu. in c. quantę. per tex. ibi, de senten. excom. facit xxiij. q. iij. qui potest. & cap. præcedenti.

Dolus non est in eo, qui utitur facultate sibi concessa à testatore. Bald. in l. j. pen. col. C. si quis omis. cau. test.

Dolus hæredis non facientis inuentarium, non nocet fideicōmissario facienti inuentarium. Bald. in authen. sed cùm testator. C. ad leg. Fal.

Dolus magis nocet, quā cōsensus. l. si fine. & ibi Bal. C. ad Vell.

Dolus scienti non infertur. l. uenditor. & ibi Bald. C. de rescin. uen. l. cùm donationis. & ibi Bar. C. de transact. nec uolenti: ut ibi. & l. in summa. ff. de cōdictio. ob causam. & l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædili. edi. Alber. in l. j. C. eod. tit. l. j. in fi. ff. de act. empt. in Spec. de restit. in integ. §. ij. uer. sed nunquid econtrà. de dolo & contu. §. j.

Dolus non impedit præscriptionem libertatis. l. harū. §. si quęritur. & ibi Flo. ff. si serui. uen.

Dolus unius socij nocet alteri socio, licet sit paratus regressus socio contra socium dolosum. Flor. post Bar. in l. si de communi. ff. si seruitus uen.

Dolus & culpa, consideratur in legatis & fideicōmissis. l. si seruus. §. cùm quid. & ibi Bar. de leg. j.

Dolus allegatus debet probari, & qualiter. uide Ioan. de Por. in l. si quis cùm aliter. de uerb. oblig. not. in l. quoties. §. qui dolum. ff. de proba. & per Barto. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. glos. in l. si quis fundum. §. Imperator. ff. locati. & infrà eod. uersic. xliij.

Dolus tutoris, uel procuratoris, uel administratoris, uel prælati, an noceat pupillo, uel domino. Bartol. & doc. in l. iij. §. si procurator. ff. quod quisque iur. & in l. si dolo. & ibi Bartol. si quis omi. cau. test. & in l. dolus. & ibi Bartol. ff. quando ex fact. tut. & in l. meminerint. & ibi Bald. C. unde ui. Bartol. in l. j. §. si seruus. ff. de tri. & in l. sed ex dolo. §. item si. ff. de dol. quòd dominus tenetur ex dolo procuratoris, quatenus ad eum peruenit. & s. eod. uersic. xxiiij.

40 Dolus tutoris uendentis, uitiat contractum ipso iure, si emptor participauit de dolo, aliàs non. l. iij. & ibi Bald. C. si ad. uer. uend. Alexan. in l. eleganter. de dolo.

Dolus procuratoris in beneficialibus nō nocet domino, licet negligentia noceat. Inno. in c. cùm olim. de cau. pos. & proprieta. & Bald. in Marg. uer. Dolus. uer. ij.

Dolus requiritur in spoliatione incorporalium iuriū, sicut corporalium rerū. Flor. in l. si sic cōstituta. ff. quē ad. serui. amit.

Dolus debet probari per allegantem. glo. in l. cùm ita. §. fin. de leg. ij. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. l. si quis domum. §. Imperator. ff. loca. & suprà eod. uersic. xxxviij. in Spec. de pig. §. j. uer. sed quis probabit.

† Et Raph. Fulg. in consil. cxxvij. in ult. col.]

Dolus uenit in actione pignoraticia.l. is, cui.§. quæri poterit. & ibi Bar.ff.ut in poss.le.l.si cùm uenderetur.§.fi. & ibi Bar. ff.de pigno.actio.

Dolus uidetur abesse, iusta causa interueniente. no.in c.fin.& ibi Bal.de prohib.feud.alien.per Lothar.

Doli exceptio debet opponi per reum, etiamsi constet de dolo.Bar.post glos.in l.si unus.§.pactus.ix.col.ff.de pac.

Dolus futurus remitti non potest, sed præteritus sic.l.si unus. §.igitur nuda.& ibi Bar.ff.de pact.in Spec.de arbi.§.vij.uer. quid si expressum. nisi sit præsumptus etiam in futurũ:quia remitti potest,secundum doct.ibi,& Paul.de Cast.ibi,& no. in l.Aurelius.§.Caius.& ibi Bar.ff.de liber.leg. & in l.si quis cùm aliter.per Bartol.de uerb.oblig.& in l.tres fratres.ff.de pac.& in l.quidam decedens.ff.de admi.tut.l. in commodato.& ibi Bar.ff.commod.in princ.Bal.in l.j.in fi. C. de usufr.
† per d.§.igitur nuda. † Vide Dy. in regul.contractus.in fin. de regul.iur.in vj.cum remissionibus. ibi per Benedictum Vadum Forosemproniensem datis in suis apostillis. & uide Franc.Areti.in l.in commodato.de commo.& do. Pet. Phil. Corn.in consil.ccxl.incip. Præsuppositis. in litera E. in iiij. parte.Et Raph.Fulg.in consil.iij.in j.col.]

Dolus præsumptus potest remitti tacitè,secundum Bald.in d. l.j.Alex.in d.§.illud.post Bar.dicit

Dolum expressum posse remitti, non tacitum. uide etiam plenè in consil.Fran.Crem.præfatos tutores,&c.quod est post consilium lj.Alex.iiij.parte.

† Dolus per liberationem, & quietationem, quantumcunq; generalem inter uiuos, contra dolosum administratorem tam tutorem, quàm alium administratorem, an, & quando intelligatur ei remissus.& do.Bart.Soc.in consil.clix. incip. In præsenti.uer.ex quibus infero ad propositum . & in consil. cxc. incip. Memini. uer. postremo . cum uer. sequen. in ij. parte.

50 Dolus futurus non potest uideri remissus, ne detur materia delinquendi. no.in l.si cùm antea. C. de arbi.& ibi Cy.& Bal.& sing.per Bal.in l.fin.C.de contrahen.empt.

Dolus præteritus non uidetur remitti in testamento,sed in cõtractibus sic:sed futurus non uidetur remitti in contractibus,uel statuto.Bal.in l.cùm necessitatẽ.C.de fideicom.

Doli appellatione uenit etiam lata culpa.l.eũ, qui.§.is ad quẽ. ff.de furt.no.in l.in actionibus.de in lit. iuran. & suprà uer. Culpa lata.per discursum.& maximè in uer.xx.ubi plenè.

Dolus proprius nõ potest allegari ad suum cõmodum.l. transactione.& ibi Bar.C.de transac.

Dolus principalis perpetuat obligationem contra fideiussorem.Paul.de Cast.consil.xl.

Dolus consistit in animi qualitate,non in precio.l.dolus.& ibi Bal.C.de rescin.uend.

Doli exceptio inter coniunctos non habet locum.glo.in l.j.C. de sicar.doc.Mod.& Lud.Pon.in l.j.ff.in ius uoc.ut eant.

Dolus non uidetur remissus, legata liberatione.l. Aurelius.§. Caius.ff.de lib.legat.& ibi Bar.

Dolus ex coniecturis probatur. glos. in c. fin. de renun.in vj.l. quoties.§.qui dolo. de prob. l.dol. C.de dolo.Paul.de Cast. consil.lxxx.& Bar.in l.fi.C.de prob. ubi dicit uerum, si sunt coniecturæ indubitatæ, ita quòd animum iudicis reddant
† certum.in Spec.de expen.§.fin.uer.tu autem. † Et per Feli. in cap.si autem.de rescript.

Dolus in coadunatione gentis requiritur, ut coadunatio puniatur.Bar.in l.prætor.§.si quis aduentu.ff.ui bon.rap.

Dolus tertij an rescindat contractum. Bart.in l. inter stipulantem.in fi.princ.de uerb.oblig.l.eleganter.in princ. cum glo. & Barto.ff.de do.Bald.in l.j.iij.col.C.si quis ali.test. prohib. quòd non nocet,nisi sit causa acquisitionis mihi,quia nocet talis dolus tertij.

† Adde, quòd dolus dans causam contractui bonæ fidei,licet annullet contractum ex defectu consensus ipso iure, ut no. Ioan.And.post glos.cap.cùm dilecti. de empt. & uend. & gl. in l.ij.C.de rescin.uen.& Bart.in l.elegáter.ff.de dolo.secus, si dolus dedit causam contractui stricti iuris: quia iudicatur strictè : de hac materia Contractuum uide glos. not.in cap. cùm uenerabilis.de excep.in d.ca.cùm dilecti.in iij. colum. in princ.Et nota,quòd licet contractus ratione doli sit nullus, potest tamen deceptus, si uult, stare illi contractui, nec dolus prodest doloso:nam nullitas causatur in fauorem dolum passi,cùm iura subueniunt deceptis, & non deceptoribus.in cap.cùm uniuersorum.de rer. permu. Et hoc uerum est,nisi contractus sit à lege prohibitus,ut not.glos.in l.à diuo Pio.ff.de re iud.& Abbas in d.ca.cùm dilecti. de empt.& uendi.in iiij.colum.

60 Dolus tertij quomodo possit promitti.Bar.in l.inter stipulantem.in princ.de uerb.oblig.

Dolus,etiam fictus, & præsumptus infamat.Bald.in l. si tutor. C.de interdict.ma.inter tut.& pupil.

Dolus eius, in cuius fauorem prouisum est, facit cessare prouisionem.l.& prima.§.uerba.& ibi Bar.ff.ad Velleia.

Dolus excluditur, quando committitur in liberam uoluntatem.l.creditor.§.Lucius.& ibi Bar. ff.man.l.fideicommissa. §.si sic.de lega.j.

Doli exceptio obstat ei, qui sine causa, uel causa non expressa, stipulatus est. in Spe.de feud.§.ij.uer.iiij.

Dolus non debet patrocinari doloso.l. uerum.§.hoc quoq;.ff. pro soc.& gl.in l.Titio.in princ.ff.ad mun.Bal.in l. si in fraudem.C.de leg.in Spec.de arb.§.viij.uer.quid ergo,si se.& de ces.act.§.j.uer.ex præmissis.

Dolus commissus in perdendo facit perdere beneficium : secus,si committatur in nõ acquirendo.l.nemo. §. illud.& ibi Bartol.ff. pro socio.

Dolus uenit appellatione maleficij, etiam in statutis.Dy.doc. & Bal.in l.j.§.nunc tractemus.ff.de tut.& rat.distra. & infrà uer.Maleficium.uer.iij.& uer.Statutum.de male.uersi.lj. & Alexan.in l.j.§.fi.si quis ius dic.non ob.quòd quilibet dolus malus est delictum.& l.iij.in princ.de cri.stel.& Alexá.in l.si quis.si cer.pe.& in l.j.cum glos.ff. de fideius. & Alexan. in l. quod Nerua.ff.depo.quod est crimen. & l. omne delictum.
† de re mili.& j.eo.uersic.xcviij. † Et uide do.Ias.May.Inst.de actio.§.item si quis.num.107.]

Dolus debet abesse ab officiali habente plenum arbitrium ex forma statuti.Flo.in l.locum.§.ex eo.ff.de usufr.

70 Dolosi excipientis melior est conditio, quàm dolosi agentis.Inno.in cap.intelleximus.de adult. Quod intellige circa idem, non circa diuersa.Innoc.ibi : unde non soluens gabellam agens ex eo contractu, ad pœnam repellitur ab aduersario, qui similiter non soluit gabellam eiusdem cõtractus: sed in diuersis contractib.non habet locũ,ꝙ is qui nõ soluit in uno,nõ soluit in alio,nisi statutũ dicat,ꝙ nullo modo audiatur,in pari tamẽ potest excipi ab eo qui erit in simili delicto, ideo dictum est,Ad pœnam, quia secus est ad interesse. Nam quando reus tractat de lucro, & actor de damno, obstat replicatio doli contra reum.no.per Iac. de Are.in l.cùm mulier.ff.sol.ma.ita tenet Bald.in Mar.uer.Dolus.uer.pe.& j.Gabella contractuum.uer.xij.

Dolus in spiritualibus rescinditur per officium iudicis. Abb. Sicu.c.cùm inter.de renun.

Dolus,& lata culpa æquiparantur.l.quod Nerua.& ibi doct.& Alexan.ff.depo.l.in actionibus.ff.de in lit. iur. sed non semper. Vnde,

Dolus si in libello deducatur,& probatur lata culpa,non sufficit, sed debet ferri absolutoria, nec tunc æquiparantur dolus, & lata culpa.glos.not.in l.illud.uer.in hoc iudicio.ff.de lib.cau. & Bal.in l.ij.C.de prob.& Bart.in consil. secundum Lud.Pon.in sing.uer.dolus.& lata.& j. & Alexan.in l. quod Nerua.ad fin.ff.deposi.& j.

Dolus,& fraus an differant.glos.& Bar. in l.iuris gẽtium.§.sed si fraudádi.ff.de pac.Bal.in l.quæ fortuitis.iij.col.C. de pig.
† act. † Et per Fel.in c.si autem.de rescrip.]

Dolus,& lata culpa,ueniunt in actione negotiorum gestorũ.l. iij.§.interdum.& ibi Bar.ff.de neg.gest.

Dolus & lata culpa, ueniunt in actione tutelæ. l. quicquid.cũ glos.Cy.& Bart. C.arbi.tut.

Dolus non uidetur remissus per ratihabitionẽ.Bart.in l.Pomponius.viij.colum.& ibi tex.de neg.gest.in uer.cæterùm.& uer.sed superius. Item,

Dolus non uidetur remissus per generalem remissionẽ. j. uer. Generalis.uer.xlv.

Doli exceptio an tollatur per actionẽ doli.j. uerbo, Exceptio doli.uer.ij.& penul.

80 Dolus uerus, & dolus præsumptus, quomodo differant, & quomodo

quomodo cognoscantur. Barto. in l. quod Nerua. & ibi Alex post Bart. in q. iiij. depositi. & Bal. in l. si constante. §. si maritus. sol. mat. & Paul. de Cast. in l. ubi. de eden.
Dolus in periurio requiritur. xxij. q. ij. §. item opponitur. l. qui iurasse. in princ. de iureiur. Alex. in l. fi. qui satisd. cog.
Dolus an cadat in uniuersitate, & quomodo: uide j. uerb. Vniuersitas. uersi. xlv. in Spe. de dona. uer. quid si aliquis.
Dolus per plures cõmissus facit omnes teneri in solidum: sed unius solutio liberat alios. l. si plures. & ibi Bart. & l. eleganter. ff. de do.
Dolus etiam in arbitrarijs cõmitti potest. Ioan. And. in c. cùm æterni. de re iud. lib. vj. in Nouel.
Dolus requiritur in receptatore. l. quicunq;. per Bald. in princ. C. de seruis fugit.
Dolo caret errans. Bald. in l. etiam. C. de furt.
Dolus in alienante rẽ, causa mutandi iudicij probatur eo ipso, quòd rem alienauit sub pacto de re sibi retrò restituẽda, uel quando accepit prædium, uel aliam rem pro eadem, secundum Bartol. in l. item si res. §. idemq; fieri. ff. de alie. iud. muta. cau. fac.
Dolus expressus dicitur, qui ex actis deprehenditur. Bal. in l. j. vij. co. uer. & hoc facit ad q. C. de his quæ pœnæ nomi.
Dolus in arbitrio intelligitur crassa & supina falsitas. Bal. in l. iubemus. in fi. prin. C. ad Treb.
90 Dolus uulpi non imputatur, quia est sibi naturalis. Bal. in l. quæ fortuitis. ad fi. C. de pigno. actio.
Dolus tutoris põt puniri ciuiliter. l. iiij. & ibi Bar. C. si aduer. li.
Dolus an sit crimen. gl. & Bar. in l. j. ff. de fideiuss. tu. l. j. §. non tãtùm. ff. depo. l. non exigit. ff. de dolo.
Dolus in pœnis corporalibus requiritur. Bald. in l. quicunq;. vij. col. C. de ser. fugit. Pau. de Cast. consil. cxc. & consi. cxcij. & j. eo. post seq. uer. & xcix. & seq. Item quando dolus de iure communi requiritur ad cõmissionem pœnæ, sufficit culpa lata. Ant. de But. in c. ij. de constit. & Alex. in l. quòd Nerua. iiij. col. ff. depo. & in l. j. si quis testamen. lib.
Dolus in pacto parit exceptionẽ doli. l. cùm postea. & ibi doc. C. de pactis.
Dolus in homicidio requiritur, ut sit locus pœnæ mortis. l. in l. Corn. ff. de sicar.
Dolus uenditoris non prodest emptori. l. sicut. & ibi per Bart. ff. de actio. empt. l. dolum. C. de peri. & cõmo. rei uendi. nec nocet emptori: ut ibidem.
Dolus committitur per creditorem, quãdo scit debitorem nõ habere pecuniam, & petit: cùm uerò scit habere, non petit. glos. in l. si & per emptorem. in fi. ff. de actio empti.
Dolus in statuto simpliciter disponente in delictis non requiritur, nec debet subaudiri, etiamsi pœna sit grauis, sed sufficit lata culpa. Bal. in l. quæ fortuitis. pe. col. Bal. & Sal. in l. si serui. C. de noxa. Bald. in l. in actionibus. de in lit. iuran. & in l. j. & ibi Ang. C. de legibus. & Sal. in l. plagij. C. de plag. But. in c. ij. de consti. Car. in cap. lator. de homic. & Alex. plenius in l. j. ff. si quis testam. lib. Sed de hoc uide omnino Bar. in l. j. §. j. ff. si quis test. lib. & ibi omnino sing. per Alexan. de Imol. post Bar. & Bal. & Alex. in l. iij. §. quòd prætor. ff. ne quis eũ. ubi dicit idem. & Bald. in l. data opera. C. qui accus. non pos. & in l. quicunq;. vij. col. C. de ser. fug. Bar. in l. iustè possidet. ff. de acquir. pos. Pau. de Cast. in l. j. in fi. ff. de legi. & in consi. cxc. & consi. cxcij. no. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. ubi per Alex. & j. uer. Turbare. uersi. xij. & uer. Statutum de maleficijs. uersic. lj. & suprà, Culpa lata. uersic. xx.
Dolus requiritur ad commissionem pœnæ in casu cle. j. de priuileg. secundum Cardi. ibi. q. xxxix. ubi dicit, quòd religiosus ignoranter ministrans sacramentum eucharistiæ sine licentia, non incidit in pœnam.
100 Dolus in statuto de furto requiritur, & subauditur: quia in furto semper dolus inest. Secus est in statuto puniente amouentẽ rem alterius: quia intelligitur, etiamsi sine dolo amouit. Bartol. in l. si mulier. §. j. rer. amot. Alexan. in l. j. si quis test. lib.
Dolus in furto & homicidio semper inest. Bal. in l. j. C. de confes. & Alex. in d. l. j. si quis test. lib.
Dolum non dicitur facere, qui eum excludit. in Spec. de arbi. §. viij. uer. sed & si.
Dolus probatur per euidentiam facti. in Spec. de teste. §. qualiter autem. uer. sed quomodo.
Dolum facit, qui petit quod restituturus est. in Spec. de salar. §. iij. uer. sed pone. & j. uer. Exceptio doli. in multis uersic. per discursum.
† Doli actio competit ad rescindendum, quãdo liberatio fuerit dolosè extorta. do. Bar. Soc. in consil. cxlix. incip. In præsenti. uer. j. quia ex quo. in ij. parte.]
Doli actio quando competat. in Spec. de act. seu pet. §. ij. uer. uerum. & uer. sed & ubi. & suprà uerbo, Actio doli. per discursum. & infrà.
Dolo desinens possidere, quomodo conueniatur. in Spec. de cess. act. §. j. uer. Ad hoc. & sequen. & infrà uerb. Possessor cõuenitur. uersi. lij. & lx. & uerb. Reus. uersi. lxxij.
Dolus ab initio adhibitus obest. in Spec. de rescript. præsen. §. vj. uer. quid si impetrans.
Dolo non caret, qui non paret magistratui. in Spec. de cita. §. iiij. uer. quid si tres.
110 Dolosus lædens est infamis. in Specul. de contumac. §. j. iuxta princip.
Doli exceptionem opponens reus, sciens se obligatum, fateri uidetur intentionẽ actoris, nisi doceat de dolo: sed hoc non cedit in dote per dolum promissa, ubi nulla oritur obligatio. in Spec. de excep. & replic. §. iiij. uer. tu ergo.
Dolus partium cohiberi debet à iudice. Item,
Dolus iudicis præiudicans parti debet puniri. eod. §. uer. sed quid si iudex.
Doli replicatio an detur contra exceptionem doli. eo. tit. §. fi. uer. sed nunquid contra except.
Doli actio datur contra dolosum. in Spec. de satisd. §. ij. iiij. uer. sed adhuc. & quando, & qualiter. in tit. de dolo & contu. §. j.
Dolosus habetur pro possessore: quia paria sunt, possidere, & dolo desijsse possidere. in Spec. de inter. §. ij. uer. quid ergo. & seq. & de cler. coniug. uer. quid si clericus.
Doli actio an perpetuetur per litis contestationem. in Spec. de lit. contest. uer. si iuxta.
Doli exceptioni an possit renunciari. in Spec. de renun. & cõclu. uer. item exceptio doli.
Dolus non restituitur. in Spec. de restit. in integ. §. iij. ad fin.
120 Dolo dedisse non uidetur, qui dedit, ut litem effugeret. in Spec. de inquisi. §. iiij. uer. quid si pendente.
Doli libellus qualiter formetur, & quanto tempore duret iudicium in actione de dolo, & eius materia. in Spec. de dolo & contu. §. j. per totum. & j. uer. antep.
Dolus post litem contestatã admissus, spectat ad officium iudicis. in Spec. de iniur. uer. sed opponuntur.
Dolus in uenditione si intercessit, quomodo formetur libellus. in Spec. de empt. & uen. §. vj. uer. quid si uendo. & uer. si autem dolus.
Dolum esse semel commissum, sufficit. in Spec. de dolo. & contu. §. vj. uersic. xcix.
Dolus punitur pœna extraordinaria, id est, arbitraria, si est uerus, non si præsumptus. Cyn. in l. j. C. de crimi. stel. Alex. in l. omne delictum. §. contumaciam. de re milit.

Dolus est, accedere contra alium ad enormia. Bal. in l. quæ fortuitis. iij. col. C. de pig. act. Item nõ seruare promissionem, uel nõ parere præcepto iudicis. l. qui restituere. de rei uend. Bald. in l. j. ix. colum. C. de senten. quæ pro eo, quod interest, profer. uer. mercator.
Dolus est, obscurè loqui, ut non intelligatur. Bald. in l. fi. xiiij. q. C. de hæred. instit.
Dolus est, non parere conditioni, cùm possit. Bald. in l. pupillorum. in fin. C. de repud. hæred.
Dolus est, procurare malis artibus se hæredem institui ab alio. Bald. in l. j. in fin. C. si quis ali. test. prohib.
Dolus est malitia damnosa alteri. Bal. in l. quæ fortuitis. iij. col. C. de pig. actio.
Dolus est bonus, qui committitur aduersus hostes per priuatum, non per ducem belli. l. j. §. non fuit. & ibi Bart. ff. de dol.
Dolus est bonus, persuadere se institui à fratre uolente instituere turpẽ personam, etiamsi ei suadeat, quòd mortuus est ille frater turpis persona. Bal. in l. j. C. si quis ali. testa. prohi.
Dolus est lucrari cum aliena iactura. l. si quis mancipijs. §. Proculus. ff. de insti. secũdum Bal. in l. Macedoniani. C. ad Mac. & in authen. ad hæc. vij. col. C. de usur.

Dolus est abscondita mentis machinatio.l. fin. & ibi Bald. C. de litigios.

10 Dolus est in fideiussore non appellante à sententia contra ipsum lata, de cuius iniustitia sibi constet ex facto proprio. Bal.in l.si pro ea.j.col.C.mandati.

Dolus est impetus in iudice.l.lex Iul.§.fi.ff.ad leg.Iuliá repetū.

Dolus est, non prouidere contra prouidenda.Bald.in l.solam. C. de testib.

Dolus uerus, & dolus præsumptus, & lata culpa, quomodo differant.uide Bart. in l.quod Nerua.deposi.iiij.q. & ibi per Alexan.& Bald.in l.pignus.C.de pig.act. Angel.in l. si quis id, quod.§.doli.de iurisd.om.iud.Salic.in l.cùm nulla.C. de pig.act.& Doct.in c.ij.de consti. & in c.bona fides depositi.

Dolus est, non restituere quod restitui debet.l. si procuratoré. §.dolo.ff.manda.

Dolus est, nō reuerti, cùm posit.l.cùm hic.§.dolum. ff. ex quibus cau.maio.

Dolus non est iusta simulatio, quę fit ad defensionem alterius. l.j.§.dolum.& ibi Bar.ff.de dolo.

Dolus non est omittere, quia non consistit in non faciendo. Flo.in l.si usus fructus.§.cùm igitur.ff.de usufruct.

Dolus in principio adhibitus nocet. infrà, Principium.uer.vj.

Dolus quibus modis committatur, supple suprà, uerb.Dolus. el j.per discursum.

Dolus præsumitur ex uiolentia.l.iiij. ff. si quis eum, qui in ius uoc.est, ui exi.

Dolus præsumitur in testibus singularibus, ut in testibus Susannnæ.Bal.in l.iurisiurandi.C.de testi.

Dolus in præceptore non præsumitur. Bald. in l.testium.pen. col.C.de testi.per l.item quæritur.§.Iulianus.ff.locati.

Dolus præsumitur in reddente ualisam dissigillatam, quę fuit deposita sigillata.Ludo.& Alexan.in l.in actionibus.ff.de in litem iuran.

Dolus non præsumitur regulariter.l.dolum.& ibi doc. & Bar. C.de dolo.l.merito.ff.pro socio.

* Hinc est, quòd qui dolum allegat, eū probare tenetur. Aemilius Maria Manolessus.

* Dolus non præsumitur in eo, qui id, quod licebat, agendo modum excessit, pro eo tamen, quo excessit, nō subterfugit pœnam.Salic.in l.Gracchus.C.de adulter. Ancha.in ca.j.de homicidi.in clem. Alexā.consil.ij.col.v.consil.cxix.col. iiij. uol.vij.Hipp.Mar.in pract.§.quoniam.nu.67.68. Aemilius Maria Manolessus.

Dolus pręsumitur in eo, qui desijt possidere, nisi probet, quòd sine dolo desijt.Barto. in l.si rem meam.ff.de except.rei iud. & §. uersic.xj.

Dolus præcedens præsumitur perseuerare, etiam quando nō est coniunctus cum actu.gl.& Cyn.in l.si contra.C. de nup. Bald.in l.j.in fin.C.si quis ali.te.prohi.

† Dolus in mulieribus, & minoribus, ex enormi læsione docetur.do.Barto.Soci.in consil.ccxiiij.incip.In causa. uersic. quartò respondeo, quòd ista.circa princ.in ij.parte.]

Dolus præsumitur, ubi apparet læsio enormis.Bar.& Alexan. in l.fin.ff.de præto.stipul. Paul.de Cast. consil.lxviij.glos.in l.eum postea.C.de pac.l.si superstite.C.de dolo.Bal.in l.iubemus.in fin.prin.C. ad Treb.argum.in l.omnes.§.Lucius. ff.de his, quæ in frau.cre.& in l. patronus. de proba.& Alex. in §.arbitrorum.pro socio. post Bart.& in suo consil.xlvij. j. parte.ubi plenè.Quod est uerum, nisi contrarium probetur. gl.in l.non est uerisimile. ff.quod met. causa.gl.in c.qui fidé. de spon.l.qui chirographum. de leg. iij. in l. si chirographū. de prob.Lanfranc.in tract.de Arbitro.vij.parte xvij. q. in fi. Bal.in consil.In Christi nomine, amen.statutum, quod prohibet in fin. † Et Raph. Fulg.in consil.lx.in ult.col.] Ludo. Pon.in rubr.ff.de arbi. uersic. item an in dubio.pe.char. ubi refert Fed.de Sen.in consil.quòd

Dolus in arbitratore non pręsumitur, nisi ex qualitate facti aliter præsumi posit, ut quia in magna quantitate grauauerit partem.d.l.omnes. §. Lucius.ff. de his, quæ in frau.cred. Bald.idem tenet in l.iij.C.de do. promis. & in l.j. viij.co. de his, quę pœ.no.& in rub.C.de pœ.iud.qui malè iudi. & in §. item sacramenta. iij. col. de pace iu.fir.in usi.feu. ubi allegat Bart.in l.fin.ff.de præto.stip.ubi uide.& per Bart.in l. societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Anto.de But.in ca.finem.de do.& contu.& in cap. Quintauallis.de iureiu.Paul.de Cast.in cons.ccxiiij.& Lud. Pon.in d.rubr.ff.de arb. uel si iuberet dari res preciosiores, secundum Ang.in l.ij.ff.de peti.hære. per l. cùm in secunda. ff.de peculio.& Alex.in §.arbitrorum.post Barto.& plenius per Alex.cons.xlvij.j.parte.

10 Dolus præsumitur propter clandestinitatem, & in factis occultis.Bald.in l.error.iiij.colum.C.de iur. & fac.igno.l.fi.de ritu nup.l.j.C.de interd.ma.inter.

† Dolus ex perspicuis indicijs, & ex enormi læsione pręsumitur, & probatur.do.Pet.Phil.Corn.in consi.cxl.incip.Latissimè.in litera F.in ij.parte. & in consil.cxvj.incip.Circa.in litera O.in j.parte. & uide per eum in consi.clxxxix. incip.In pręsenti.in litera O.in d.j.parte.& in consil.ccxlv.incip.Videtur.in litera M.in d.ij.parte.& in consi.xj.incip. In pręsenti.in litera E.& in consil.lxxij.incip. Pro decisio.in litera E. in iij.parte.]

Dolus præsumitur in possessore, qui desijt possidere post datū libellum, uel postquá actor dicit se daturum, secundū Dyn. in regula, pro possessore.lib.vj.gl.in l.Fulcinius.§. quisquis. ff.ex qui.cau.in poss.eat.Bar. in l.qui petitorio. in fine prin. ff.de rei uen.& Pet.de Sun.in l.sin autem.§.possidere. eo.ti. & §.eo.uersic.vj.

Dolus præsumitur in eo, qui loquitur id quod moueat, uel mouere debet uerisimiliter animum uulgi.glo.in l.nemo. C.de sum.trin.& fi.cathol.

† Adde, quòd si quis inuitatur ad seruiendum Deo, licet uerbis allectiuis, seu blandis, non potest dici dolosè inductus, quia dolus est machinatio fraudis, tẽdens ad deceptionem alterius.l.j.ff.de do.& glos.in c.scienti.de reg.iu.lib.vj. Abb. in cap.in nostra. in iij.col.in primis uerbis. de sepul. & facit tex.in ca.constituit.xx. q.iij. ubi ponitur casus singularis, quòd si religiosi auiditate patrimonij alicuius inducant eū ad religionē, licet teneat ingressus, priuantur tamen religiosi patrimonio illius. Abb. in d. c.in nostra. in iij.col.in gl.in uerbo, nisi dolo.& illum tex.allegauit idem Abb.in c. in pręsentia.de proba.in iij.colum.

Dolus pręsumitur in absente, qui tenetur aliquid facere, & abest.Item in citato personaliter postea se absentante. Item in debitore obligato ad soluendum certo loco & tempore, si ibi non sit præsens.Abb.in c.fi.de eo.qui mit.in pos.

Dolus præsumitur, si inimicitia præcessit delictum, ut incendium. Bal. in l.data.j.col. C.qui accus. non po.per l. capitalium.§.qui ob inimicitias.de pœnis.

Dolus præsumitur in eo qui non fecit id, ad quod scire debebat, uel sciebat se teneri. Bart. in l. tutor qui repertorium. ij. col.in fi.ff.de admi.tut.l.dolus.& ibi Bar.ff.mādati.& l.procuratorem.§.dolo.eod.tit.& Alex.in l.ubi.ff.de eden.

Dolus præsumitur in eo qui dimittit ex testamento, & eligit uiam succedendi ex substitutione. Bar.in l.Iulia.aliàs l.nulli.ff.si quis omi.causa testa.

Dolus præsumitur in eo qui scit factum, & facit cōtra ius.Bar. in l.propter ueneni.§.neptis. ff. ad Syllan. maximè quando agitur de acquirendo, ut ibi.

Dolus præsumitur in prohibitis, & in his, quæ cadunt in delictum.not.in l.j.C.de fal.& Ioan. Papi.in Summa, in libello fal.uerbo, Prouocauit.in fin. Item in l.j. de fica. C. & Angel. in l.si uacantia.de bon.uac.lib.x.& Alex.in l.j.si quis testa.

20 Dolus præsumitur in his, quæ sunt de genere prohibitorū. Bald.in l.dolum.C.de dolo.& ibi doc. & no. in l.si non conuitij.C.de iniur.no.in l.j.C.de fal.& suprà proximè.

Dolus præsumitur ex nimia cautela.Bal. in l.testamentum.C. de test.

Dolus non præsumitur in homicidio commisso in personam consanguinei, uel affinis, uel patris, uel amici.l.j.C.de fica, & ibi glos.& doc. & Bald.in d.l.fi.xx.opp. C. de hære.instit. Quod uerum est, secundum Salic. in d.l.j. & glos.ibi: si aliæ coniecturæ accedant, aliàs sola consang.non sufficit.

Dolus præsumptus infamat. Bald. in l. si tutor.C. de interdic. mat.inter tuto.& pupil.

Dolus præsumitur contra quemlibet occupantem, etiam uacuam possesionem, nisi incontinenti probet se esse dominum.Bald.in addi.Spec.de resti.spo.uer.nota quod contra. per text.in l.fin.C. unde ui. & in add. Spec. de test.uer.præsumitur

sumitur dolus.facit l.si ex stipulatione.de acqui.poss.

Dolus uel culpa præsumitur in delicto ex qualitate instrumē-ti percussorij.Inno.in cap.significasti.de homi.l.j.§.sed si clava.& ibi Iac.de Are.ff.de sica.in Spec.de proba.§.fi.uer.unde quidam.& Bal.in l.solam.C.de testi.

Dolus presumitur ratione qualitatis personæ percutientis, & ex qualitate instrumenti, quo percutit.l.j.cum gl.C.de fur. l.deniq;.loca.Item,

Dolus præsumitur ex festina morte,si aliud non appareat,scilicet qualitas instrumēti percussorij.l.item Mela.§.si plures. ff.ad legem Aquil.l.deniq;.§.idem Iulianus.ff.loca.& Bald. in Marga.uerb.Dolus.uersic.j.

Dolus præsumitur in debitore transferente possessionem suā in alium.Bal.in l.siue.§.fi.ff.de pecul.

Dolus præsumitur in literis iustitiæ, uel paruæ gratiæ,non in magna.Innocen.in cap.j.de fal.& Bald.in Marga.uerbo,Dolus.uersic.iij.

Dolus præsumitur in renunciationibus mulierum, si asserant se læsas enormiter.glos.in l.cùm postea.de pac.& Bal.ubi suprà.d.uer.iij.

30 Dolus præsumitur in eo, qui non edit iudice mandante. l. non potest dolo.ff.de regul.iur.& Alexan.in l.ubi.in princ. ff.de eden.

Dolus præsumitur in adulto maiore octodecim annis: ut infrà,Mala fides.

Dolus non præsumitur, ubi est præsentia consanguineorum. Bar.in l.fi.in prin.ff.de restit.in integ.Bar.& Bal.in l.transactionem.C.de transac.Bal.in l.Polla.C.de his, quibus ut indig.& in l.j.C.si quis ali.te.prohi.& Bart.in l.frater à fratre. ult.char.ff.de condi.inde.Ludo.Pon.in l.j.§.fuit quæsitum. ff.ad Treb.& suprà uerb.Consanguinei.uer.xviij.

Dolus præsumitur in eo qui dicit mendacium,si sentiat lucrū, non aliter.l.eleganter.§.idem Pomponius.& ibi Bart.ff.de dolo.l.nec exemplum.C.de fal.Bal.in l.falsus.C.de furt.

Dolus non præsumitur ex sola falsa assertione alicuius.glos.& doc.in l.Iulianus.§.j.ff.de actio.empt.

Dolus in arbitro presumitur,quando nullam probationem recepit apud acta, etiamsi ex forma compromissi nō arctetur ad acta conficienda:quia intelligitur de actis iudiciorū,non de probatorijs: secundum Bar.in l.societatem.§.arbitrorū. ff.pro soc.& But.in consil.Videtur primò non admittenda. uer.nunc descendo ad secundū.& Fran.de Albe.in l.si quis arbitratur.in fi.repeti.de uerb.oblig.quem refert But.in d. consil.ubi etiam dicit tunc dari reductionem.

Dolus non præsumitur in arbitro, qui laudauit ex consilio sapientis.Flo.in l.regula.§.sed & iuris.ff.de iur.& fact.igno.in l.bonorum.& ibi Bar.ff.de bo.posses.

Dolus præsumitur in eo,qui tenetur scire.Bal.in l.quicunq;.j. col.C.de ser.fugi.

Dolus præsumitur in receptatore.j.uerb.Receptator.uer.iij.

40 Dolus per quos actus præsumatur, uide no.in l.dolus.C. de rescin.uen.& suprà uer.præceden.

Domesticus est peste efficacior ad nocēdum.l.j.& ibi Bar.in princ.ff.ad Syllania.

Domestici,& Seruientes,& Vasalli,differunt.Card.in cle.j.in princ.xj.col.de except.præla.

Domesticorum appellatione ueniunt serui, liberti,famuli.l.respiciendum.§.furta.ff.de pœnis.glos.in l.lecta.in princ.ff.si cert.pet.& in l.præsenti.§.sicubi.C.de his,qui ad eccles.confu.Bar.in l.j.in prin.ff.ad Syllan.ubi dicit,quòd ueniūt omnes de familia.& glo.Instit.de testa.§.in testibus.glo.& doc. in l.etiam.& ibi Salic.C.de testi.& per Inno.& glos.in c.in literis.eod.ti.Vide etiam in cap.j.de uerb.sig.in vj.& infrà.Et de multiplici specie domesticorum uide per Archid.in c.licet.de priuil.in vj.Item uir,uxor, & sponsa.glo.& Bal.in d.l. etiam.& ibi Sali.& Bar.& gl.in §.in testibus.Insti.de testa.& in Spe.de testi.§.j.uer.item excipitur, quòd est domesticus.

† Item uir & sponsus,secundum Bar.† Vide Angelum in cōs. cxxviij.ubi, quòd domestici sunt socer, nurus, & gener, & uir,& uxor.] Item,

Domesticus,id est, agnatus.Bar.in l.j.in prin.ff.ad Syl. Item,

Domestici non dicuntur,nisi stent in domo.Bar.in l.respiciendum.§.furta.ff.de pœnis. Item,

Domestici dicuntur omnes habitantes in eadem domo, & familia.Bar.in d.l.etiam.C.de testi.

Domestici factum non obligat dominum.j.uerb.Dominus. uersic.xxij.

Domestici possunt aliquem prohibere, ne intret domū, sicut potest dominus.j.uer.Prohibitio.el j.uersi.viij.& uer.Familiaris.uer.antep.

Domesticus præsumitur esse de familia.Bal.in l.consentaneū. in pe.glos.C.quomodo & quando iud.Alex.in l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de uerb.sig.

10 Domestico meo iniuriato ego dicor iniuriatus.infrà,Iniuria.uersic.xxvij.

Domestici an gaudeant priuilegijs dominorum.in c.tuarum. de priuil.& Car.in cle.j.in prin.xj.& xij.no.de excep.præla.

Domestici quondam episcopi, & expulsi de domo,possunt esse testes cōtra episcopum.Item & qui fuit carceratus ab eo.

† Item & qui cum eo litigauit.Old.consil.cxlv.† Et per Feli. in cap.in literis.de testi.circa.fi.]

Domestici dicuntur, quasi domus status eos contingat,intelligendo per domum omnes præsidentes, & omnes subiacentes,uel seruitores.Bal.in l.etiam.C.de test. Item,

Domestici qui dicantur.in Spec.de aduo.§.vj.uer.sed si iste.& in tit.de teste.§.j.uer.item excipitur, quòd est domesticus.

† Et uide do.Mari.Soci.in consil.xvij.incip.Supradicta.uer. quoniam edictum.ibi:& quamuis.in j.parte.& Raph.Cu.in consil.xxvij.in princ.]

Domestica persona si facit instrumentum,est suspectū.in Spe. de instru.edi.§.ix.uer.item quòd est domesticus.

Domestici tenentur iudicare bona subhastanda emptoribus. Bal.in l.ordo.C.de execu.rei iud.

Domesticus pro domestico torqueri non debet.Bartol.in l.j. in princ.ff.de quæstio.

Domesticus præsumitur scire de domestico.l.consensus.§.super seruis.C.de repu.& Bal.in l.quicūq;.j.col.C.de ser.fugi.

Domesticus cōtinetur sub nomine monasterij.Inno.in ca.uolentes.de priuil.& Bal.in Marg.uer.Domesticus.

† Domesticus remotus absq; fraude à seruitio, potest esse testis pro domino.Ang.in consil.cclxxiiij.]

20 Domestici testes esse non possunt contra patremfa.cuius domestici sunt.glos.& Sali.in l.etiam.C.de testi.Sed econtrà paterfami.pro domesticis testis esse potest ex qualitate personæ,si quæstio est inter domesticos.Sali.in d.l.etiam.

Domesticus nō tenetur pro domestico inuadente rem alicuius.Bald.in c.insuper.de prohib.feu.al.per Fed.j.col.per ca. cùm ad sedem.de resti.spol.

Domestici censentur posidere rem iure familiaritatis,nō iure proprio.Vnde si res est patrisfa.licet probetur omnes de domo possedisse,tamen dicitur uera possesio patrisfam.cuius est dominium, alij uerò dicuntur possedisse iure familiaritatis.l.qui iure.& ibi Bart.Ang.Innoc.Paul.de Cast.& Lud. Pon.ff.de acquir.posses.& Bar.in l.si mulier.ff.quibus mod. ususfru.amit.

Domestici nō possunt esse testes.l.etiam.C.de testi.Quod est uerum in causis criminalibus, siue sint domestici propiè,ut pater,filius,seruus:siue impropriè,ut familiares,siue improprijsimè,ut coloni,& laboratores,liberti,mercenarij,secūdū gl.xiiij.q j.in summa.gl.Insti.de testa.§.in testibus.doct. Albe.& Salic.& Pet.de Su.in d.l.etiam.C.de testi.nisi in crimine læsæ maiestatis.secundum doc.& Pet.de Su.ibidem. Item uerum, etiam in causis ciuilibus.d.l.etiam.nisi desierint esse domestici tempore testimonij ferendi, id est,iurāmenti ad testificandū: ut in famulo recedēte, secundū doc. Bar.Bal.& Sal.in d.l.etiā.& Bar.in l.j.§.itē.ff.de quęst.& in l. unius.§.pe.eo.ti.Itē uerum,nisi in factis quæ nō nisi per domesticos probari possunt.l.consensus.& ibi Bal.C.de repu. & in l.si quis in hoc.& in l.id quod.de epi.& cle.Bal.in l.parentes.C.de testi.ubi idem dicit in uxore & fratre.& quod per Bart.in l.si quis ex argentarijs.§.penul.de eden.& in l.si quādo.unde ui.& in l.in illa.de uerb.oblig.& Fede.de Sen. consi.cxix.nulli dubium.Bal.in authen.quas actiones.de sacro san.eccles.& quòd res erant de domo effracta ante furtum cōmissum.in Spec.de fur.in fin.uel quòd uir percussit uxorem,secundum Alex.consil.xcvj.iiij.parte.ubi plenè.& tenet Bal.in l.fi.§.licentiam.C.de iur.delib.ubi dicit idem in familiaribus.& tenet Bart.in l.in tantum.§.uniuersitatis.

Dominus emphyteusis requisitus ab emphyteuta uolẽte uendere, si dicit, Nolo emere, non est amplius expectandus: secus, si dicit, Volo deliberare. Bald. in addi. Spec. de loc. uer. dominus, qui dicit. & in Spe. §. vj. uer. 100. & uer. seq.

† Dominus alicuius rei aliquis esse potest multipliciter. uide Sign. consi. lxx. col. ij. in prin.

Dominus reuocans statim procuratorem, tenetur ei actione de dolo. Bart. in l. quidam debitor. ff. de dolo.

Dominus an possit punire seruum de crimine. Bart. in l. j. ad fi. ff. de his, qui sunt sui, uel ali. iur. & ibi uide, an possit carcerari. & uide in l. si percussor. ad Syl. in l. si seruum. de uer. obl. & in l. si quis fortè. §. si quos. ff. de pœnis.

Dominus promittens ratificare gesta procuratoris, non potest pro parte reprobare, & pro parte approbare. Bart. in l. quæ omnia. uer. planè. de proc.

Dominus tanquam melius informatus, & legalior procuratore suo simplici, tenetur ad respondendum de ueritate, non quando procurator est in rem suam, quia non tenetur dominus comparere, nisi probetur, quòd sit legalior. Bart. in l. si actor. in fi. ff. de proc.

Dominus excusatur à contumacia propter infirmitatem uel mortem procuratoris: sed non propter stultitiam, uel ignauiam. Bal. in addi. Spec. tit. de contumacia. §. excusatur. Bar. in l. fin. ff. de restit. in integr.

Dominus tenetur respondere positionibus negatis per procuratorem, si dicatur melius nouisse factum. Bald. in addit. Spe. de iur. calum. uersi. etiam postquam. & j. uerb. Positionibus responsio. uersi. xvij.

Dominus monitus debet respondere positionibus, uel procuratorem mittere cum speciali mandato ad sic respondendũ, & contumax ante responsionem non potest appellare. Bal. in addi. Spe. de posi. uersi. qui non uult.

50 Dominus debet iurare per se, & non per procuratorem. c. j. de iud. in vj. nisi constituerit specialiter procuratorẽ ad iurandum. glo. ibi. quo casu non cogitur iurare, nisi sit persona iustior, quàm procurator, uel melius informatus. gloss. no. ibi: quia ipse cogitur iurare tanquam legalior, etiamsi procurator iurauerit. Innoc. in cap. fin. de iura calum. Bald. in Mar. uersic. procurator. & infrà uerbo, Procurator iurat. uersic. xj.

Dominus rerum scriptarum in catasto tenetur ad datias, uel collectas, & non alius. Bart. in l. hi penes. C. de agri. & censi. lib. xj.

Dominus pro famulo non tenetur ad collectam impositam ratione possessionum. Bartol. in dicta l. hi penes. de agri. & censi. lib. xj.

Dominus feudi non tenetur ad datias, uel tributa, quando respondetur sibi de fructibus, licet de pecunia sic à colono suo. glo. & Bart. in l. j. C. de anno. & tribu. lib. x.

Dominus ratum habens incidit inquantum plus ex forma statuti, propter negationem procuratoris, sicut si principaliter negasset. Ang. in authen. de trien. & semis. §. si etiam.

Dominus an possit appellare, si eius procurator non appellauit. Bal. in l. ab eo. C. quo. & quan. iudex.

Domini indiuiduorum possunt quilibet agere, & cõueniri in solidum. l. loci corpus. §. si fundus. per Bar. ff. si ser. uendi.

Dominus præsumitur, qui locauit. Bartol. in l. non ab re. C. unde ui.

Dominus esto, in substitutione, est uerbum directum. Bald. in l. fi. §. pe. C. de sac. san. eccle.

Dominus non succurrens uasallo perdit ius uasallagij. Bal. in l. ij. C. de infan. expo.

Dominus castri potest legare castrum subditis suis. doct. in l. senatus. §. fi. de leg. j.

60 Dominus territorij promittens reficere damnum derobato, quod probauit derobatus, sub pœna duplici non tenetur, si damnum probetur solum per iuramentum derobati. Bald. in l. conuenticulas. iij. colum. & seq. de pace iur. fir. in l. si quando. in fin. & ibi Barto. C. unde ui. & Barto. in l. j. ff. quan. ex fac. tut. & j. uerb. Iuramentum in supplementum. uersi. xviij. in ij. col.

† Dominus certi loci non potest iudicando, uel statuendo, ulcisci offensas factas suis subditis extra territorium, licet non offendens habeat ibi bona. Fel. in c. postulasti. in princ. ij. col. uer. j. conclusio. de fo. comp.]

Dominus potest cogere uasallum ad ostendendum sibi feudũ, de quo seruitium debet præstari. Bald. in c. insuper. ult. col. de prohib. feud. ali. per Fed. in c. uasallus. si de feu. fu. cõtro. in usi. feud.

† Adde etiam notabiliter, quòd dominus potest cogere uasallum, ut det ei instrumentum: de quo per Bald. in l. instrumenta. C. de fideiuss. Iason in l. ij. C. de iure emphyteu. & in l. si legatum. ff. de edendo.

Dominus non cogitur restituere uasallo feudum, quod ipse dominus recuperauit à possessore præscribente contra uasallum. Baldus in cap. fin. iiij. colum. de prohi. feud. ali. per Fed. ubi etiam dicit, quòd dominus auocat etiam fructus feudi à possessore.

Dominus an obligetur ex contractu procuratoris reuocati, nondum facta notificatione. Bart. in consi. Factum tale est, Pet. de Ponte.

Dominus pro subdito testis esse non potest. Flo. in l. idonei. ff. de testi. per c. causam quæ. de offic. delega.

Dominus non potest piscari, nec uenari in loco, usufructuario inuito. Flo. in l. item si fundi. §. aucupiorum. ff. de usufr.

Dominus possidens rem occupatam à seruo, non præsumitur mandasse ei occupationẽ. Bal. in l. j. C. de epis. & cler.

Dominus promittens ratificare omnia gesta procuratoris, nõ potest partem ratificare, partem non. Bar. & doct. & Ioan. de Pra. in l. quæ omnia. §. si aduersarius. ff. de proc.

Dominus non tenetur respondere positionibus post litem cõtestatam cum procuratore. Bar. & Ioan. de Prat. in l. si actor. iiij. col. ff. de proc. doct. in l. fin. C. eod. tit. j. uer. Positionibus responsio. uersi. xliij.

70 Dominus an, & quando teneatur ex promissione procuratoris, data de iudicato soluen. doct. & Io. de Pra. in l. in causæ. §. ex parte. iij. & iiij. col. ff. de procurato.

Dominus soli, in quo sit ædificata ecclesia, fit patronus ecclesiæ. Flor. in l. qui domum. ff. ad l. Aquil. Archi. xij. quæst. ij. apostolicos.

Dominus territorij an teneatur de delicto commisso in territorio suo. Flor. in l. in lege. §. quoties. ff. ad legem Aquil. & j. uerbo, Comes. uersic. xiiij. & plenius per Alexan. post Bart. † in l. ne quid. de incen. rui. nau. † Et per Fel. in c. postulatus. de fo. compe. in ij. col. & Paris de Pu. in tract. Syndi. in uersi. Robaria.]

Dominus mittens procuratorem inhabilem, est contumax, nec debet amplius citari, nisi dixerit se impeditum personaliter comparere, & non posse. Bartol. in l. si finita. §. Iulianus de dam. infect. & in l. cùm filius. §. in hac. de uerbor. obli. & in l. iiij. in princ. ff. de re iu. Bartol. Paul. de Castr. & Ioan. de Pra. in l. j. ff. de proc. & Bart. in l. j. §. si nemo. ff. quod cuiusq. uni. nom. & suprà uerb. Citatus. uersi. xxxix. & seq. & uerb. Contumax. el ij. uersi. iiij. vij. & xiiij. & suprà eod. uer. xlix. Bart. in l. ij. §. defendi. ex quib. cau. in poss. ea. Alex. in l. si actor. de procur.

Dominus pro facto domestici sui non tenetur. c. cũ ad sedem. de resti. spo. Alex. in l. ne quid. ff. de incen. rui. nau.

Dominus an teneatur pro delicto famuli commisso in re, cuius custodia spectabat ad dominum. Alex. in d. l. ne quid. de incen. rui. nauf.

† Adde, quòd dominus potest repetere subditum suũ ab alio detentum. interest enim sua, ne uioletur eius iurisdictio. Item potestas repetit subditum suũ, ut possit munera personalia subire. l. de iure. ff. ad mun. & uide gl. in l. j. §. per hãc. ff. de rei uend. & dominus repetit ascriptitium suum. c. ij. de

 Iudæ.

Iudæ. Creditor tamen non repetit debitorem suum ab alio detentum: de quo uide glo. in c. authoritate. de priuil. lib. vj. Abb. in c. dilecti. de app. circa prin.

Dominus territorij tenetur resistere derobatoribus, & latronibus. Bal. in l. fi. C. de cap. Lud. in l. j. §. j. de publica. Alex. in l. ne quid. de incen. rui. nau.

Dominus potest purgare moram procuratoris. Bart. in l. cùm filius. §. in hac. de uerb. obliga. Ioan. de Pra. in l. j. vj. col. ff. de proc. † Et Ang. in consi. cclxxvj.

Dominus fundi per quem fluit formula molendini, debet pati ligna poni, & lapides in fundo pro reparatione clusæ. Flo. in l. refectionis. ff. communia præd. non pro noui molendini constructione, secundum Barth. Cep. de serui. urb. c. lvij. Bart. in l. quo minus. vij. q. ff. de fluminibus. & j. uerbo, Molendinum. uersi. xxij.

Dominus potest propria authoritate auferre feudum uasallo, si habeat iurisdictionem: aliàs debet querelam proponere coram superiore. Bald. in c. ad hoc. in fin. de pace iur. fir. & j. eodem, uersi. clxxij.

80 Dominus non tenetur inuestire legatarium de feudo legato per uasallum, etiamsi legatum sit ecclesiæ. Bald. in c. j. ij. col. de prohi. feu. ali. per Fed.

Dominus feudi consentiens clericatui uasalli sui, non uidetur sibi præiudicare, quo ad seruitia, quæ debet ei præstare uasallus. Bald in l. quisquis. ad fi. C. de episc. & cle.

Dominus feudi prelatus recipiens substitutũ uasalli, non idoneum ad seruitia pro uasallo, non præiudicat ecclesiæ. Bald. in c. firmiter. de prohi. feud. ali. per Fed.

Dominus feudi non conquestus de felonia cùm potuerit, nõ potest uasalli filijs imputare eam, nisi sit talis, per quam uasallus feudum amisisset. Bald. in c. insuper. iij. col. de prohib. feu. ali. per Fed.

Dominus sciens alium gerere negotia sua, uidetur mandare, & ex cõtractibus ei obligatur, etiam ad pacta ignorata. Pau. de Cast. in consi. cclxj.

Dominus inuito procuratore non potest iudicium assumere, sed uolente sic. l. quæ omnia. in prin. ff. de proc. Bar. in l. j. C. de sen. sed Bart. in l. ante litem secundum Ioan. de Pra. ibi. in iiij. col. dicit posse dominum comparere in iudicio post litem contestatam per procuratorem, & omnia acta facere, nisi procurator contradicat. Idem Bart. in l. mutari. eod. tit. dicit, quòd dominus, & nouus procurator post litem contestatam non potest in iudicio interuenire, nisi omnia acta renouentur, secundum gloss. ibi, & ibi per Bartol. uide an tunc acta ualeant. per Bartol. in l. procuratoribus. C. eodem tit. Sed

Dominus potest iudicium principale suscipere, quando cognoscitur de suspicione procuratoris: quia procurator ipse non potest agere. Bartol. post gloss. in l. quæ omnia. §. j. ff. de procur.

Dominus non debet citari ad aliquem actum post litem contestatam cum procuratore: & citatus tunc contumax condemnari non potest, quia non tenetur comparere. Bald. in l. procuratoribus. C. de proc. & in l. j. C. de sen. & in l. mutari. ad fin. ff. de proc. ubi dicit non ualere actum, ad quem sit citatus dominus, cùm debuerit citari procurator. Quod uerum, nisi procurator sit infirmus, uel absens: quia tunc dominus ad causam potest citari, secundum do. Dominicum in c. seq. §. j. eod. tit. in vj. Item,

Dominus non dicitur uerus contumax, si citatus ad causam, in qua debet citari procurator, dixit, Nolo uenire, quia non cogitur comparere, sed potest uolens. Bar. in l. fi. col. fi. ff. de rest. in integ.

Dominus non potest citari ad uidendum iuramenta testium in causa, in qua procurator contestatus est litem. Bal. in l. si quando. pe. col. C. de testi.

Dominus an & quando sit citandus prima uice ad causam. s. Citatio requiritur. per discursum.

90 Dominus potest prosequi appellationem à domino interpositam. l. dominus. C. de appel.

Dominus rei furatę an possit impunè propria authoritate auferre furi rem furatam. no. glo. & doct. in l. si quis in tantam. C. unde ui.

Dominus quandoq; appellatur ratione honoris, non ratione superioritatis. glo. & Bar. in l. cùm quis. §. Seiam. de le. iij.

Dominus feudi potest testari de feudo pro animo, sed uasallus non. Bal. in c. ad hoc. vj. col. de pace iur. fir. uide in c. j. de suc. feu. & j. uer. Vasallus alienat. uer. xxj.

Dominus emphyteusis potest legare eam in preiudicium emphyteutæ. Bald. in c. ad hoc. vij. col. de pace iur. fir. ubi dicit, quòd si contra facit, tenetur ad interesse, uel ad aliud feudum æquale.

Dominus dicitur contumax, si procurator eius non compareat. Bart. in l. iiij. in fi. prin. ff. de re iudi. & in l. cũ filius. §. in hac. de uerb. obl. & in l. si procurator. §. si tutores. ff. manda. in l. j. §. si procurator. & ibi doct. & Bar. & Fran. ff. si quis ius di. non obtemp. & condemnandus est in expensis. Inn. in c. constitutus. de proc.

Dominus an possit interpretari uerba procuratoris. Bald. in l. idẽ Pomponius. §. si plures. ff. de rei uen. Bartho. Cep. in ru. ff. de uerb. sig. vj. q. ult. principalis.

Dominus animalium deprehensorum in damno dato debet reficere sumptus factos eis per damnum passum per officialem, qui ea posuit in hospitio. Flo. in l. quemadmodum. §. magistratus. j. col. ff. ad legem Aquil.

Dominus potest capere famulum fugientem. Bart. in l. fi. C. de lib. ho. exhib. & Bartho. Cep. in l. Marcellus. ff. de uer. sig.

Dominus potest esse fideiussor procuratoris sui, si possidet immobilia. Ioan. de Pra. & doct. in l. qui proprio. in princ. ff. de proc.

100 Dominus liberat debitorem etiam ante cessam sibi actionem per procuratorem, qui stipulatus fuit à debitore. Bart. in l. apud Celsum. §. mandaui. ff. de doli excep. in l. mulier bona. §. fi. ff. de iure do. Pau. de Cast. in l. cùm procuratorio. in fi. prin. ff. de ope. no. nun.

Dominus feudi non potest puniri per iudicem ecclesiasticũ. j. uer. Feudum. uer. xlj.

Dominus terrarum est lex uiua in terris suis, & testamentum suum pro lege seruandum est. Bald. in l. precib. C. de impu. & al. sub. in xiij. oppo.

Dominus feudi promittens uacuam, uel plenam possessionem, tenetur ad fructus feudatario. Bald. in l. pe. ij. colum. C. de cond. inser.

Dominus an teneatur ad restitutionem mutui facti suo castaldo pro fructibus colligendis. Bald. in l. fi. col. j. C. quod cum eo. & j. Mutuum. uersi. lvij.

Dominus rei quæ uendi potest ipso inuito, puta per creditorem, uel per fiscum, potest eam emere. Bartol. in l. iij. C. de nau. fœnore.

Dominus & procurator generalis, obligantur ex facto procuratoris generalis, sed ex facto procuratoris specialis obligatur tantùm dominus, non procurator. Bart. in l. si ab alio. ff. de instito.

Dominus proponens aliquem in certo loco, uidetur permittere cum eo contrahi. l. sed si de quo. in prin. & ibi Bartol. ff. de instito.

Dominus potest puniri ex negligentia procuratoris sui in expensis, uel in tenuta bonorum. Bartol. in l. si procurator. ff. de cond. inde.

Dominus non tenetur de culpa commissa per familiam suam. l. si uendita. de peri. & commo. rei uen.

110 Dominus per sententiam factus an iterum agat cõtra possessorem, ad quem res reuertatur ex ui sententiæ. Bart. in l. sed & si possessori. post princ. ff. de iureiur.

Dominus præsumitur ignorare gesta per procuratorem. glo. no. in l. si res obligata. de leg. j.

Dominus uendicans rem suam, an & quando debeat reficere precium emptori. no. in l. seruus cuiusdam. de cond. inde. l. inciuile. C. de fur. in l. si mancipium. de rei uen.

Dominus an obligetur ex contractu procuratoris. in l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. em. in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procur. in l. si pupilli. §. j. de neg. gest. & ibi gloss. & doct. & tenet Bal. in l. si mutuã. C. de instito. ubi tenet idem, quòd sic, scilicet utili actione, si procurator habuit mandatum ad contrahendum. † Et uide do. Bart. Soc. in consi. cxxv. inci. Visa. uer. secundum fundamentum. circa prin. in j. parte.

Dominus soluens uigore contractus per falsum procurato-

rem celebrati, uidetur approbare dictum contractũ.l. contra.& ibi Bal.C.de condi.inde.

Dominus comparens sponte in iudicio, intelligitur reuocare procuratorem suum: secus si necessariò. Bald. in l. fideicommissa.§.si rem.de leg.iij. Item uerum, si comparet ante litis contestationem cum procuratore. l. ante litem contestatam. & ibi doct.ff.de procu.c.si quem.eod.tit.in vj. Item uerum,nisi dixerit circa reuocationem procuratoris, uel ex alijs coniecturis aliud constet.d.c.si quem. Pau. de Cast. & Ioan. de Pra. in d.l. ante litem. Sed Pet.de Sun. in d.l.ij. C. de bo.autho.iud.pos. & Bald. ibi dicunt indistinctè domini comparitionem non reuocare procuratorem. Vide in l. Paulus. ff. de procu. & infrà uerbo, Procurator reuocatur. uersic. vij.

Dominus feudi inueniens res,uel animalia in fundo suo quid faciat.j.uer.Inuenire.uersi.vij.& seq.

† Dominus potest subditis imponere pro operis subsidium charitatiuum in casu necessitatis. Baldus in l.j.in fin. C.de ope.libe.

† Adde etiam, quòd secundum ordinationes regias Franciæ dominus potest imponere subditis, quòd tempore guerræ conferat in munitionibus: quamuis Lucas de Penna in l.j. C.ne rustic.ad ullum obseq. deuo. teneat, ꝙ dominus non potest subditos cogere ad seipsos armandum ad capiendũ latrones,nec acta iustitiæ exequendum.

Dominus potest uasallis mandare, ut alteri seruiant in operis domino præstandis. Bald.in l.j.in fi. C.de ope.lib.& j.uerb. Vasallus serui. uersi.xiij.

Dominus inuitans famulam, uel subditam suam ad tripudia, malè facit.Bal.in l.quod ex liberta.C.de ope.liber.

120 Dominus onera realia recusare nõ potest, licet res possint ab eo auferri.l.si quis seruum. & ibi Bar.ff.de noxa.

Dominus conuentus ex contractu procuratoris,potest etiam agere & petere ex eo sine cessione. Bald.in l.mutuam.in fi. C. de institu.

Dominus uolens uendere domum suam locatam uel pignoratam alteri, potest eam ostendere emptori, etiam inuito creditore, uel conductore. Bartolus in l. quamuis. ff. de pig. actio.

Dominus tenetur de facto eius,quem proposuit ad negotiandum.l.j.in princ.& ibi Bar.ff.de exercito.Item

Dominus obligatur ex contractu factoris sui, si pro domino expressit se contrahere,aliàs nõ, nisi sit uersum in usum domini.l.j.§.non autem. & ibi Bar.ff.de exercito.& in l.si quis seruo. & ibi Bald.C.quod cum eo.ubi idem dicit, si dominus ratificat,quia tenetur.

† Dominus in mutuo facto seruo ut obliget, necesse est probare pecuniam mutuatam uersam esse in eius utilitatem. d. Mari.Soci.in consi.xj.incip. Visis.uersi. est ergò aduertendum.circa princ.in j.parte.]

Dominus potest repetere uestimenta à famulo recedente ante tempus,nisi dederit æstimata.Item potest propria authoritate eum spoliare. Bart.Bald. & Imo.& in l.in his.§.seruis. ff. so. matr.

Dominus permittens uasallo, uel emphyteutæ alienationem rei emphyteuticę,uel feudalis,uidetur ei remittere ius suũ, & precium donare. Bal. & Ioan.de Imo.in l. dotalem seruũ. in ij.no.ff.so.matr.

Dominus consentiens falso procuratori , an uideatur dare mandatum,& ratificare quę gerit.Bald.in l.licet.vij.colum. C.de procu.

Dominus an possit habere ratam sententiam latam pro falso procuratore. Bal.in d.l.licet.ult.col.de proc.

Dominus pignoris tenetur stare colono, cui creditor pignus locauit.l. in uenditione.§.j. & ij.ff. de bo.author.iu.pos. Io. de Por.in l.si filio. §.fi.ff.so.ma.

Dominus non cogitur ad diuisionem emphyteusis ab hæredibus emphyteutæ. gloss. not. in l.communi diuidundo.in prin.ff.communi diui. Bart.in l.si fraudati.ff.de publica.no. in l.si necessarias.§.si unus.ff.de pig.acti.

130 Dominus nõ tenetur criminaliter pro delicto administratoris.Bal.in Margar.uersi. delictum.uersi.ij.

Domini appellatione uenit etiam usufructuarius impropriè. Bar.in auth.hoc locum.in repe. C. de secund.nup.mul.non propriè, secundũ Bar.in l.j.in prin.ff.ad Sylla.& in l.in uenditione.ff.de bo.autho.iu.pos. gloss. in l. proprietatis. C. de proba. quod dominus dicitur ratione usufructus. Bartho. Cep.de serui.tit. de usufru. & Alex.in l.sed & si possessori.§. item si iurauero de iureiu.& uide omnino Alexan. consilio cxxix.ij. parte. & in consi.v.iiij. parte. & in l.qui usum fructum.ff.si usufruct.pe. † Et nunquid sit dominus,uide do. Iason.Insti.de ac.§.æquè.num.50

Domini appellatione propriè non uenit emphyteuta.Bald.in rub.ff.de contrahen. emp.xj. q. per gloss.in l. cùm manu. §. nemo. ff.eod.tit. Item nec bonæ fidei possessor. Bart.in d.l. j.ad Sylla. Vide in l.quoties.§.j.de noxa.in l.magis.§.j.ff.de rebus eor. & in l.si quis suus.de lega.iij. Vide Alexan.consi. cxxix.ij.parte. quòd uenit etiam possessor,secundum communem usum loquendi, qui habet locum etiam in statutis. & j.Possessor.j.& j.

Domini appellatione non uenit hæres hæreditate iacente. Bart.in l.hæres.ff.de acq.hære.

Domini appellatio in libello intelligitur secundum subiectam materiam.Baldus in l.proprietatis. C.de proba. & infrà eodem.

Dominus præsumitur ex annua fructuum perceptione. l. litibus. C.de agri.& censi.lib.xj.& Bartol.in l. Titia.ff.de sol.& suprà uerbo, Dominium probatur. uersic. j. in ij. colum. post principium, ibi : item probatur ex annua fructuum perceptione.

Dominus uacans cõtinuè in reuocatione procuratoris ad negotia, obligatur ex eius contractibus, ac si nunquam reuocasset.l.sed si pupilli.uer.sed si alias.cum gl.ff. de institu.& j. uerb.Procurator ad negotia.uer.penul.

Dominus an teneatur ad expensas infirmitatis famulo. Bart. in l. si cùm dotem. §. sin autem in sæuissimo. quod tenetur ad modicas tantùm.

Dominus feudi debet consentire in alienatione feudi, quæ fit per uasallum,nec sufficit consensus uasalli.Bal.in c.insuper. ult.col.de prohi.feu.ali.per Fed.

140 Dominus patiens alienationem sic facere, uidetur eum institorem constituere.l.quicquam.in prin.ff.de instito.

Dominus duorum seruorum an obligetur pro uno recipiente mutuum ab altero seruo. Bart.in l.frater à fratre.x.col.ff. de condi.inde.

Dominus an obligetur ex persona serui delinquentis. Bart.in in d.l.frater à fratre.x.col.de condi.inde.

Dominus non tenetur reficere procuratori damna casualia.l. inter causas.§.non omnia.& ibi Bart.ff.mandati.

Dominus tenetur de dolo procuratoris,quatenus ad eum peruenit.l.sed ex dolo.§.item si.& ibi Bar.ff.de dolo.

† Dominus recipiens pedagium,uel uectigal,tenetur locum illum iuxta posse suum saluare in persona, & rebus soluentium,alioquin si inuenit in defectu, ad emendationem prędictorum tenetur. Fel.in l.postulasti.de fo.competen.in iij. col.uer.ex istis.circa prin.uer.]

Dominus domus, in qua sit res aliena reposita per dominum rei,non tenetur ad emendationem rei prædictæ, de qua tamen custodienda dominus domus non promiserit. Cy. & Bald.in l.inuitus. C. de procu.& l.si ego.in fi.ff. de iure dot. Ioan.And.in addi. Spec.de posi.in rub.per l.si quis uxori.§. apud Labeonem.de fur.ubi hoc tenet Alex.& Bald.in auth. habita.in fi. C.ne fil.pro patre.& in l.certi. & ibi Cy.C.loca. & Bal.in l.filius.§.inuitus.ff. de proc. nisi ratio coniunctionis sanguinis inducat tacitum consensum. Lud. Pon. in l. quæ dotis.in fin.solu.matri.quod tamen procedit per d.l. si ego.secundum Alex.Et prædicta uera, nisi in nauta,caupone,& stabulario.l.j.§.recepit.ff.nau.cau.sta.ubi est speciale. & j.Depositum.uer.ij.

Dominus pro facto familiæ tenetur,ut pro uno facto tantùm, si fecit communicato consilio cum familia, aliàs non.l. si familia.& ibi Alex.ff. de iurisd. omnium iudicum.

Domini possessionum in statuto intelliguntur etiam domini rerum, licet non possideant. Bart.in l.locorum.in fin. C.de omni agro deser.lib.xj.

Domini appellatione uenit etiam possessor: quia dicitur dominus possessionis etiam in statuto. Bal.in l.j.ff. de relig. & in Spec. de proba.§.uidendum.uer.sed pone,statutum.ubi loquitur

loquitur de credendo iuramento domini possessionis. & Alexan.consi.cxxix.ij.parte.& ĩ. Statutum de damno dato. Ant.de But.in c.j.de postu.præla.

Domini appellatione uenit quilibet ex duob. dominis unius castri.Bar.in l.j.§.domini.ff.ad Syllania.Item,

150 Domini appellatione uenit etiam filius domini.l.j.§.domini.el ij.& ibi Bar.ff.ad Syllania. quod no.pro statuto de dãnis datis.Item,

Dominus partis habetur pro domino.glo. & Bart.in l.cætera. §.item quæri potest.ff. de lega.ij.& l.serui.§.fin.eod.tit.l.j.§. domino.ad Syllania.

Dominus domus dirutæ, si est pauper, & reficere non potest, cogitur uendere, & si non potest iusto precio uendere, petere potest à fisco sibi dari, quantum sufficit ad reficiendum eam.ĩ.uer.Domus.uer.ij.

Dominus famuli proijcientis turpitudinem ex fenestra, tenetur in duplum deturpato.l.j.in princ.ff. de his, qui deie. uel effu. & Bartho. Cepo.de serui. urb. ca. lxviij. ubi dicit uerum, si proiecit in locum, per quem solitum erat homines transire, aliàs non. per d.l.j.§.summa.& l.si putator.ff. ad legem Aquil.

Dominus territorij habet fundatam intentionem, quo ad res sitas intra limites territorij. s̃.uer. Ciuitas.

† Dominus districtus an sit dominus bonorum intra limites existentium.uide Fel. in c.si diligenti.post prin.j.col.uer.ad illud, quod dicitur.de præscrip.]

Dominus pro facto sui seruitoris hominis liberi non tenetur. l.apud antiquos. C. de fur.& in cap. cùm ad sedem.de resti. spo.& ĩ.eod.

Dominus fundi qua actione prohibeat cauari uenas in fundo suo.Pau.de Cast.consi.clxxvij.

Dominus directo an agat contra expellentem emphyteutam, uel uasallum, de emphyteusi, uel feudo, nõ obstante sibi exceptione competenti domino utiliter, scilicet emphyteutæ, uel uasallo. glo. & Bar.in l.indebiti.§.fi.de condi.inde.

Dominus, cuius res per alium uendita est ipso inscio, habet rei uendicationem contra emptorem, nec tenetur precium offerre, re extante, sed re consumpta, uel præscripta habeat ratam uenditionem, & agat actione negotiorum gestorum contra uenditorem ad precium.l.mater.& ibi doct.C.de rei uen.Bart.in l.si eum.ff.si cer.pet.Quod uerum in re sua, non in re sibi obligata, quia ratificatio non sufficit ad precij repetitionem.l. uenditor ex hæreditate. & ibi Bar.ff. de hær.uel act.uen.Bal.in d.l.mater. & Barth.Cep.in l.Labeo.§.item si dominus.de uerb.sig.

Dominus, cuius pecunia sit ab altero mutuata nomine suo, potest habere ratum, ut actio sibi quæratur, siue stet, siue sit consumpta, uel si nolit habere ratum, potest extantem uendicare, aliàs ea consumpta agat contra mutuantem.Bart.in l.eius, qui. iiij.q.iiij. partis.ff.si cer.pet.

160 Dominus obligatur ex contractu serui, etiam sine mandato.l.fundus.§.seruum.si cer.pet.& ĩ.eod.uer.clxvij.

Dominus an possit appellare, si procurator cõtumax sit excõmunicatus, uel condemnatus. in Spec. de contuma. §. fin. uer.utrum propter.& seq.

Dominus feudi non seruans fidem uasallo priuatur dominio directo, quod applicatur uasallo. ĩ. uer. Vasallus priuatur. uersi. xxx.

Dominus non tenetur ex contractu factoris, nisi uersum sit in eius utilitatem, uel nisi ratum habeat.l. si quis seruo. & ibi Bal.C.quod cum eo.

Dominus an teneatur de damno dato per famulum. not.s̃.eo. uer.xxij.& in l. apud antiquos. C. de fur.in l.si seruus.§.serui autem.& ibi Flor.ff.ad leg.Aquil.

Dominus soluens pœnã pro famulo repetit. in Spe. de iniur. & dam.da.uer.in summa.& ibi Bal.in addi.uer.si.

Dominus an & quando obligetur ex fideiussione serui de peculio, uel de proprio. glo. doct.& Fran. Por.in l.qui satisdare.ff.de fideius.

Dominus serui furtiui uenditi per furem potest eum uendicare à quocunq; possessore, & tenetur peculiotenus de contractu serui, uel si habeat ratum, acquirit sibi, ut possit condicere res emptas à seruo.l.si fundus.§. seruũ. ff. si cer. peta. & s̃. Item,

Dominus ratificans cõtractum serui tenetur insolidum: aliàs tenetur peculiotenus.l. si fundus.§. seruum. & ibi Bartol.si cer. peta.

Dominus ciuiliter est, qui tantùm animo possidet.sed

170 Dominus naturaliter est, qui possessionem corporalem habet.l. si in emptione.§.omnium.ff. de contrahen.emp.

† Dominus potest seruum corrigere. l. j. C. de emen.ser. Instit. de his qui sunt sui, uel ali.iur.§. sed hoc tempore. & ibi gloss. & tenet Gui. & Bartol. in l. percussor. ff. ad Syllan. & l. respiciendum. §. furta. de pœnis. Baldus in l.filius. C. de pat. pote.

† Adde tamen, quòd dominus malè tractans seruum suum, priuatur eo, sicut iudex perperam officium suum exercens. Iason in addi. ad Porcum, Instit. de his qui sunt sui uel alie. iur.in addit.Et pro hoc facit tex.in l.si.ff. si quis à paren.fue. manu. ubi pater malè tractans filium cogitur illum emancipare. Et tex. in c.ea quæ.extrà, de censi. ubi si collectarius malè tractauerit collectam ecclesiæ, priuatur suo officio, & in c.literas.extrà, de resti.spo. ubi si maritus malè tractauerit uxorem, fit separatio habitationis & thori.Et istud tenet Chassa.in consuetu.Burg.tit.des droitz & appar.agens maries.§.vj.in fi.

Dominus appellat à sententia lata ex contumacia procuratoris à die latæ sententiæ, non à die scientiæ.doct.in c.j.ut lite non contest. gloss.ij.q.vj. biduum.contra Compo. in c.j.de elect.in vj.& s̃. Contumacia procuratoris. † Vide Ang. in consi. cccix.

Dominus contra uasallum potest esse iudex in causa propria, si est in quasi possessione uasallagij. Bald. in addi. Spec. de feu.uer.contra uasallum. Hoc uerum est, si habet iurisdictionem: aliàs debet adire iudicem, coram quo querelam proponat.Bal.in c.ad hæc.in fi.de pac.iur.fir.in usi. feu. & s̃.eo. uersi.lxxvij.

Dominus si iurauit de calumnia, & postea constituit procuratorem ad sic faciendum, uel ad sic respondendum, facit ut procurator releuetur, nec teneatur iurare de calumnia. Innoc.in cap.j. de iuramen.calum. & Bald.in Mar.uer.Dominus.uersi.j.

Dominus mandatum procuratoris nudo uerbo reuocat intra triduum.Inno.in c. scriptum.de elect.Bald.in Mar.uer.Dominus.uersi.ij.

Dominus castri potest agere pro iniuria facta subditis suis, sed non potest facere remissionem de insultu, & damno subditorum. Inno.in cap.dilectus.de app. Bald.in Mar.uer. Dominus. uer.fin.in c.iniuriarum.j.col. de pace iur.fir. ubi dicit, quòd dominus nõ agit, quando iniuria bursalis est facta subditis, aliàs sic. & per Oldrad.consi. ccv. Rota in deci. cccxcj.præpositus.in nouis. dicit, quòd

Dominus potest agere pro iniuria, & damno dato subditis, quo ad interesse suum tantùm, non pro interesse eorum, nec pro turbationibus & commodis eorum priuatis, per Card.in clem.j.in princ.de reli.& uene.sanc. & gloss.in cap. accedentibus. de priuile. & Alexand. in l.j.§.fin.ff.de iudi.

† Et per Felin. in cap. auditis. de præscrip. circa medium.xj. quæst.& in c. ex parte.post prin.uer.not. ibi etiam cum seq. de accus.]

Dominus potest appellare pro iniuria illata subdito.s̃.Appellatio per quem.

Dominus qui cõcessit alteri ius in re, potest agere rei uendicatione contra tertium possessorem, nõ contra eum cuius ius concessit.ĩ.uer.Rei uendicatio.uersi.ij.Item,

180 Dominus agere potest contra tertium, nõ obstante, quòd alius præscripserit rem contra ipsum dominũ. l. si quis emptionis.§.si uerò nullum. C.de præscrip.trigin.anno. Alex. in l.indebiti.§.fi.ff.de condi.indebi.

Dominus repressalias concedere potest in fauorem subditorum, & bellum mouere. Baldus in Mar. uerb. Dominus. uersi.fi.in fi.

Dominus rei conuenti si nominetur in iudicio, uide in Spec. de actio.seu peti.§.iij.circa prin.

Dominus potest rem ad ipsum reuersam post longa tempora retinere. in Spec.de rescrip.præsen.§.ix.uersi.item quòd obtentis.

Dominus si denuncietur à subditis de crimine notorio & famoso,

modo, uel quòd subditos grauet plus solito. in Spec. de denun. §. ij. uer. quid si homines. & de proprieta. §. j. uer. si uero dominus. & de cen. §. ij. uer. sæpe.

Dominus qualiter formet libellum contra uasallum, uel subditum recusantem sibi obedire. Item,

Dominus quando possit suos homines talliare. in Spec. de off. ordi. & de maio. & obe. uer. eodem modo.

Dominus pro colonis, uel rusticis suis an agere possit. in Spe. de causa poss. & proprieta. uer. si autem coloni. in §. ij.

Domino qualiter promittat & iuret quis seruire. in Specul. de locato. §. iiij. uer. si uero quis.

Dominis duobus quis seruire non potest. in Spec. de feu. §. ij. uer. & econtrà. & uer. xij. & s. uer. Dominium. el j. uer. fi.

190 Domini præceptum an excuset subditum suum. in Spec. de feu. §. ij. uer. xv. in l. iuste. de acquir. pos. & infrà, Præceptum. uer. xc.

Dominus quid iuris habet in homine suo. in Spec. de feu. §. ij. uer. xvj.

Domini uita non est à seruo præferenda uitæ suæ. in dicto uersic. xvj.

Dominus qualiter petat uasallum. in Spec. de conuer.

Dominus qualiter agat contra uasallos negantes prestare que debent. in Spec. de nat. ex lib. uen.

Dominorum materiam supple j. uer. Superior. & uer. Subditus. per totum.

† Domus Grecum uidetur: illi enim Δῶμα, ατος, τὸ, tectū appellant. Propriè autē, secundum leges, domum nostram dicimus, ubi sedes & tabulas habemus, familiariumq; rerum constitutionē. l. in lege censoria. ff. de uer. sig. Et nota, quòd domus unius familiæ habitaculum est, sicut unius populi urbs, secundū Isido. & Papien. Et Archid. in c. omnibus. xxiiij. q. j. & notatur in l. j. §. j. & §. domus. C. si quacun. præd. pot. Item aliquando domus sumitur pro domicilio. l. j. §. domum. ff. de aleato. Et intellige siue propria siue conducta, siue gratuita. §. domum. Institu. de iniur. & in l. j. §. habitare. ff. de his, qui deiecerunt uel effud. Luc. de Pena in l. ij. C. de metal. lib. xij.

† Domus debet esse cuique tutum refugium. l. plerique. & ibi doc. ff. de in ius uocan. Quod est uerū, etiamsi sit conducta, uel gratis data. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniu. l. j. §. habitare. de his qui deie. uel effu. & suprà, uerb. Debitor in domo. uer. j.

† Adde, quòd ex ea quis extrahi nō debet: unde si familia insequeretur sicarium, & eum non apprehenderet in uia, si ingrediatur domum suam, nō debet ex ea extrahi, secundum Ias. in l. pleriq;. ff. de in ius uocan. Et idem retulit ibidem dominus meus Alex. Guibertus, quamuis Bal. sibi contrarius tenuerit contrariū in repetit. l. cunctos populus. C. de sum. tri. & fide catho.

† Domus in iure sumitur uarijs modis. do. Pet. Phil. Corn. in consil. lxv. incip. Pro diuisione. in litera G. in j. parte. & in consil. cxcviij. incip. In proposita. in litera B. in iij. parte. in consi. xlj. incip. Videtur. in litera A. & D. in iiij. parte.]

Domus appellatione uenit etiam ostium eius. Barto. in l. j. §. j. ff. de cloa. & in l. meminisse. de offi. procon. & leg. in l. præsenti. in prin. C. de his, qui ad eccle. confu. Barth. Cep. tit. de serui. urb. c. xlviij. & tit. de cloa. not. in l. cætera. §. hoc senatus. el ij. de leg. j. & Bartol. in l. j. §. habitare. de his qui deie. uel effu.

Domus appellatione uenit scala. l. fistulam. in fin. & ibi Bald. & doct. ff. de ser. urba. prædi. Quod uerum est in interiori, non exteriori. Vnde delictum commissum in scala exteriori, non dicitur commissum in domo, secundum Bald. & Flor. ibi, & Bartho. Cep. de serui. c. xliiij. Item,

Domus appellatione uenit hortus. l. Olympico. & ibi doct. ff. de serui. urb. prædi. l. prædijs. §. qui domum. de leg. iij. doct. in cap. Raynutius. de testa. gloss. in l. statuæ. de uerborum signific. xij. quæst. iij. religiosum. & infrà uerbo, Hortus. Item,

Domus appellatione uenit area ad eius usum comparata. d. l. prædij. §. fin. & l. testatrix. ff. si ser. uen. Item area, super qua domus est ædificata. not. in l. si fundum. §. qui fundum. & ibi doct. de leg. j. & j. uerb. Edificium. uersi. j. Item claustrū, uel curtile commune cū uicino. j. uer. Percutere. uer. xlviij. Item pars inferior, ut apotheca: ut per Alexan. plene, consi. ccxxij. ij. parte.

Domus appellatione uenit porticus. infrà uerbo, Porticus. uersic. iiij. & Bartho. Cep. de serui. urb. c. xliij. Bald. in l. cætera. §. hoc senatus. de leg. j. quòd statutum de reperto extra domum de nocte, non habet locum in reperto in porticu. Item,

Domus appellatione an ueniat balneum, iudicatur ex aditu. l. prædijs. §. balneas. de leg. iij. Item,

Domus appellatio includit etiam habitationem. Paulus de Cast. consilio ccij. per not. in l. cùm antiquitas. C. de usufruct. Item,

Domus appellatione an ueniat murus siccus, uide j. uer. Murus. uersic. v. Item an puteus. in Spec. de empt. & uen. §. ij. uer. ad euidentiam.

10 Domus appellatione an ueniat apotheca, uel taberna. Paul. de Cast. consi. xliiij. incipiente, Viso puncto suprascripto. & suprà, uerbo, Apotheca. uer. pen. & uer. Debitor in domo. uersic. ij. quod no. & Bart. in consi. Statuto cauetur, quòd pro maleficio. doct. & Bart. & Alexan. in l. plerique. de in ius uo. & in l. lex Cornelia. §. domum. de iniur. & infrà uerbo, Taberna. uersi. j.

† Domus donatio, uel uenditio, an includat apothecam, que erat subtus domum posita. uide signanter Petr. de Ancha. consi. ccxcj. secundum ordinem meum, incip. Super pluribus articulis, dubia super quibus, &c. & do. Ias. in l. fin. in iij. col. uer. prædictis adde. ff. de consti. prin. †

Domus appellatione non uenit domuncula. l. senatus. §. Marcellus. de leg. j. Ange. in auth. de hære. & Fal. §. hinc nobis. s. Debitor in domo. uer. j. † Et do. Pet. Phi. Cor. in consi. ccvj. incip. Viso. in litera M. in iij. parte.]

Domus appellatione non uenit omne ædificium. Bart. in l. j. §. deinde. ff. de cloac. Idem tenet Flo. in l. quidam Iberus. ff. de ser. urb. præ. ubi secus dicit appellatione ædium. & Paul. de Cast. consi. xlv. incipiente, Viso puncto suprascripto.

† Et an ueniat fortalitium, uide do. Pet. Phil. in d. consi. In litera L. ead. iij. parte.]

Domus propria dicitur, quæ est ad habitandū deputata. Pau. de Cast. consi. xlv. inci. Viso puncto suprascripto.

Domus appellatione an ueniat hospitium. Flo. in l. j. §. habitare. ff. de his qui deie. uel effu. Item,

Domus appellatione an ueniat stabulū. not. in l. iiij. §. j. ff. qui. mo. pig. ta. contra. Item j. uer. Stabulum. per totum.

Domus appellatione uenit etiam domus conducta. l. lex Cornelia. §. domum. de iniur. l. j. §. habitare. de his qui deie. uel effu. & docto. in l. plerique. de in ius uoc. & suprà eodem uersi. j. Item,

Domus appellatione an ueniat caupona. Bal. in c. j. §. j. de fra. de no. bene. inue. Item Alex. in d. l. plerique. † Et do. Petr. Philip. Cor. in consilio ccvj. incip. Viso. in litera N. in iij. parte.] Item,

Domus appellatione an ueniat domus communis. Bal. in l. j. C. qui test. fa. pos. & s. uer. Debitor in domo. uersi. j. Et quid de domo patris uel matris. Bart. doct. & Alexan. in l. j. C. qui testa. face. pos. Bald. Ang. in l. j. §. domus. ad Sylla. & Alex. in l. j. ff. de cloac.

Domus episcopi, uel clerici, iuxta ecclesiam, per triginta passus est priuilegiata, sicut ecclesia. Oldr. consi. lv. xvij. q. iiij. quisquis inuentus. ubi etiam dicit glo: quòd

20 Domus nulla, nisi clerici, esse potest intra ambitū ecclesiæ.

Domus rem secretam denotat. vj. q. j. ex merito.

Domus dicitur de bonis immobilibus. l. lex quæ tutores. §. ante omnia. in fi. ibi: ergo & domus, & cetera omnia immobilia. C. de admi. tu. Sed contrarium probatur in l. quidam decedens. §. usq; adeò. ff. eod. tit. ibi: uel ne uestis, uel ne domus, uel aliæ res periculo subiectæ. ibi enim ponit domus inter mobilia. Item & quia dictio, alie res periculo subiecte, implicat similia, ergo domus posita ante dictionem aliæ, est periculo subiecta, ergo mobilis. Cogita, quia solutio difficilis est: sed imò facilis, si rectè consideras illa iura.

Domus conducta an diruatur propter ludum in ea retentum, stante statuto, quòd domus ludentis diruatur. Ang. in auth. de eccle. tit. §. si quis autem. col. ix. ubi tenet, quòd non, quãdo dominus ignorauit. & Pau. de Cast. consi. xlj. Item nec domus

domus uiduæ, uel pupilli, arg. l. j. C. de fal. mo. & ibi Cy. in fi. Item nec domus propria, quãdo dominus ignorauit. arg. no. per Sali. in l. j. in fi. C. quãdo Impe. inter pu. & ui. & Ang. Are. in tract. Maleficiorum. uer. mettetor. de mal. dati. & j. uer. Ludus. uer. antepenul. ubi plenè.

Domus fit deterior per obscurationem luminum. l. æquissimum. §. item Nerua. ff. de usufruc.

Domus propter humiam lucem est melior, nisi in ea uendantur panni, quia tunc modica lux est utilior. Flor. in l. æquissimum. §. item Nerua. ff. de usufru.

Domus usufructuaria potest per hæredem obscurari, etiam in præiudicium usufructuarij. l. si is, qui binas. ff. de usufruct. & omnino per Barh. Cep. de ser. ur. c. lxij. Sed

Domus legata nõ potest obscurari in totum per hæredem, sed in parte sic. l. binas ædes. & ibi Flo. ff. de serui. ur. prædi.

Domus posita in extremitate fundi, non uenit in legato fundi sub eius appellatione, imò legato fundo remanet aditus per fundum hæredi ad dictam domum: sicut prius. l. testatrix. & ibi Flo. in prin. ff. si ser. uendi. Secus, si est in medio fundi. Bal. in l. j. j. col. C. communia de leg. per glo. in l. uxori usumfructum uillæ. ff. de usufru. leg. & j. uerb. Legatum fundi. uersi. xxxv.

Domus ut destruatur, legari non potest. l. filiusfam. §. ædes. de leg. j.

30 Domus hæretici ipso iure transit in dominium ecclesiæ, in auth. de eccle. tit. §. iubemus. & ibi Ang. col. ix.

Domus accedit fundo. l. fundi. ff. quibus mo. usufruct. amit. Baldus in cap. j. §. econtrariò. de inuesti. de re alie. fac. in usi. feud.

Domus propter incendium destructa pro euasione uiciniæ, debet refici sumptibus uiciniæ de consuetudine, non de iure. Bart. in l. si alius. §. est & alia. ff. quod ui aut clàm. & in l. j. in prin. ff. ad legem Rhod. de iac. Flor. in l. si locus. §. j. ff. quemadmo. seru. amit. Sed Bald. in l. si laborante. ad legem Rhod. de iac. dicit, quòd de iure debet emendari communiter per omnes uicinos. arg. tex. ibi, nisi sit domus clerici: ut s. uerb. Clericus. & uide Flo. in l. si quis fumo. §. quod dicitur. ad l. Aquil. & Petr. de Peru. in tract. Socie. viij. parte. xvij. q. ij. j. uer. Incendium. uersi. x. & in Spec. de reo. & uer. item quod

† uidit. † Vide Ang. in consi. cxcvij.] † Vide Hippo. in l. j. col. xv. ff. ad leg. Cor. de sicar.

Domus consistit ex parietibus, tecto & area. l. solum. de rei uend. Bar. in l. j. §. deinde. ff. de cloac.

† Domum, seu parietem suum cuilibet licitũ est altiare, usq; ad cælum: ut habetur in l. altius. C. de serui. & aqua. Quod tamen limita tribus not. modis, ut per Hippo. Marsi. sing. ccliiij. incip. Cuilibet licitum est. †

Domus moribunda ponitur in Spec. de do. & contu. §. vj. uer. item si res.

Domus solitæ habitationis quæ dicatur. in Spe. de compe. iu. adit. uersic. sed nunquid sufficit. & in clem. causam. de elect. infrà. uerb. Habitatio. uersic. j. & ibi per discursum. & suprà

† uerb. Citatio ad domum. uersi. xv. † Et Bald. in l. prætor. de his, qui deie.]

Domus habitationis patris dicitur etiam habitatio filij. Bald. in l. illud. C. communia de lega.

† Domus habitationis non dicitur, ubi quis ad tempus moratur. do. Pet. Phil. Cor. in consi. cclxxiiij. incip. Videtur. in litera P. in ij. parte.]

Domus confiscanda debet etiam cum supellectilibus confiscari. Bald. in l. iij. in ij. colum. uersic. unde si statuto cauet. C. de inces. nup. Sed Bart. contrà in l. fin. ff. de supel. leg. Item contra tenet Bald. in domo, in qua luditur. l. iij. in ij. colum. uer. & prædicta faciunt. C. de nau. fœn. ubi dicit uerum, nisi massaritiæ sint aptæ ad ludum: ut scamna, secundum Bald. ibidem, & j. uerb. Statutum. & j. uerb. Publicatio bonorum. uersi. xj.

† Domus quando uenditur alicui, ea, quæ sunt in domo posita, ut perpetuò ibi sint, licet nõ sint affixa, cedunt emptori. Quod est ualde notandũ, ut per do. Ias. in l. fin. in iij. col. uer. quid inter priuatos. ff. de constit. princ. & ibi an domo legata, uel donata, uel uendita, intelligatur uenditus hortus. †

Domus testatoris, in qua est relicta habitatio uxori, potest uendi per hæredes in prȩiudiciũ habitationis uxoris, dummodò ei prouideatur de alia æquè idonea: in Spec. qui fil. sint legi. uer. item quid si in præmisso. & ibi Bal. in addi. uer. pen. & in l. fundi Trebatiani. de usufru. leg. & in l. nihil. in princ. de leg. j. l. liberto. in princ. de annu. leg. facit l. si quis domum. in princ. ff. loc. Vide Bart. in l. Titia. §. fin. de leg. ij. arg. contra. in l. Aquilius. ff. de dona. & j. uer. Filius. & per Bald. in l. fin. C. de indic. uidu. Et si domus per hæredẽ mutetur uoluntariè, non tenetur mulier eum sequi: secus, si necessitate, arg. l. si quis domum. §. j. loca. secundum Spec. qui fi. sint legi. uer. sed quid si hoc casu. Sed si habitatio est simpliciter relicta, potest præstari etiam extra domum testatoris. Bald. in l. si domus. de leg. j. in prin. & in l. libertis. §. Lucius. de ali. leg. & ibi Bart.

Domus bona, & tuta requiritur, maximè tempore hyemis. l. prætoris. §. Neratius. & ibi Flor. ff. de ser. ru. prædi. aliàs l. ueluti. Et ibi Bald.

40 Domus legata non debetur, si tota destructa reficiatur: secus, si partim. l. si ita. §. si domus. & ibi Bartol. de leg. j. uide in l. seruum filij. §. si areȩ. eod. titul. & infrà, Legatum fundi. uersi. xxxiiij.

† Domus plures se tenentes simul, an dicantur una domus, uel plures. Rapha. Cu. in consi. lx. post me.]

Domus simpliciter legata debetur, quæ placet hæredi, si testator habet plures domos: sed si nullam habet, nulla debetur. l. si domus. in prin. & ibi doct. de leg. j. Item debetur ea domus, quæ est in ciuitate testatoris. l. quæ conditio. §. fin. de conditio. & demon. Ioan. de Por. in dicta l. si domus. in

† princ. † Vide do. Iason May. in repe. l. j. num. 8. C. de sacrosan. eccle.]

Domo legata, uidetur legatum etiam horrearium, & penus non remota à domo: secus, si sunt remota, & per se locari solita. glo. & Bart. in l. uxori. in prin. de leg. iij. uide in l. granaria. de act. emp.

Domo locata cedunt omnia, quæ cedunt ea uendita. l. ueteres. ff. de act. emp. glo. in l. creditor. §. fi. eod. tit.

Domo uendita, comprehenditur etiam fouea à grano facta pro usu domus ante domum in uia publica, si dominus ea utebatur cum domo, non si locabat, secundum dominum Diony. in consi. In Dei nomine, amen. Petrus uendidit Martino. Et an puteus in Spe. de emp. & uen. §. j. uer. ad euidentiam.

Domus an dirui possit in pœnam contumaciæ. infrà, Contumax punitur.

Domus solita habitari in ciuitate, non domus de præsenti habitata in rure, intelligitur donata, uel legata, quando quis donat, uel legat domum, quam inhabitat. Bald. sing. in l. j. de statu hom. & Alexand. in l. j. §. habitare. de his, qui deie. uel effu.

Domus ecclesiæ diruta debet refici per rectorem ecclesiæ. s. uerb. Clericus alienat. uersi. xxix.

Domo uendita, comprehenditur etiam molendinum. j. uerb. Molendinum. uersi. xxix.

Domus aliena an possit rimari, & inspici pro furto inueniendo. infrà, uerb. Furtum. uersi. 50. & j. eod. uersi. xciiij. & melius in uersi. lvj.

50 Domus dari debet stipendiarijs ad habitandum. l. ij. C. de meta. & epid. & ibi Bart. lib. xij.

Domus diruta, si refici non possit per dominum inopem, fiscus ei tenetur dare quantum sufficit ad refectionem, si uendi nõ potest alteri pro iusto precio, aliàs cogitur uendere pro iusto precio. Spec. sing. in tit. de satisd. §. hoc quoque. & Lud. Pon. in sing. uer. cccxxxvj. nota, quòd in plurib. locis. Bartho. Cep. de ser. ur. c. lix.

* Domus in tres partes diuidenda est, cùm militi in ea constitutum hospitium est, quarum prim. dominus. ij. miles eligit, tertia ad dominum spectat. nisi miles illustris sit: quo casu ad ipsum domus dimidia, ad dominum altera dimidia pertinet. l. ij. C. de meta. lib. xij. glo. in l. iij. §. eos milites. uer. quos. ff. de muner. & honor. Rolan. à Val. consi. lxvj. num. 1. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

† Singula. Domum si dedi ecclesiæ, ut me alat, domo perempta, tenetur tamen alere, ut not. Bald. in l. j. col. fi. uer. denuò quæro, dedi ecclesiæ. C. de iure emphy. Quod dictum pro ualde nota. refert, & sequitur Fran. Crem. no. j. Allegat rationem

tionem dicens, quòd hoc est, quia translato domino, periculum est emptoris, siue acceptatoris, nō autem ipsius dantis. l. Lucius. ff. de euic. l. necessariò. ff. de pericu. & commo. rei uendi. & sic domus perit periculo ecclesiæ, in quam trāslatum est plenum dominium. Vnde secus in re data in emphyteusim. Adde tu Petrū de Anchar. ubi de hoc dicto facit festum, in ca. potuit. in v. colum. uers. & prædicta inducit ad quæst. de loca. †

Domus locata potest aperiri per locatorem, & bona in ea posita describi, quando conductor se absentauit, & pensionem soluere cessauit. l. cùm domini. ff. locati. Quod est uerum, si locata est per quinquennium, & cessauit per biennium. Bal. in l. ædem. C. locati. Item uerum, nisi conductor fuerit uisus de sero, & de mane non appareat: quia potest statim aperiri. Bar. in d. l. cùm domini. secundum Alex. & ibi Bal. in l. certi. in prin. C. locati.

Domus preciosa dicitur quodammodò sterilis: quia precium eius non correspondet reditibus. Bal. in l. fi. §. sin autem legata. C. de bo. quæ libe.

Domus diuersorum dominorum si habeat unam clausuram, & unum introitum. uide Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Marcellum. ff. de ædil. edi.

Domum potest quis derelinquere, si uelit, ne cogatur ad eius refectionem. l. Pomponius. §. is autem. & ibi. Bart. ff. de negoc. gestis.

Domus aliena perquiri potest ex officio iudicis pro reperiendo furto, si subest suspicio, etiam nō citato domino domus. l. ij. & ibi Bal. C. de ser. fug.

Domus destructa potest refici usque ad pristinum statum altitudinis, & latitudinis, in quo erat ante ruinam, non obstante seruitute debita, ne luminibus officiatur. l. si testamento. & ibi Bar. ff. de ser. urb. prædi.

† Domum suam quis potest cooperire dimissa altitudine solita similium ædificiorum ciuitatis: & si de hoc uertatur cōtrouersia, dandus est arbiter, qui hoc habeat dirimere. do. Bar. Soci. in cons. cxlj. incip. Considerata. uer. his tamē non obstantibus. circa fi. in j. parte.]

Domus à uicino potest obscurari, nisi seruitus sit constituta. l. cum eo. & ibi Bar. ff. de serui. urb. prædi.

Domus locata, uel pignorata, uendenda potest ostēdi per dominum emptori, inuito conductore, uel creditore. Bar. in l. quamuis. ff. de pig. act. Bart. in l. à diuo. §. sed & illud. in fi. ff. de re iud. Quod uerum est, præstita prius sibi cautione de restituenda, uel quòd sibi de precio satisfiet. Bart. in l. sicut. §. illud. in fi. ff. qui. mo. pig. uel hypo. sol. & in d. §. sed & illud. in fi. & s̄. Creditor. in pignore. uer. lxvj.

60 Domus intelligitur locata pro pensione solita. Bald. in l. etiam. in fi. C. de iure dot.

Domus, quæ à parte ante est de una contrata, & à parte post est de alia contrata, & ab utraque habet ostium, debet esse de ea contrata, in cuius parte sunt bona pro maiori parte, uel quantitate. Ray. de For. in l. generali. §. uxori. de usufru. leg. Sed Bar. in l. prædijs. §. qui domum, dicit quòd censetur de illa parochia, in qua habet aditum: sed si habet utrinque, cedit ei, in quā magis in usu est aditus.

Domus habitationis dicitur domus mansionis, nō peregrinationis. Bal. in l. ea, quæ. in fi. C. quom. & quan. iud.

Domus debitoris fisci non potest dirui. l. cætera. §. hoc senatusconsultum. el j. & ibi doc. & Ang. de leg. j.

Domus in qua depinguntur arma principis, uel communis, debet confiscari. l. j. C. ut ne priua. ti. su. præd. uel al. impo. secundum Ioan. de Pra. in l. si procuratorem absentem. xj. col. ff. de procur.

Domus locari potest etiam meretricibus ad prostibulū exercendum. l. ancillarum. in fi. ff. de peti. hæred.

Domus cum curte quomodo diuidatur: uide s̄. uerbo, Diuisio. uersi. cxxxvj.

Domus, quæ stat prope murum ciuitatis, uel castri, debet dirui, quia ex ea posset dari aditus inimicis. l. ædificia, quæ uulgo. ff. de operib. publi. Bartol. in l. fi. ff. eod. tit. sed non est in usu.

Domus homicidæ diruenda ex forma statuti, debet dirui, etiamsi alteri sit pignorata. Ia. de Are. & Ange. contra Bart. & Bald. in l. j. ff. ad Syllan. Et quid si sit uxori pro dote hypothecata. Ang. ibidem. Item quid si sit locata alteri. Bart. in simili in l. plerique. de in ius uoc. Item non diruitur in præiudicium usufructuarij ex delicto proprietarij. Bal. & Alex. in l. iij. §. si filius. quod quisque iur. & per Bal. in c. j. §. rursus. de contro. inuesti. & Angel. in authen. bona damnatorum. C. de bo. damna. & quod not. in Specul. de sta. mo. uer. quintò quæritur.

Domo legata quid comprehendatur, an eius instrumenta, & suppellectiles. in l. fin. ff. de sup. leg. Flo. in l. sed & si quid. §. proprietatis. ff. de usufru. quòd instrumenta non ueniunt, nisi affixa, non alia, nisi sint legata instructa, uel nisi consuetudo aliter se habeat: ut ibi, & j̄. uer. Instrumenta fundi. uersic. penul. in fi. uide in l. fundi. de act. emp. Item,

70 Domo uendita, non ueniunt affixa. Bald. in l. j. C. de uerbor. signifi.

Domus in qua sit legatum onus redituum alicui, potest uendi, uel alienari per hæredem. l. nihil. in princip. & ibi Bar. de lega. j.

Domus per officialem nō potest discooperiri pro pignore faciendo de tegulis tecti. Bar. in l. nutu. §. fi. de leg. iij.

Domus pro artifice fabricanda ex promissione debetur fabricari talis, quæ sit apta artifici, & secundum eius qualitatem. Lud. in l. si insulam. de uerb. oblig. & Alex. in l. qui insulam. eo. tit. aliàs intelligitur de mediocri. ut ibi per do. Io. de Imo. & Alex.

Domus suæ quilibet est rex. xxiij. q. iiij. duo. Abb. post Io. And. in c. uenerabilem. de elec. & j̄. uer. Rex.

Domus cedit cum omnibus pertinentijs suis. l. prædijs. §. qui domum. & ibi Bar. de leg. iij.

Domus pignorata si comburatur & reficiatur, cedit pignori, & potest uendi uigore pacti de uendendo pignore. l. fin. ff. de pigno.

Domus contingua ecclesię cuius est, nō potest locari per procuratorem generalem ad locādum prædia, & domos ecclesiæ. Lapus sing. in decisio. xij. & Lud. Pon. in sing. uer. habet quis generale, &c.

Domus appellatione uenit familia descendens ab uno stipite, maximè in Thuscia. Bar. in l. j. in fi. princ. ff. ad Sylla. uide Bart. in l. pronūciatio. de uerb. signi. in l. fin. C. eo. tit. & in d. l. j. §. domini. el ij. & in d. l. j. §. fi. & in l. tutelas. ff. de capit. dimi. ubi etiam dicit, quòd domus quandoque ponitur pro habitantibus in ea, quandoque pro familia. Et ibi plenè uide an comprehendat bastardos: & suprà uer. Bastardi. uersicul. vj. & suprà eod. Item comprehendit etiam gastaldos, & factores. Lud. & Alexand. post gloss. in l. lecta. si cer. peta.

† Vide do. Petr. Phi. Corn. in consil. ccxvj. incip. Viso. per totum. in ij. parte.]

† Domus in iure quandoque pro agnatione ponitur. do. Pet. Phi. Cor. in con. xxvj. inci. uer. In litera A. in iiij. parte.]

Domus ad hospitale fiendum relicta, si uēdatur, & altera ematur, empta succedit ad onus hospitalis. Bart. in l. placet. ff. de lib. & posthu. facit l. filiæ. §. Titia. de condi. & demonstra. & quod per Barto. in l. Stichum qui meus erit. de leg. j. in q. de grano legato. & Bar. in l. si ita. in fi. de auro & argen. leg. & in l. si seruus. §. qui quinque. de leg. j. Item talis domus potest uendi pro dote uxori restituenda. Bal. in l. j. in fi. C. si aduer. uen. pig. & Pau. de Cast. cons. xj.

80 Domus destinata ad ecclesiam construendam, non dicitur ecclesia. Bal. in l. si nondum. C. de fur.

Domus non fit ex sola destinatione patrisfa. sicut fundus. l. si quis duas. §. si quis domum. communia prædi. secundū Io. de Por. in l. ita stipulatus. la grande. de uerb. ob. & Bart. in l. quod in rerum. §. si quis post. & ibi tex. de leg. j.

Domus pupilli non potest alienari. l. lex quę tutores. C. de administra. tuto.

Domus an possit destrui, ut ciuitas fiat magis decora. Ludouic. Pontan. in singu. uer. Officium. & j̄. uer. Officialis uiarum. uersic. j.

Domus uicini potest destrui propria authoritate, si incēdium imminet. Et,

Domo uicini destructa ad euitandum incendium, omnes uicini debent contribuere. in Spec. de actore. uer. item quod uidit papa. & j̄. uer. Incendium. uer. x. & uer. Vicinus. uersi. xviij. & s̄. eo. uer. xxxij.

Domum reuocandi ius, & quibus competat. in Spec. de reo. §. † j. uer. item delegati. & seq. † Et per Fel. plenè in c. fi. de foro competenti.]

Domum ædificans in præiudicium alterius, quomodo conueniatur. in Spec. de actio. seu peti. §. ij. uer. fi.

Domus destructa, & refecta non est eadem: secus, in naui dissoluta, salua carina. doc. & Alex. post Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. de uerb. oblig. gl. in l. qui usumfructum. ff. de † usufructu. † Et per Fel. in c. consuluit. de Iudæ.]

Domus faciendæ stipulatio non ualet, si non est dictum, in quo loco fieri debeat. in Spec. de compe. iudi. adi. §. j. uersic. quid si sit.

90 Domos plures habens, ubi citandus sit. in Spec. de cita. §. iiij. uer. quo facto. & s̃. Citatio ad domum. uer. xv. & de accusa. §. j. uer. sed nunquid sufficit.

Domum rei an quis intret ad citandum, reo inuito. in Spec. de cita. §. iiij. uer. sed an reo.

Domum qui reuocat, qualiter caueat. in Spe. de satisd. §. ij. uer. illud quoque.

Domus uicini si minatur ruinam, alteri danda est cautio damni infecti. titul. de damno infec. ff. per totum. & suprà, uerb. Damni infecti. per totum. & uer. Citatio de damno infecto. per totum.

Domum alienam domino inuito an liceat intrare aliquo casu. in Spec. de instrum. edi. §. sextò ponam instrumenta.

Domus cùm petitur sola, uel quando cum rebus in ea existentibus, qualiter formetur libellus. in Spec. de libel. concep. §. xv. uer. si autem. & seq.

Domus si sit facta in area conducta per conductorem, qualiter agatur contra eum. in Spe. de proprie. §. j. uer. est utilis.

Domum habens prope aream uicini, an possit prohibere ædificantem in area, in qua non fuit ędificatum per triginta annos. Item,

Domum habens an possit facere pontem in ea super uia publica. in Spec. de propriet. §. ij. uer. sed pone, habuisti. & seq. & j̃. uer. Pons. uer. vj. cum alijs seq.

Domum habens, si promisit fenestram nō facere in muro domus, an ea uendita emptor possit fenestram facere. in Spec. de emptione & uenditione. §. j. uersic. sed pone. & j̃. uer. Pactum extenditur. uer. xvj. quòd sic.

Domum quando locatur pro certa pensione, quomodo cōficiatur instrumentum. in Spe. de loca. §. j. circa princ.

Domus superficiaria quæ dicatur. in d. §. j. uersic. si uerò quis. in fin.

Domus locata habet inuecta sibi hypothecata pro pensione, & damno in domo facto. in Spe. de loca. §. v. uer. porrò. & s̃. uerbo, Bona inuecta. uer. j. ubi plenè.

Domus uiri & uxoris una est. in Spe. de feu. §. ij. uersi. xx. & in † tit. qui fil. sint leg. uer. sed pone, non cogitur. † Et do. Barth. Soci. in cōsi. cclxxxvj. incip. Visa. uer. secunda ratio est. circa medium. in ij. parte.]

Domus, quam quis uult habere pro derelicta, debet refici. in Spe. de censi. §. ij. uer. quid si uniuersitas.

Domus appellatione continetur & domicilium. in Spe. de iniur. §. j. uer pone, in statuto.

Domus quandoque ponitur pro substantia, uel patrimonio. l. j. C. de inge. manumis. & l. j. C. ne lice. po. Alexand. in l. lecta. si cer. peta.

Donatio dicitur exceptionum remissio, quando aliud remedium agendi non competit. Bal. in l. uenditrici. in fin. C. de re. ali. non ali. not. in l. si quis delegauerit. ff. de nouatio.

Donatio fieri dicitur à me tibi, si mando uolenti donare mihi, quod donet tibi. l. ideoque. ff. de dona. inter uir. & uxo. non autem, si mando testatori uolenti legare mihi, quòd leget tibi. l. sed si uir. §. quòd legatarius. eo. tit. Sed Lud. Pon. in singu. uer. Donatio. uer. dicit. l. ideoque.

Donatio à spoliato non præsumitur facta sponte. cap. solicitæ. de restitu. spo. cap. super hoc. de renuncia. Paul. de Castr. consi. lxxij.

Donatio personalis dicitur, quæ facta est personæ: si uerò est facta loco, dicitur realis, secundum Abb. anti. in c. cùm uenissent. de insti. & Bal. in Mar. uer. donatio. uer. fi.

† Donatio quæ est in spe, cadit etiam in iure. do. Barth. Soc. in consi. clxxxix. incip. Viso testamento. uer. ergo dictus Ioan. in ij. parte.]

Donatio facta ambasiatoribus cui debeatur, inspicitur cuius contemplatione facta sit, secundum Flor. in l. si serui. ff. de usufru. & per Bar. Ioan. de Imo. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uul. & pu. & Bal. & Bar. Alex. in l. socium. §. socius. ff. pro socio. & Bar. & Ioan. de Pra. in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procu. Hostien. ibi, & glo. Dy. Bart. & Bald. Imo. & doct. in l. si uerò. in prin. sol. ma. & Cy. in l. manifestissimi. C. de fur. ubi Bal. in §. pe. dicit, quòd in dubio non debet restitui domino mittenti: sed retinenda est ab eis. Vide Io. And. † in c. collatione. de appel. li. vj. in Nouella. † Et per Fran. Are. in d. l. si pater. §. in arrogato. de uul. & pup.]

Donatio uera non dicitur per clausulam in instrumento uenditionis poni consuetam, Et si quid plus ualet, donat emptori. Bar. in l. si tibi decem, in prin. ff. de pac. nisi sit læsio ultra dimidiam iusti precij. Bald. in rub. C. de contrahen. emptio. xij. col. ubi idem dicit in diuisione.

Donatio hodie nudo pacto perficitur, si in eo causa exprimatur: secus, si simpliciter promittatur sine causa. Bart. in d. l. si tibi. ff. de pac. in fin. princip. & Bald. in l. fi. in fi. C. si cer. peta. dum dicit, quòd

Donatio præsumitur, quando fit promissio sine causa, & stipulatio interuenit: non si pactum, uel confessio. Bald. in d. l. fi. Item,

10 Donatio hodie nudo pacto perficitur. gl. & Bal. in l. si donationes. C. de contrahen. emp. l. si quis argentum. §. pe. C. de dona. Quod uerum est, etiamsi sit conditionalis. glo. sing. & Alex. in l. si quis eum. de iureiur.

† Donatio est actus perfectus, & irreuocabilis. domi. Barth. Socin. in consi. ccxxvj. incip. Quæstio. in uersic. xxx. loco. in ij. parte.]

† Donationis conuentio parit actionem ad agēdum, licet regula sit in contrarium. do. Bar. Soci. in consi. clxxxix. incip. Viso. uer. secundum, quod speciale est. in ij. parte.]

Donatio in mandato generali non uenit. l. filiusfa. ff. de dona.

Donatio absenti facta sine nuncio, uel epistola, quam nullus recipit pro absente, nulla est. l. absenti. de dona. Bal. in l. cùm uirum. j. colum. C. de fideicomm. per l. illud. C. de sacrosan. eccle. & per Alexand. consi. cviij. iiij. parte. & in l. à Titio. de uerbo. obligat. nisi fiat pio loco, secundum Bald. in d. l. illud. ij. colum. & Pau. de Cast. consi. liiij. uel pauperibus in testa- † mento, non in contractu. gl. & Bar. ibidem. † Et domi. Petr. Phil. Cor. in consi. ccliiij. Licet. in litera A. in iij. parte.]

† Limita in dote, quia acquiritur actio mulieri absenti super dote data per tertios, dato quòd sit absens. uide Deciū no. consi. xxxv. col. j. in prin. ubi nota tam in patre, quàm in extraneo promittente dotem absenti. Item limita in donatione tacita, quæ non requirit præsentiam, per notata per Bar. in d. l. ij. C. de pactis. in fi. & Dec. ubi s̃.

Donatio propriè non dicitur, in qua precium, uel modus interuenit. Bart. in l. si tibi pecuniam. ff. si cer. peta. & Alexand. in l. iurisgētium. in princ. de pac. & in d. l. si tibi. ubi infert ad statutum de donatione. & ibi Pau. de Cast. & Bar. in l. j. ff. de dona. & ibi Imo. & Bart. in l. filiusfa. ubi etiam Ioan. de Imo. eodem tit. & Bald. & Rapha. in l. ut liberis. C. de col. & Bald. in auth. eò decursum. C. de dona. ante nup. & j̃. Statutum de contractibus.

Donatio etiam perficitur traditione, uerbis, & nudo cōsensu. gl. & Bal. in l. si donationes. C. de contrahen. emp.

Donatio non dicitur fieri per uerba, Donabo tibi, quia importat promissio de donando. Ioan. de Imo. in l. ædibus. §. j. ff. de dona. & Alex. in l. iurisgentium. in princ. ff. de pac. per glo. xxj. distinct. in nouo.

† Donare nō dicitur, qui soluit scienter cum fraude. no. Alex. in l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. actio.

† Adde, quòd donatio dicitur rei licitæ nullo iure cogente, mera liberalitate facta collatio, secundum Hosti. & dicitur Græcè δωρεά.

† Adde, quòd donare est perdere, ut secundum Chass. in titul. des enfans de plusieurs lictz. §. vj. in consuet. Burg. per leg. filiusfamiliās. ff. de dona. nec donare, & sic suum iactare nemo præsumitur. l. cùm de indebito. §. fin. ff. de probat. per gl. in l. solent. §. fin. ff. de offi. procon. & lega.

Donatio

Donatio est contractus nominatus. Alexád.in l.fi.ff.de condi. ob causam.& in l.iurisgentium.de pac. Quod uerum est, nisi cadat in aliud pactum: quia tunc dicitur innominatus,& habet locum pœnitentia,quo ad deducta in pactum.Barto. no.in l.Aristo.de dona.& Alex.in l.qui Romæ.§. Flauius.de uerb.oblig.

20 Donatio ob causam non dicitur propriè donatio. Ludo. & Alexand.post Bartol.in l.fi.ff.de conditio.ob causam. † Vide domi.Pe.Philip.Cor.in consi.xlv.incipien.Licet. per totum. in iiij. parte. ubi an dicatur propriè donatio,ita quòd comprehendatur in statuto de donationibus nõ faciendis sine certa solennitate: & an causa non secuta talis donatio reuocari possit.]

Donatio rei communis facta per unum socium, altero consentiente,an ualeat. Bald. in Marg.uer.Concedens.uer.fi.& j̄.Socius.

Donatio fructus uillæ facta uni, an ualeat, si postea alteri donetur proprietas uillæ.Pau.de Cast.consi.cxx.

Donatio generalis an comprehẽdat ea, quæ sunt alteri specialiter donata.Pau.de Cast.consi.cxx.

Donatio secunda facta à donatario in uita donanti ualet: sed non dicitur facta à primo donante, sed ab ipso donatario. Pau.de Cast.consi.cj.

Donatio dicitur contractus. l. si donationis. & ibi Bald. C. quod met.cau. Paul.de Castr. consil.100. & Bald. in l.fin.C. de litigato. ubi infert ad statutum de gabella pro contractu soluenda,& per Bald.in l.contractus.ij.colum. C.de fide instrumen. & ibi gloss. & Salic.post Bald.in l.fi.§.si quis.C.de præscript.trig.anno. quod est contractus, & iuramento firmatur,quando fit à minore. Quod est uerum impropriè,secundum Bart.in l.si donationis. & Bald. in auth. sacramenta.uer.ulterius quæritur. C.si aduer.uen.& in d.l.cõtractus. & ibi Sali.

Donatio, quæ incipit à traditione, est contractus nominatus. l.Aristo.de do.Bartol.in l.iuris gentium. in princi.ff.de pac. dicit,quòd donatio est contractus nominatus: secus,in pacto de donando. Sed Bald. in l.ij. in fin.C.de dona.ob causam. dicit, quòd est contractus nominatus, & semper fuit, sed olim fuit fragilior,quàm hodie.& Bald.in rub. C.de rer. permuta.idem Bart.in d.l.ij.dicit,quòd donatio simplex est contractus nominatus olim, & hodie: sed donatio ob cau-
† sam est contractus nominatus.†Et Bald.in tracta.de Pac.in xij.& xiij.col.& Fran.Are.in l.fi. de condi.ob causam. & Ias. May.Insti.de actio.§.in personam.num.59.

Donatio est contractus stricti iuris. l. eum, qui donationis. ff. de donatio.Bar.in l.in ædibus.§.j.eo.tit.

Donatio inualida an ualeat,saltẽ in uim pacti.Bar.in l.si quando.de leg.j.

Donatio simulata dicitur figurata, & quasi depicta. l.ab Anastasio.& ibi Bal.C.mandati.

30 Donatio in testamento fieri potest. gloss. & Bartol. in l.hæredes palàm.§.fina.ff.de testamen. Flor. in l.in lege.§.si quis testamentum. ad legem Aquil. Quod est uerum,si sit pura, non si conditionalis: ut si reuocabo testamentum, ex nunc dono. Bald. in l. cùm antiquitas. C. de testa.ubi etiam dicit idem in uenditione.Item,
† Donationis appellatione permissiuè non uenit donatio causa mortis,sed appellatione donationis prohibitiuè. Vide Bald. in c.j. in princ. colum.iiij.& v.de prohib.feud.alie. per Fede.

Donatio,quæ fit,ne testamentum mutetur,non ualet.Dyn.in consi.x. Quæstio talis est, Titius,&c. & Bald.in l.cùm antiquitas.C.de testa.

Donatio rerum pertinentium ad donantem,ualet,& comprehendit nomina debitorum.Gui.Cyn.& Bald.in l.j. ff.de sta. hom.Barth.Cep.in l.pecuniæ.x.q.de uerb.signifi.

Donatio est triplex, scilicet mera inter uiuos, & mera causa mortis,& mista.Bal.in addi.Spec.de instru.edi.§.si quis dona. & gl. Bar.in l.legatum.de leg.ij. ubi dicit aliam esse,quæ dicitur legatum, ut ibi.Item alia est remuneratoria, alia ob causam,secundum Bar.ibi.& j̄.uer.seq.

Donatio non tollit ius hypothecæ creditoribus. l. si quidem ante. & ibi Bartol. C.de donatio. inter uir. & uxor.& j̄.eod. uersic.xlj.

Donum non petitum gratius est.unde uersus:

Gratius est donum,quod uenit ante preces.

Secundum Card.in cle.ij.§.j. de censi. de simo.ca.& si quæstiones.

Donatio facta domino castri in loco meticuloso,ut in arce,uel castro,an dicatur metu facta. Alex.consi.clvj.ij.parte.

Donatio quot modis fiat.per Bartol.in l.ij.§.si uxor. ff. de donatio. inter uir. & uxor. & infrà in deductione donationis habetur.

Donatio facta in domo coram iudice,dicitur facta in iudicio. Bal.& Pe.de Sun.in l.generaliter.§.fi.de reb.cre.& iureiu.& Pau.de Cast.in l.fi.in fi.ff.de iusti.& iure.

Donatio fieri non potest etiam per procuratorem cum libera. no.in l.contra iuris.ff.de pac.docto.& Pet.de Sun.in l.fi.§.fi. C.de tempo.appella. Bart.in l. procurator,cui libera.in fi.ff. de procur.

† In donatione dubia debemus recurrere ad coniecturatam mentem disponẽtis. Non ergo fauore donationis debemus ampliare materiam contra mentem donatoris. facit l. semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.& in regula,in obscuris. eo.tit.lib.vj. Abb.in c.cùm dilecti.de dona.

† In donatione, quam facit laicus ecclesiæ, potest apponere pactum de soluendo certã pensionem hæredibus, uel quòd res donata incidat in commissum,si pacta non obseruentur. facit quod legitur & no.in cap.uerum.de condi.appo. Abb. in d.cap.cùm dilecti.

† Donatio iuris spiritualis facta laico intantum est nulla, quòd nec etiam sufficientem titulum præscribendi tribuit: ut in capit.dudum.de deci. Et quia ratio recipiens talem titulum credens eum ualere, errat in iure: qui quidem error non prodest in usucapione: ut in l. nunquam. ff. de usucapio. Licet ergo habeant bonam fidem, cum tali titulo non præscribit.Facit tex.cum gl.in c.Apostolicæ.de dona.Abb. in c.dudum.circa prin.de deci.

Donatio non uenit in fideicommissum,nisi dictum sit expressim,uel nisi sit testamento confirmata.Bald. post Dyn.in l.si in donationibus. C. ad legem Falcid. Bart.in l.Marcellus.§. quidam.ad Treb.no.in l.cùm uirum. & ibi Bald.in lec.anti. ult.col.& in lec.noua. j. col. C.de fideicom.& ibi glo.ordi.& no.in l.sequens quæstio.de leg.ij.

Donatio refutata habetur pro non facta. Pau.de Cast.cõsi.xj.

Donatio nondum quæsita minori potest per eum repudiari, uel alienari sine solennitate statuti. Pau.de Cast.consi.xj.

40 Donare uidetur, qui soluit scienter ex falso testamento. Itẽ qui scienter transigit super falso. Item qui sciens causam nõ subesse, causam coloratam apponit in promissione, quam facit alteri.Bal.in l.si ueritas.C.de fideicom.

Donatio dicitur perfecta etiam sine traditione. Insti.de dona. §.aliæ.C.eod.titul. l. si quis argentum.nisi fieret in fraudem creditorum. Bart.in l.j. C.de iure fisci. lib.x.& s̄.eod.uersic. xxxj.Item nisi fiat filio, quia non dicitur perfecta sine traditione, & non confirmatur morte. Bald. in authen. ex testamento.vj.colum.quem etiam uide in l.ij. C. de inoffi.dona. & in l.& si mortis.C.ad legem Falcid.quòd facta causa mortis filio suo ualet statim: sed simplex non nisi cum traditione sit facta pro meritis notorijs,uel expressis, uide Cy. in l. j. C. de donatio. ante nup. & j̄. uer. Donatio inter patrem. uer.j.& lxj.

Donatio fit per acceptilationem,non per aliam simplicẽ confessionem.Bar.in l.si ex pluribus.de solu. per l. mortis causa capio.§.fi.ff.de do.cau.mor.

Donatio inualida ex forma statuti propter solennitatem non seruatam potest probari per testes, licet non per instrumẽtum. Paul.de Castr.consil.xcix. & j̄.uer.Instrumentum.el j. uersi. xij.

Donatio ob merita ultra mensuram meritorum non ualet. j̄. uer.Donatio remuneratoria.uer.viij.

Donatio abbatis an ualeat.Inn.in c.cùm in officij. de testa.

† Donatio inter monachum & abbatem firmata iuramento an ualeat,uide j̄.in uer.Donatio à prælato.uer.iij.]

Donatio an dicatur perfecta per uerba, Dono tibi fundum, & tu respondes,Placet. Barto.in l.absenti.de dona.in princip. quòd sic,si uterq; est præsens,non si absens: sed donatarius audita donatione sibi facta acceptat,ut ibi per Bar.

Donatio præsumitur facta contemplatione eius, cui fit. Bald. in l.iij. C. qui ad lib. procla. non licet.

Donatio si fiat duobus, scilicet uni primo, & alteri secundo, prima, præualet: per Alex. consi. lix. iiij. parte. & consi. xiij. j. parte. ubi dicit uerũ, si primo fuit facta traditio, per l. quoties. C. de rei uend.

Donatio est res utilis & ingeniosa, quia acquirit amicos. cle. j. §. nos. & ibi Card. de reli. & uene. san. & Ouidius:

Crede mihi, res est ingeniosa, dare.

xlv. distinct. qui sincera.

50 Donatio sine causa est dilapidatio. l. ab agnato. & l. fi. de cura. fur. Alex. in l. j. in prin. de uer. ob.

Donatio usurarum facta usurario non ualet. Bald. in l. ab Anastasio. C. mand.

Donatio morte confirmata trahitur retrò, quo ad fructus & partum. gloss. & Angel. in l. j. C. de donatio. in augu. & ab augu. fac.

Donatio non præsumitur facta præsenti ex uerbis instrumenti, præsenti, & recipienti, &c. Paul. de Cast. sing. in l. illud. C. de sac. san. eccle. & s. uer. clausula præsenti. in clausulis Cõtractuum. & j. uer. Præsentia. uersi. xx. & xxiij. & uer. Instrumentum.

Donatio cõfirmatur morte, etiamsi donans occidatur ab alio, nõ si à donatario. l. si tibi res. & ibi Bal. C. de dona. ante nup. & in l. fi. C. de donatio. inter uir. & uxor.

† Donatio à uulnerato ad mortem in præsentia septem testium facta per ista uerba, siate rogati, como io dono a mia madre tutti li mei beni, non facta mentione unicæ suæ filiæ, & ipsa matre absente, an, & pro qua rata ualeat: uide do. Petr. Philip. Corn. in consil. ccliij. incip. Licet per totum. in iij. parte.]

Donatio dissoluitur solo dissensu, sicut solo consensu perficitur: & quid si donator constituat se precariò possidere. Bal. in l. in uenditione. iij. q. C. quando lic. ab emp. disced. & j. in uer. Precarium. uer. xxxvij.

Donatio non tollit ius hypothecę creditoribus. l. si quidem. & ibi Bar. C. de dona. inter uir. & uxor.

Donatio propriè dicitur, quæ incipit à traditione. Pau. de Castro consi. cxl.

Donatio dicitur renunciatio iuris principalis, non autem renunciatio iuris hypothecæ, uel pignoris. Bald. in l. etiam. C. ad Velle. & ibi no. in l. qui obligauit. ff. de dona.

Donatio confirmata morte donatoris sapit naturam ultimæ uoluntatis. l. filiæ cuius. ff. fami. erc. & Bal. tenet in l. ij. v. oppo. C. de condi. ob cau.

60 Donatio simplex habet uim delicti, ideo non confertur. Bald. in l. si donatione. in prin. C. de colla. Quod uerum per suum suo, nisi donator dixerit, uel nisi inæqualitas sequeretur, ut quia unus confert donationem propter nuptias, uel dotem, & alter non cõfert donationem simplicem. Bal. in l. emancipati. ult. col. C. de colla. per l. illud. §. fi. eo. tit.

Donationem recipiens pro alio ignorante, tenetur actione negociorum gestorum, ad restituendum domum, sed pro sciente tenetur actione depositi. l. fideiussor. §. fin. & ibi glo. & Bar. ff. de neg. gest.

Donatio fundi ad usum transmittitur ad hæredem, secundum Bal. no. in l. ij. C. de inoffi. dona.

Donandi animus non pręsumitur in emente pro alio, si ementi fit traditio: secus, si ei, pro quo est emptum. l. si filij. & ibi Bar. C. de dona. inter ui. & uxo.

Donatio præcedens facit præsumi aliam subsequentem. l. id quod. §. si cui. & ibi Bar. ff. mandati. & in l. si uerò non remunerandi. §. idem Papinianus. & ibi Bar. eo. tit.

Donatio facta certæ personæ requirit consensum utriusque partis: sed secus est, si est facta incertæ personæ: ut quando res habetur pro derelicta, uidetur donari occupanti. Bar. in l. quod seruus. in fi. ff. de stip. seruo. uel quando promittitur dos pro muliere incerta: quia tunc cẽsetur donatio. Paul. de Cast. & Alex. in l. à Titio. de uerb. oblig. & j.

Donatio ad usum, uel pro alimentis facta de fundo, an comprehendat proprietatem. Bartol. in l. ij. ad fin. C. de inoffic. do. Innoc. in c. pastoralis. de priuil. Bart. in l. donationes. §. species. de dona. quòd sic. Quod uerum, secundum Bal. ubi s. nisi donetur in alimentis tantùm. Item nisi donetur extraneo: ut ibi. uide Bar. in l. iiij. in fi. prin. ff. de ali. leg.

Donatio dicitur, quando res habetur pro derelicta. glo. & Bar. & ibi plenius per Alexand. in l. j. ff. si ex noxa. causa agatur. & in l. quod seruus. ff. de stipu. ser. & ibi Angel. Imo. & Alex. Quod uerum impropriè, secundum Alex. in d. l. j. ubi dicit non requiri insinuationem, nisi constet de fraude, ut quia coniunctus occupet, uel statim occupatur, postquam res est habita pro derelicta. Idem de insinuatione tenet Alex. in d. l. quod seruus. ubi etiam dicit, an tunc sit soluenda gabella, tanquam de donatione. De quo per Bal. in l. contractus. de fide instru. Item subdit, quòd re integra habet locum pœnitentia. l. ij. cum glo. C. qui bo. ce. pos.

Donatio sub modo cum pacto, quòd donator possit propria authoritate reingredi possessionem rei donatæ, si modus non impleatur, non ualet. Innocen. in cap. uerum. de foro competen. licet ibi Arch. & doc. contrà, per c. cùm dilectus. de proba.

Donatio an ueniat appellatione uenditionis. in l. uoluntas. & ibi doct. & Bald. C. de fideicommis. & Bartol. in l. filius. §. diui. de leg. j. & j. Venditio. in princ. & tex. quòd non. in cap. j. de his, quæ fi. à præl. & ibi Abb. dicit uerum, quando habetur mentio precij, & ex communi usu loquendi, & in odiosis: aliàs secus.

70 Donatio dicitur etiam collatio beneficij ecclesiastici facta per episcopum. Arch. in cap. fin. de off. uica. in vj.

Donatio ususfructus si fiat, quomodo concipiatur instrumentum. in Spe. de emp. & uend. §. j. uer. sed si usufructu.

Donatio redituum intelligitur de possessionibus, quas habet donans, nisi aliter sit expressum. in Spec. de loca. & conduc. §. vj. uer. lxxvj.

Donatio rei emphyteuticæ an fieri possit per emphyteutam, domino non requisito. in Spe. ubi s. eo. §. uer. clxxx. & j. uer. Emphyteusis. Bal. & Imo. in l. usufructu. ff. so. ma.

Donatio fit sine precio. in Spe. ubi s. & uer. seq. Item,

Donatio dicitur etiam dare in dotem. in Spe. ubi s. & uer. seq. & j. Dos. j. & j. §. prox.

† Donationis appellatione an ueniat legatum, & fideicommissum, uide do. Pe. Phi. Cor. in consil. ccliij. incip. Licet. in litera C. & D. in iij. parte.]

Donatio à testatore facta dicitur legatum. in Spe. ubi s. & l. legatum. de leg. ij. & habet uim legati in tit. de dona.

Donatio si fiat pluribus, & unus repudiat, an eius pars accrescat alijs. Item,

Donatio à sola donantis potestate dependet. Item,

Donatio sola nuda uoluntate uidetur tolli. Item,

80 Donatio non dicitur debiti solutio. in Spe. de dona.

Donationis pacto oritur actio. in Spe. de sta. reg. uer. xlvj.

Donatio perfecta non recipit conditionem. in Spe. qui fil. sint legiti. uer. sed nunquid.

Donatio an obliget ad antidora. j. uer. Nobilitas. uer. iiij.

Donationis appellatione non continetur remuneratio. Bart. in j. const. Digestorum. & in l. Aquilius. de dona. & omnino per Alex. in l. iuris gentium. §. quinimò. de pactis.

Donatio rei litigiosæ facta ignoranti, ualet, & obligat donantem, saltem ad æstimationem rei. l. fin. C. de litigio.

Donatio instrumenti expressa arguit donationem rei cõtentæ in illo, non autem simplex traditio instrumenti. Alexãd. post Bar. in l. ij. ff. de pac. & per Ioan. de Imo. post Butri. in c. ecclesia. ij. ut lite non contest.

Donatio annua transitoria ad hæredes est. l. sancimus. §. fin. C. de dona. & Alex. in l. Stichum. §. stipulatio. de uer. oblig.

Donatio facta fisco absenti nõ ualet, si nemo stipulatur, uel recipit eam pro fisco. Bald. in l. decernimus: ad fi. in addi. C. de sac. san. eccle. & Alex. in l. j. in prin. de iure fisci.

Donatio magistratuum fieri non potest. l. quod contra. ff. ad l. Iul. repe. Alex. in l. iuris gentium. §. prætor. ff. de pact.

90 Donatio facta uni sociorum, non communicatur alteri. j. Socius.

Donatio de omni eo, quod quis habet in certo territorio, non comprehẽdit actiones personales. Bar. in l. j. ff. de sta. homi. Alex. consi. xcij. iiij. parte.

Donatio rei prohibitæ alienari fauore publicæ utilitatis non obligat donatarium, nec ad rem, nec ad precium. l. j. de contrac. iud. Sed secus in ꝓhibita alienari ex alia causa, quia ualet do-

let donatio in odium donantis, quo ad precium, si fiat ignoranti: secus, si scienti. l. fin. C. de litigio. secundum Lud. Pon. in sing. uer. dona. uer. quæro de quadam.

Donatio facta à muliere, licet prohibita fideiubere, ualet. Bal. in l. uoluntas. j. col. C. de fideicom.

Donatio rei alienæ non est propriè donatio, quo ad dominium, sed quo ad titulum sic. Bald. in l. post mortem. in fi. C. de fideicom. & non tenet. Abb. in cap. quòd autem. de iure pa. sed debet insinuari, quando donans tenetur de euictione. & Bald. ibi.

Donatio non uidetur prohibita, quando est prohibita uenditio, secundum Bald. in l. uoluntas. C. de fideicommis. in j. & ult. colum.

Donatio an requirat scripturam. l. sancimus. & in l. si quis argentum. C. de dona. quòd sic, si fiat ultra trecentos solidos, ut ibi.

Donatio per me facta amico meo postea instituto hærede per me unà cum filio meo, non confertur filio meo. Bald. in l. emancipati. C. de collatio.

Donatio clerici facta meretrici, non ualet. Bar. in l. affectionis. ff. de do. Bar. Bald. Ang. & doc. in l. ij. C. de do. inter uir. & uxor. Bar. in l. miles. de re iud. Sed

Donatio facta concubinæ ualet, uel amasiæ, ut ibi, & l. si prædia. & ibi Bar. ff. eo. tit.

Donatio incertæ personæ certificandæ ex certo euentu, quandoque præsumpta inducitur. l. qua ratione. §. fina. de acquiren. re. do. doct. & Alexand. in l. à Titio. ubi Paul. de Castr. de uerb. obl

Donationis materiam supple j. per uer. seq.

Donatio præsumitur in multis casibus exceptuatis, de quibus j. quia

Donatio non præsumitur regulariter. l. Campanus. ff. de ope. liber. l. cùm de indebito. ff. de probatio. & in Specul. de dona. & de procu. in princip. fallit primò, nisi fiat à consanguineo, etiam tacitè, scilicet non petendo à consanguineo debitum per longum tempus. l. Procula. ff. de proba. l. si seruus communis. §. fi. ff. de donation. inter uir. & uxor. gl. in l. cùm proponas. C. de pact. & ibi Bald. in l. j. C. ad Velleia. & in l. licet. j. quæst. C. de iur. delibe. Bar. post glo. in l. libertis, quos. §. j. de ali. leg. & l. quæ dotis. & ibi doc. ff. solu. mat. & ibi glo. & in l. qui patitur. ff. mandati. & in l. utrum. ff. de dona. inter uir. & uxo. & Pau. de Cast. cons. clvij. ubi dicit uerum, etiam in materia feudali post annum. Secundò, nisi sit mutua & reciproca. l. si uerò non remunerandi. §. deinde. ff. manda. gloss. & doc. in l. quæ dotis. solu. matrimo. Bald. in l. ij. C. de iur. dot. Tertiò, nisi fiat pauperi nobili, uel diuiti. gloss. in l. uxori. §. fi. de leg. iij. & Bald. in l. j. C. ad Velleia. Quartò, nisi fiat de modica quantitate. gloss. in l. cùm quid. si cer. peta. ubi plenè de hoc articulo per doct. & Alexand. Quintò, nisi diu debitum non petatur. d. gloss. in d. l. quæ dotis. & in d. l. Procula. Sextò, quando alius titulus non subest. l. penult. de conditio. ob tur. cau. facit gloss. in l. dispensatorem. de solu. Et ideo Bald. in l. j. C. ad Trebel. dicit, quòd non præsumitur donatio, si alia etiam leuis coniectura subest. Septimò, ratione consuetudinis, ut in iocalibus datis sponsæ: ut l. cùm plures. §. cùm tutor. de admi. tuto. secundum Bald. in d. l. ij. C. de iure dot. ubi ponit casus prædictos. & Bar. in d. l. cùm quid. & in d. l. quæ dotis. Octauò, si datur sine causa, & stipulatio interuenit, non si pactum, uel confessio. Bald. in l. fina. C. si cert. petat. & Bart. in l. nuda. ff. de dona. Nonò, si quis scienter soluat indebitum: quo casu uidetur donare. Secus, si per errorem. l. j. & ibi Bald. j. no. C. de condi. indeb. de reg. iu. l. qui per errorem. Et ibi dicit Bald. esse aliter dicendum de eo, qui scienter expendit falsam monetam: quia non uidetur donare. Adde Fran. Are. in l. si procurator. de cond. ob causam.] Decimò, si mater stipuletur pro filijs. Bart. in d. l. quæ dotis. ubi dicit secus in patre. Et plenius dic ut j. uer. Mater. el j. uersicul. x. & uerbo, Mater agit. uer. v. & uer. Pater contrahit. per discursum. Vndecimò, si accedat in dante ratio sanguinis, cum cursu decennij. gloss. & Bart. in l. libertis, quos. ff. de alimen. lega. Duodecimò, si præcedant merita condigna. Bald. in c. si cautio. de fide instrumen. & in d. l. ij. C. de iure dot. Pau. de Cast. in l. traditionib. C. de pact. Decimotertiò, si fiat à diuite, in quo ratione diuitiarum datio præsumitur liberalitas, sicut ratione dignitatis & nobilitatis, secundum Bald. in l. j. C. ad Velle. & s. eodem, in tertia fallentia. Decimoquartò, si coniunctus contrahat nomine coniuncti: quia uidetur donare ei pro quo contrahit. doc. & Imo. in d. l. quæ dotis. Vide Bart. in l. mulier. §. Paul. ff. de iure dot. Quod est uerum, nisi stipuletur de mandato eius. l. si mandato. in princip. & ibi Bartol. ff. mandati. Decimoquintò, si mando uolenti donare mihi quòd donet tibi, quia uideor donare tibi. l. ideoque. ff. de dona. inter uir. & uxo. & s. uer. Donatio. el j. uer. ij. ubi dixi. Secus in uolente legare, per l. sed si uir. §. quod legatarius. eo. tit. Item si pater dotans stipulatur restitui dotē filiæ. Pau. de Cast. consi. cxxij. †Prædicta uide per Fel. in c. si cautio. de fide instru. & do. Soci. in consi. cclxiiij. incip. Visis instrumento donationis. uersic. circa primam difficultatem. cum uer. seq. in ij. parte, charta. clxviij. & in consi. xciij. incip. Circa prin. uersi. circa quartam dubitationem. cum tribus uersic. seq. in j. parte char. clix. & quid per Feli. in c. nouit. de iudi.] Adde Decium consi. clxxvij. in princip. quòd donatio non præsumitur, & quòd potius debet capi præsumptio, per quam actus redditur inutilis ad excludendam præsumptionem donationis: uide Ias. in l. si procuratori falso. ff. de condi. ob cau. col. iij. uer. ij. nota.

Donatio rei communis facta uxori per maritum scientibus & tacentibus fratribus donantis, ualet in eorum præiudicium, & ipsi ratione affinitatis consentiendo præsumuntur donare. l. si seruus communis. §. fin. ff. de dona. inter uir. & uxor.

Donatio tacita præsumitur, & resultat in filium ex stipulatione patris stipulantis sibi in uno casu, & filio in alio casu. Bald. in l. j. ad fin. C. per quas perso. no. acqui. per l. Publia. ff. depositi.

Donatio facta consanguineo non præsumitur causa remunerationis. l. Aquilius. ff. de dona.

Donatio præsumitur in eo qui scienter soluit ex falso testamēto, & in eo, qui trāsigit scienter super falso, & in eo, qui causam coloratam apponit in promissione, secundum Bald. in l. si ueritas. C. de fideicom.

Donatio præsumitur facta contemplatione eius cui fit. Bal. in l. iij. C. qui. ad lib. procla. non licet.

Donatio facta creditori à debitore, an uideatur facta animo compensandi. Alex. consi. xij. ij. parte.

Donatio præsumitur, quando dos ab extraneo promittitur, nisi is sibi reddi stipuletur. no. in l. j. §. accedit. C. de rei uxor. act. in l. si extraneus. & ibi Alexād. in l. si donaturus. de condi. ob causam. ubi dicit idem, si matrimonium non sequatur: quia non præsumitur donatio. & s. uer. proxi. Item uerum, etiamsi promittitur pro muliere incerta. j. Dos promittitur.

† Donatio an præsumatur, si unus frater donat de communi filiam, uel sororem suam, alijs fratribus scientibus, & patientibus. Soc. consi. v. colum. iiij. uersicul. circa secundam, uolum. iiij.

10 Donatio allegata non probatur ex longa quasi possessione. j. Titulus.

Donatio præsumitur inter uiuos, quando mulier patitur alteri stipulari sibi dotem, soluto matrimonio. Bald. in l. ij. C. de iur. do. no. in l. Seia. ff. de dote præleg. Quod uerum, nisi cōiuncta persona mulieris adhibeatur ad stipulandum: quia tunc animus donandi in ea non præsumitur. l. idemque. §. si cui. & ibi Bar. ff. mandati. & in l. quæ dotis. so. ma.

Donatio non præsumitur facta præsenti, licet instrumentum dicat, præsenti & recipienti. Pau. de Cast. in l. illud. C. de sac. san. eccles.

Donatio in dubio non præsumitur, quando potest capi alius sensus. l. si cùm aurū. ff. de sol. l. cùm de indebito. ff. de proba. Et ideo si tu petis à me, quòd ego donem tibi talem rem, & dico, non tantùm istud, sed quicquid tibi placet, nō intelligitur, quòd tibi donauerim dictam rem per dictam responsionem: ut no. Bald. in c. cùm uenissent. circa fi. de insti. & sequitur Fel. in c. cum iuramento. in ij. no. de homi.†

Donatio non præsumitur ex deposito facto per aliū pro alio. l. donationes. §. pe. de dona. & j. proximè.

Donatio non præsumitur ex deposito facto per uirum pro uxore,

uxore,& econtrà.l. etiamsi. & ibi Bar. C. de dona.inter uir. & uxo.nec per uerba, Reddes Titio, uel eius nomine depono:uel Titij sunt:secundum gl. ibi, quam Bar.dicit esse sing. Item nec ex deposito rei meæ facto nomine alterius, per d.l. etiam. quam sic extendit ibi Alexan.in apostillis. & gloss. & Paul. de Castr. in l. Publia depositi. secus, si per matrem d.l. ubi a.in prin.

Donandi animus non præsumitur in emente pro alio, si emen ti fit traditio:secus, si tradatur ei, pro quo est facta emptio. l. si filij.& ibi Bart.C.de dona.inter uir.& uxo.

Donatio inter coniuges præsumitur, quando maritus consumit bona uxoris, ea sciente & patiente, aliàs non.l.de his. & ibi Bart.C.de dona.inter uir.& uxo.

Donatio sequens præsumitur ex alia præcedenti.l.idemq;.§.si cui.& ibi Bart.ff.manda.l.si uerò non remunerandi.§. idem Papinianus.& ibi Bar.eo.tit.

Donatio an præsumatur inter patrem & filium in dubio no.in l.ad eum.§.j.ff.de do.Bal.in l.filię, cuius.C.fami.ercis.& in l. filium, quem.eo.tit.& j.uer.Donatio inter patrem & filium. uer.lvij.& sequenti.

Donatio an præsumatur, quando quis emit pro alio de pecunia sua.Bartol.in l.quæ dotis.iiij.colum.& ibi doct.ff.soluto matrimonio.

Donatio an præsumatur ex pacto, quòd si filia moriatur sine filijs, dos reuertatur ad dotantem. Oldra.consi.cxxx j.

Donatio reuocatur multis modis, uidelicet per supernascentiam filiorum donatori. l.si unquam. & ibi doc.C.de reuo.do. Bald.in l. cùm acutissimi. C.de fideicommis. & probatur secundum Pau. de Castr.in l. tale pactum.§.fin.ff.de pact. Quod uerum, etiamsi fuit iurata. Bartol. in l. Titia.§.Imperator. in fi.de leg.ij.& Alexand.consil. lvj.Oldra.consil.ccxxxij. Item uerum, etiamsi sit renunciatum.d.l.si unquam. secundum Oldra. consil.clxxxiij.in fin. item uerum, etiamsi fuit donata res minima. Bald. in l.j. penult.colum.C.de inoffic.donatio. & Bart.in d.§.Imperator. & Alexand. in d. consi. ubi etiam dicit uerum, nisi talis res sit donata filio uel pio loco: quo casu non reuocatur in totum, sed usque ad legitimam, quæ debetur filijs supernascentibus, secundum Bartol.ibi, & Bald.in d.l.j.ult.colum. Vide etiam Bald.in authen. si qua mulier.ij.colum.C.de sacrosan.eccle. Sed an reuocetur per ipsum patrē donantem, Bald.in d.l.j.x.colum.& in l.si totas.eod.tit.Item an reuocetur per legitimationem spurij superuenientem. Bald. in l. † j.ult.colum.de inoffi.donat.† Item do.Bartho.Soci.in consil.ccvij. incip.Quæstio. per totum. in ij.parte.] an reuocetur per ingressum in monasterium, quod est loco filij. Bald. in authen. nisi rogati. ult. colum.C.ad Trebellia.& in auth. si qua mulier. iij. col. de sac. san. eccle.quòd non. Item non reuocatur, si expressum sit non reuocari propter superuenientiam filiorum. l. qui iure. de testa.mili.secundum Bald. in l.j.in fin.C.de inoffi.do.& tenet Bald.in addi.Spec.de instru.edi.§.porrò.uersi.donatio autem firma. ubi dicit, quòd tunc non cessat querela. Bar. uerò aliter loquitur in l.Titia. §.Imperator. uer. utrum lex, si unquam. ff.de leg.ij. Sed an prædicta locum habeant in uenditione, j.uer. Venditio rescinditur.uersi.x. Item reuocatur donatio simplex, non donatio ob causam.Item nec donatio ob merita. Item nec donatio circa dimidiam bonorum, secundum Alex. in consil. xxxix.& consi.lvj.& consi.lix.iiij.parte.Item nec propter filios spurios, sed propter naturales tantùm sic.Item nec propter filios adoptiuos, in d.consi.in iiij.dubio.

Donatio reuocata per supernascentiam filiorum an reconualescat morte eorum. Bald. in d.l.j. C.de inoffi. dona.Pau.de Cast.in l.ij.& iij.C.de posthu.hęre.insti.Bar.in l.Titia.§.Imperator.pe.q.de leg.ij.quòd non.

† Donatio an, & quando per susceptionem liberorum dicatur reuocata, & quando dicatur remuneratoria, & quando pura, & qualiter probetur, uide do.Bar.Soc. cons.ccxcv.incip. In causa consil. uer. circa secundam diffi. cum seq. in ij. parte.uide do.Pet.Phil.Corn.in consil.iiij.incip.Dubia.per totum.in iij.parte.]

Donatio facta uni filio per patrem, an reuocetur per natiuitatem aliorum filiorum in totum. gloss. & docto. in l.si unquam.C.de reuo.do. Bald. in l.si totas. C.de inoffi.do.Bart. in l.Titia. §. Imperator. uer.quæro, dixi.de leg.ij.quòd usq; ad legitimam. Item,

† Donatio non reuocatur prætextu enormis lęsionis, cùm in ea non consideretur, quæ ex liberalitate procedit. Decius consi.clxxx.col.ij.in prin.

Donatio, etiam ad piam causam facta, reuocatur per natiuitatem filij, uel posthumi. Bal.in auth. si qua mulier. ij.col.s.de sa.san.eccle.& s.eo.uer.j.

Donatio ante deportationē facta potest reuocari per deportatum.l.res uxori.per Bar. C.de dona.inter ui.& uxo.

Donatio reuocatur, si donans rem donatam alteri hypothecat, uel pignus dat. l.si maritus.la ij. C.de dona.inter uirum & uxor. l. cùm hic status. §. si maritus. & ibi Bart.ff.eod.tit. Bart.in l.rem legatam.de alimen.leg. ubi dicit uerum, si fiat pignoratio eiusdem rei, non si fiat generalis obligatio omnium bonorum; quia per eam nō reuocatur donatio certæ rei. Vnde primo casu non confirmatur morte facta uxori, ex quo reuocatur, secundum Bar.ibi. j.Donatio inter uirum.uer.xj.& xvij.Item,

Donatio reuocatur, si donans alienet rem donatam. Bald. in l. Stichum, qui meus erit.de leg.j.& Dy.consuluit.& facit l.fideicommissa.§.si rem.de lega.iij. Sed contrarium probatur in l.possessionem.& ibi Bar.C.de dona.

Donatio causa mortis reuocatur per conualescentiam donatoris.j.uer.Donatio causa mortis.uer.xlj.

Donatio ante matrimonium facta non reuocatur, licet matrimonium non sequatur.Bal.in l.si filię.C.de dona. ante nup. & in l.si præsidi.eo.tit.

10 Donatio reuocatur ob ingratitudinem.l. fina. de reuo.dona.l.propter.de dona. nisi sit remuneratoria. l.si pater. §.j.ff. eo.& Alex.in consil xlij.iiij.parte.uel nisi ob causam.j. Donatio ob causam.uer.pe.ad hoc.l.metum.§.sed licet.ff.quod metus causa.

† Donatio facta ecclesiæ non reuocatur propter ingratitudinem prælati. Io. Lup.in repe. rub. de don. inter uir. & uxo. colum.cliiij.

Donatio, quæ potest reuocari per donatorem ad pręiudicium tertij, non potest reuocari per eius hæredem. doct.& Alex. post Bartol. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uerbor.oblig.

Donatio pia facta ab infirmo collata post mortem, potest reuocari.j.Donatio causa mortis.uer.xlj.

Donatio facta per patrem filio, potest reuocari per patrem. Bal.in auth.si quas ruinas.C.de sac.san.eccl. vj.colu.uer.iuxta hoc.Sed Ang.contrà, l.pe.§.filium.ff.pro hęrede.& Ale. in l.frater à fratre.ad fin.de condi.inde.& infrà, Donatio inter patrem & filium.uersi.xlix.

Donatio gratia amicitię, uel consanguinitatis facta, non reuocatur, finita amicitia, uel consanguinitate. Bald.in l.si mater tua.C.de dona.ante nup.

† Donatio facta ea contemplatione, quia intendit donans ingredi religionem, si non intret, censetur resoluta.Dec.consi. lxxxvj.col.iiij. post prin.

Donatio reuocatur nudo dissensu, sicut contrahitur nudo consensu.ut suprà uer.Donatio.el j.uer.lv.

Donatio inter socerum, & generum, ualet, nec reuocatur pœnitentia. l. si te in uacuam.C. de donat.inter uirum & uxor. l.cùm hic status.ff.eo.tit.l.iij. & l.si constante.C.eo.tit.

Donatio inter coniuges non reuocatur morte ciuili.l. fi. & ibi doct.C.de dona.inter uirum & uxor.

Donatio perfecta non reuocatur morte, sed spes numerationis sic.l.si quidem.& ibi Bal.C.de actio.& obliga.

Donatio omnium bonorum facta per patrem filio reseruata legitima, an reuocetur, si legitima postea pereat casu fortuito.Angel. in authen.de immens. dona. iiij. colum. colla.vij.

† An firmetur iuramento. Pau. consi. lxxij. lxxxij. & xc. in ij. uol.in nouis, tenet quòd non. Contrarium tenet Are.consi. liiij.& Panorm.consi.xvij.uol.j. Contrarium tamen tenuit idem Abbas.ij.uol.consi.xlviij.

20 Donatio facta per debitorem fisci, an reuocetur per fiscum. in l.j.& ibi Bart.C.de iure fisc.lib.x. Ang. in auth. de trien.& semis.§.illud.col.iij.

Donatio iurata an possit reuocari per hęredem donantis, tanquam inofficiosa. Bal.quòd sic, in l.j.vj.col. C.de inoffic.donа.& j.uer.Hæres contrauenit.uersi.j.

† Dona-

† Donatio an & quando uirtute l. si unquam. C. de reuo. do. reuocari possit, & quando non: & an dictæ l. si unquã. renũciari possit: uide do. Bartho. Soc. in consi. cxlvij. incip. Visa. uer. circa tertiam & ult. q. cum seq. usq; ad fi. in j. parte.]

Donatio ualida facta extraneo an reuocetur per filium donatoris, quando pater suus residuum dissipauit. Bal. in l. j. viij. colum. C. de inof. don.

Donatio inualida, quia in fraudem filij facta, an reuocetur, si pater postea acquisiuit tantum, quod sufficit filio pro legitima. Bald. in d. l. j. viij. colum. C. de inoff. dona. Angel. in authen. eo. titul. colla. vij. v. colum. Bartol. in l. Titia. §. Imperator. de leg. ij.

Donatio inofficiosa an possit per filium reuocari uiuo patre, uel mortuo. Bald. in d. l. j. ix. colum. & Angel. in authen. eo. tit. iiij. col.

† Donatio, quæ fit in testamento alicui præsenti, & recipienti, & acceptanti, quando dicatur inter uiuos. Ioan. Faber in §. j. Instit. de leg. Et an sit reuocabilis: & quando in testamento dicitur, Item do. no. Titio præsenti, & recipienti talem fundum, an donatio sit irreuocabilis. Angel. Aret. in §. j. Instit. de leg.

Donatio facta alicui, ut post eius mortem uadat ad ecclesiam, licet in spe sit quæsitum ius ecclesiæ, tamen potest reuocari mutuo consensu donantis & donatarij, licet ecclesiæ præiudicetur. l. si quis. ff. de ser. expor. per Bart. & Ioan. de Imo. qui sequitur Bart. cõtra quem tenet Pau. de Cast. §. Flauius: ubi omnino per Ioã. de Por. qui allegat multas concor. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uerbo. obliga. & Bartol. & Alex. ibi plenius. uide doc. in l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. & Bald. in l. cùm à socero. C. de iure do. Sed contrà tenet Ioan. And. in addi. Spe. de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. in addi. super superiora, &c. & Pau. de Cast. consi. clix. xv. col. & Bal. in l. si constante. in fi. C. de dona. ante nup. & plenius per do. Alexand. in d. §. Flauius. ubi dicit posse reuocari, nisi alius, uel notarius pro ecclesia stipulatus sit. Et tenet Bald. in d. l. cum à socero. & Rapha. Cu. in d. §. Flauius. Vide Sal. in l. j. C. si manci. ita fue. alie. Ioan. de Imo. in c. potuit. ul. char. de loca. Pau. de Cast. in l. insulam. §. fin. so. ma. & in l. si pecuniam. de condi. ob causam. Vide omnino per Alexand. in l. sed si hac. §. prostituta. de in ius uoc. & ibi Raph. & Lud. & Pau. de Cast. & Alex. consi. lxxxviij. iiij. parte.

Donatio causa mortis an uideatur reuocata per aliam donationem antè uel pòst factam. in l. uxori suæ. de dona. inter uirum & uxorem.

Donatio mera non potest reuocari. l. cùm ancillam. & ibi Bar. & Bal. C. de condi. ob causam. l. iij. ff. de condi. ob causam. l. ij. & ibi Bal. C. eod. tit. ubi loquit de actione ob causam, quia pœnitentia non habet locum in ea, secundum communem opi. in l. Aristo. de dona. & ibi Bar. & doc. post gloss. in l. fi. de condi. ob causam. & Alex. in l. qui Romę. §. Flauius. de uerb. ob. & j. uer. Pœnitentia in contractibus. Et intellige uerum, nisi donatio cadat in aliud pactum. Bart. in d. l. Aristo.

† Donatio non reuocatur prætextu ingratitudinis, si est actũ, quòd non reuocetur propter ingratitudinem, & est iuratũ: ut no. do. Mat. Ant. Baue. in suo tracta. de uirtute Iuramenti. in xxxviij. casu. †

Donatio non uidetur reuocata, nisi etiam possessio rei donatæ auocetur. l. cùm hic status. §. si maritus. & ibi Bartol. ff. de don. inter uirum & uxo.

Donatio uni filiorum facta reuocatur, quatenus est immoderata. l. pe. & ibi Bar. C. de inoffi. dona.

30 Donatio an reuocetur, si donatarius non alat donatorem. glos. & Cy. in l. fi. C. de reuocan. do. & Ab. in c. propter. & ibi Imo. de dona.

Donatio dotis facta per mulierem, quæ ex forma statuti tenebatur relinquere dotem fratri, non ualet, & reuocari potest. j. §. proximo.

Donatio per principem facta de rebus Imperij, potest reuocari per eius successorem, si sit læsio enormis in ea, non aliter, secundum Ioan. Pap. in Summa, in tit. de exc. contra instrumenta. uer. alijs rationibus & causis. in Spe. de instru. edi. §. xj. uer. quid si Imperator. & uer. præce.

Donatio an reuocetur in totum, uel quatenus est inofficiosa. Bar. & Bald. & doc. in l. j. C. de inoffi. dona. & l. si mater. e. tit. Bart. in l. Titia. §. Imperator. de leg. ij. Ang. in auth. de immẽdo. iij. colum. coll. vij. Ab. in cap. Raynaldus. de testa. Bal. in Mar. uer. Donatio. uer. pen. quòd quatenus est inofficiosa. Facit quod habetur in c. ad Apostolicæ. de dona. ubi uide omnino per Ab. quòd donatio supra modum reuocatur usque ad debitum modum.

Dudum quomodo ponatur. gl. Bald. in l. nec emptio. ff. de cōtrahend. empt. in §. j. & not. in l. dudum. C. eod. tit. & importat tempus præteritum, præsens, & futurū, sicut olim, & quondam. Card. in cle. j. §. j. de iureiur. Bart. in l. j. §. j. de oper. noui nun.

Dulia est honor, qui debetur creaturis, & sanctis: sed hyperdulia debetur Deo, quasi superdulia. Idem & latria debetur Deo: quæ si fiat creaturę, dicitur idololatria, secundum Gemi. post gl. in capitulo, si canonici. §. fina. de off. ord. in vj.

Dum, an faciat cōditionem. gl. & Bart. quòd sic, in l. si quis ita. de conditio. & demonstr. & in l. iiij. §. uxores. de legatis. iij. l. qui concubinam. eod. tit. doct. in l. si decem cùm petiero. & in l. centesimis. & in l. eum, qui ita. §. qui ita. de uerb. oblig. & Bart. in l. j. iiij. col. de cond. & demon. & Franc. † de Capitib. listæ in consil. Factū sic se habet, &c. † Vide Ang. in consil. cxxiiij.]

Dummodo, importat modum. Bart. in l. quib. diebus. §. fi. de condi. & demonst.

† Et per Franc. Aret. in l. si ita quis. in §. Seia cauit. de uerb. oblig. in ij. colum. dom. Petr. Philip. Cor. in consil. xx. incip. Videtur. in litera A. & in consil. cxxx. incip. Viso. in litera E. in iij. parte.]

Dum tamen, est dictio exceptiua, & falsificat regulam. Ang. in consil. cclxxxix.

Duntaxat positum in statuto, non inducit correctionem alterius statuti, ut quia uno statuto caueatur, quòd pro certo crimine imponatur pœna centum lib. & alio statuto caueatur, quòd pro eodem delicto imponatur pœna lx. lib. duntaxat, uel solummodo. Bartol. in l. iij. §. Titio. de adi. lega. De qua dictione uide in l. & siquidem. C. de transact. & in l. ob æs. C. de prædi. minorum. in l. contra. de re iud. in l. serui nomine. de usucap. & Bart. in l. j. in prin. ff. si quis ius di. non obt. & ibi Alex. Item est dictio limitatiua, & aliorum exclusiua. Card. in clem. j. §. nos. de sum. tri. & suprà uerbo, Dictio. per discursum. Item est restrictiua, & sonat idem quod dictio tantū. Card. in cle. j. in prin. de seque. posse.

Duo dicuntur multi. gl. Inst. de iure perso. §. fina.

Duo in solidum esse domini uel possessores non possunt. l. si ut certo. §. si duobus. & ibi gloss. & doct. ff. commodati. l. iij. §. ex contrario. de acquir. pos. gloss. Bal. in l. j. C. uti possi.

Duo uincula magis stringunt quàm unum. Instit. de nupt. §. affinitatis. auth. itaq;. & ibi. Bart. C. communia de suc. & infrà † Pluralitas. uersic. x. † Et per do. Ias. May. Instit. de actioni. §. in personam. nu. 50.]

Duo specialia in priuilegio non sunt intelligenda, ut in priuilegio instituendi spurios: quia intelligitur coram octo testib. ī. uerb. Priuilegium testandi. uersi. iij.

Duo specialia circa idem non concurrunt. l. j. gl. Bar. & doct. C. de dot. promis. Old. consil. lxxix.

Duo uocabula ad determinationem eiusdem uerbi uniformiter operantur. l. fi. & ibi Bar. C. de sent.

Duo ad unam præbendam an eligi possint. Ioan. An. in Nouel. post Innocen. in c. maioribus. de præbend. & Bald. in c. præterea ducatus. ij. col. de prohib. feu. alie. per Fed. in usib. feu. quòd non.

Duo quibus casibus simul admittantur. Innoc. in c. abbate. de re iudic.

Duo si copulatiuè requirantur ad unum actum, non sufficit unum tantùm accedere. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. & in c. ubi periculū. §. cæterùm. de elect. in vj. ubi in electione requiritur libertas & uoluntas. & gl. xxxiij. q. v. notificasti. Barth. Cepo. in rub. de test. xxiij. col. gl. & do. in l. mancipia. C. de ser. fu. & dixi in tract. de Episcopo, ij. lib. cle. in plerisq;. & ibi gl. & doct. de elect.

Duplicatio pœnæ fienda ex forma statuti pro delicto commisso ad domum, fieri non debet pro delicto commisso ad stationem, uel apothecā. Bart. in consi. Statuto cauetur, quòd pro maleficio. & infrà uer. Statutum de maleficijs. uer. xiiij. & uer. lxxij. Item nec pro commisso ad tabernam, nec ad uineam. Bart. in d. consil. Item nec pro commisso in flumine uigore statuti loquentis de uia publica: sed secus pro commisso in ponte fluminis. Bald. sing. in l. fi. ff. de ser. rust. præd.

Duplicatio pœnæ debet fieri cum qualitatibus suis. Bart. in l. j. in fin. si famil. fur. fe. di. & Bart. in l. sanctio. de pœnis. & ibi Alexand.

Duplicatio pœnæ non debet excedere quadruplum simpli. Bal. in l. j. ult. col. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. profe. & Bart. & Alex. in l. sanctio. ff. de pœnis.

Duplicatio pœnæ arbitrariæ, id est, solitæ, fieri debet. Bar. in d. l. sanctio.

Duplicatio pœnæ fieri non debet pro delicto commisso in nocte sequenti post festum beatæ Mariæ, stante statuto, quòd pro delicto commisso in festo beatæ Mariæ duplicetur pœna, secundum Fed. de Sen. & consil. Statutum tale est, si aliquis commiserit.

Duplicari non debet pœna falsi uigore statuti duplicantis pœnam pro delicto commisso in palatio. Bart. in consil. Tudertinus quidam, &c. & Alex. in l. sanctio. de pœnis.

Duplicatio legatorum extenditur ad legata quantitatum, non specierum. l. Lucius. §. impuberem. & ibi Bart. de leg. ij.

Duplicatio an fiat toties, quot sunt qualitates, stante statuto, quòd pœnæ duplicentur pro delictis de nocte commissis, & in platea, in festo Paschæ. Bart. in l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis. & in l. fideicommissa. §. si quis decem. de lega. iij. ubi dicit, quòd bis tantùm, dummodo quadruplum non excedat. & in l. Lucius. §. impuberem. de leg. ij. Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. Bart. in l. si cum exceptione. §. quadruplatur. ff. quod met. caus. & in l. sanctio. ff. de pœnis. & in consil. Tudertinus, &c. & Iac. de Bel. in consil. Cauetur statuto ciuitatis, quòd quicunq;. quòd non. & Flor. in §. hæc actio. ad l. Aquil. & Ang. Aret. in tract. Malefic. uer. in plateam. & ī. uerbo, Statutum.

Duplicatio pœnæ consistentis in specie, non habet locum, ut in amputatione manus. Bart. in l. Lucius. §. impuberem. de le. ij. & in l. Mæuius. §. duob. pen. col. eod. tit. & in l. sanctio. de pœnis. & in l. fideicommissa. §. si quis decem. de leg. iij. in l. uulgaris. in fin. ff. de fur. Bald. in l. j. ult. col. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. profe. Bald. Rapha. & Imol. in l. ex facto. §. j. de uulg. & pup. Item nec quando dicit statutū, quòd animal perdatur, cum quo bladum extrahitur: quia non debet bis animal perdi, si cum eodem asino bis extrahitur bladum ab eadē persona: secus, si à diuersis, quia una tenetur ad animal, altera ad precium eius, secundum Bar. in d. §. duob. ult. colum.

* Duplici pœna pro eodem nemo est crimine mulctandus. l. senatus. ff. de accus. c. at si clerici. §. j. de iudici. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his. qui notan. infami. Gram. col. lxiij. nu. 6. Io. Cephal. con. cciiij. nu. 45. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

10 Duplicatio temporis adiecti in banno, uel confinatione, an fiat. Bart. in l. in se natus. §. fina. ff. ad Turpil.

Duplicatio pœnæ contra auxiliatorem fieri non debet, si causa duplicandi nō militat in eo, sicut in principali delinquente: licet statuto caueatur pari pœna esse puniendos, auxiliatorem & principalem. Bart. in l. libertis. §. posthumis. ff. de ali. leg. sicut nec diminutio pœnæ fieri debet causā cōfessionis rei principalis, si auxiliator negauerit, secundum Bart. ibidem. & ī. in uerbo, Pœna alteratur. uer. iiij. & s̄. uerb. Auxilium. uer. vij. & uerb. Mandans. uer. lxj.

Duplicatio pœnæ criminalis per negationem fieri non debet de iure communi. Bart. in l. ea, quæ. iiij. q. C. de condi. inde. Item nec in actione petitionis hæreditatis, nec si agatur certi condictione ex statuto, sed in actione in factum sic. Bal. ibi in v. & vj. q. Item nec quando quis negat totum ratione partis. Bald. ibidem, ix. q.

Duplicationum materiam uide in Spec. de except. & repli. §. fi. in prin. & per Alex. in l. sanctio. de pœnis.

Duplicibus uerbis uti licet interdum, & prodest. in Spec. de aduo. §. iiij. in prin. & §. vij. uersic. item cautus.

† Duplicatio quadraginta annorum in præscribente libertatem ser-

tem seruitutis discontinuæ contra ecclesiam, an fiat. Feli.in c.de quarta.in xij.col.circa fin.uer. utrum præscribenda. de præscript.]

† Duplicatio seruitutis discontinuæ an fiat solùm in seruitutibus prędialibus.uide Fel.in d.c.in xij.co.in prin.in uer.tertiò,quia.in fi.uer.]

† Duplicatio non fit in eo,quod cōsideratur ut species. Fran. Aret.in l.ex facto.in §.iterum quæro.in co. fin.in uer.ex isto etiam text.de uul.& pup.]

Duplici offici quis fungi non potest in eadem causa. in Spec. de iur.ca.§.iij.uer.quid si aliquid.& tit.de dispu. & allegat.§. vj.uer.porrò.

Duplicium iudiciorum materiam uide in Spe. de iura.calum. §.iij.uersic.nota,quòd possit.§.vij.uersic.xx.

Duplicatio pœnæ fieri debet contra insultantem filium ad domum patris uigore statuti de insultante ad domum propriam.Bal.in l.j.§.domini.el ij.ff.ad Syl.& ibi doct.moder.

Duplex pœna locum habet cōtra eum, qui simul & semel projicit aquam putridam in pectus, & in faciem, uel si percutit in facie,& in pectus simul & semel.Bald.in l.quicunq;.C.de ser.fugi.

Duplicatio pœnæ habet locum etiam in pecuniaria, in cuius defectum est corporalis.ĩ.uer.Pœna corporalis.

20 Duplicatio contra negantem non fit,quando agitur ex statuto pro damno dato.Bal.& Alex.in l.certi cōdictio.in prin. si cer.pe.nec quando ipso iure imponitur. Bart. in l.id quod seruo.de pec.leg.& Bal.in l.ea,quæ.ij.col. C. de cond. inde. Alex.in l.eum,qui.in prin.de iureiur.

Dupli pœna promissa in instrumento,uel contractu,nec exprimitur simplum,intelligitur de precio cōuento, non de æstimatione bonitatis rei, quæ maior sit, quàm precium expressum.

Duplicis stipulationis materiā.uide in Spec.de empt. & uend. §.j.uer.sed quid in instrumento.

Duplici pœna puniri quis non debet. in Spec. de expen.§.iij. uer.quid si talis.

Dupli materiam supple ĩ.uer.Pœna alteratur.per totum.

Duratio non dicitur uersum, quod non durat uersum. Item non dicitur tradita uia,quæ non durat. in Spec.de dolo & contu.§.vj.uersic.cxxx. Item non dicitur satisdatum,nisi duret cautum.in Spec.de fideicom.§.j.uer.sed qualiter.Item non durans non uidetur factum. in Spec. de arbit.§.fi.uer.sed pone,arbiter.

Dux quis dicitur,no.in tit.quis dica.dux,march.co.in usib. feud.

Dux an sit dignior episcopo,uel econtrà. in Spec. de rescript. præsen.§.ix.uer.sed nunquid.

Duces sunt de medijs iudicibus,& dicūtur spectabiles.in Spe. de iurisd.om.iud.uer.medij.

† Duces nostri temporis in suo ducatu tantam habent potestatem,quātam habet Imperator in uniuerso. Vide Alb.Bru. con.iij.col.ij.uersic.& præmitto.Deci.con.cxcj.co.ij.

Dux an possit auferre rem uni, & dare alteri, sicut Imperator. Bal.in l.qui se patris.C.unde liberi.in lect.antiq. & ĩ.in uer. Imperator.uersic.xxiij.quòd non,nisi ex causa iusta, uel causa publicæ utilitatis.

Dux belli an concedat ciuitatem alicui capiendam in bello.s̃. uerb.Concessio.uer.xxxvij.

Dux belli debet prædam diuidere inter suos milites.xxiij.q.v. dicat.cum gl.ord.& ĩ.uer.Præda.& s̃.Bellum.

Dux belli non potest donare castella, uel possessiones prædatas in bello,quia sunt superiores bellum mouētis:sed mobilia sic.d.c.dicat.cum gl.& Ant.de But.in c.olim.de rest.spol. & j.dist.ius militare.& c.ius gentium.cum glo. & Alex. post Bart.in l.fi.ff.de cap.

Dux exercitus an possit confinare aliquem existentem in territorio alieno.Bal.in l.iij.de off.præsi.

† Ducatus dicitur regio,cui dux dominatur, & pro primiceriatu accipitur.l.ij.C.de dome.& protect.lib.xij.etiam dicitur ducis dignitas,& imperium.

† Ducere,uerbum prolatum per Imperatorem,prohibentem uxores ducere quasdā personas prohibitas, quid significat. uide do.Barth.Soci.in consil.ccxxij.incip.Circa finem.uer. confirmantur præmissa.in ij.parte.]

De litera E.

EBrietas prius fuit in Noe, quàm in alijs:quia ipse prior uineam plantauit, & uinū bibit. xxv. q.j. sexto die. item Loth,xv.q.j.inebriauerunt.Prior uerò Staphilus aquam uino admiscuit, ut ebrietatem uitaret, secundum Plinium de Naturali histor.lib.vij.c.lvj. Sed uitandam esse ebrietatem, plenè docet idem Plinius lib.xiiij.cap.xxij. ubi uide omnino.& dicitur Græcè μέθη.

Ebrius dispumat in libidinem facilius. Item,

Ebrio dominatur libido,ut furor.xxxv.dist. uenter.Car.in cle. j.in prin.de sta.mo.

* Ebrietas stipulationem ab ebrio factam prorsus inutilem reddit.gl.in c.unusquisq;.xxij.q.iiij.Lud.Rom.in l.j.in prin. ff.de uerb.obl.& ibi Fran.Aret. & Lancilot. Galiaul.nu.69. Iac.Niger.nu.60.Æmilius Maria Manolessus.

Ebrij contractus an ualeat.in l.dolum.§.insidijs.de dolo.gloss. xxij.q.iiij.unusquisq;.quòd ebrij promissio non ualet.

Ebrius pro delicto non potest puniri corporaliter.Sal.in l.j.C. de sica.Ale.post Bar.ĩ l.respiciēdū.§.delinquūt.ff.de pœnis.

Ebrietas est leuis culpa.gl.in l.fi.§.fi.C.de repud. Item est peccatum mortale,nisi sit rara.xxv.dist.§.ea demùm. & Abb.in c.si constiterit.de accus. Sed Car. in cle.j.in prin.de homici. dicit esse ueniale,per §.criminis.xxv.dist. Item est culpa.xv. quæst.j.inebriauerunt.

Ebrietas facit delictum mitius puniri,uide xv.quæst.j. inebriauerunt.& c.sanè.Bar.in l.respiciendum.§.delinquunt.ff. de pœnis.& in l.aut facta.in prin.eod.tit.& in l.diuus. ff. de off. præsi.Ang.Aret.in tract.Malefic.uersic.scienter & dolosè. & Sali.in l.j.in fi.C.de sica.Card.in cle.j.de homic.viij.q.

Ebrietas excusat à pœna in casu.l.j.C. si quis impera. mal. secundum Ang.ibi.

Ebrietas excusat ab irregularitate.cle.j.& ibi.Car.de homi.

10 Ebrietas nimia delictum attenuat,non in totum:secus,si est parua ebrietas,quæ non excusat à pœna.Bal.in l.data opera. C.qui accus.non pos.facit l.omne delictum.§.pen.de re mil. & Ang.Aret.ubi s.

Ebrietas refertur ad superfluitatem potius, & est immoderatus usus uini. & duo sunt effectus ebrietatis:nam inducit mentis exilium,& prouocat libidinem. Et ob hanc ultimam causam olim patres abstinebāt ab usu carnium & uini.xxxvj.dist.ab exordio.& c.ante omnia. ubi dicitur,quòd ebrietas est fomes omnium malorum. Abb.in c. à crapula.de uita & hone.cleri.

† Propter ebrietatem miles secularis remouetur ab omni militia.l.omne delictum.§.qui se.ff.de re mili.Pœna autem antiquorum canonum pro ebrietate erat:quia clericus ebriosus triginta diebus à canone suspendebatur, aut corporali supplicio supponebatur. ut in ca.uult.xxxv.dist. Sed hodie non imponitur tanta pœna: ut patet in d.c.à crapula.& ibi Abb.in j.col.ult.no.

† Ebrietas assidua,est peccatum mortale. ut in §. aliàs ea demùm.x. dist. nam frequenter quis inebriatur, qui scienter & uoluntariè inebriatur. Abb.in d.c.à crapula.& in ca.j. de reli.& uene.san.in prin.ubi dicit etiam,quòd uix ebriosi decedunt sine peccato.uide gl.in l.unica.C.de rei uxo.ac.

† Ebrietatis delictum non est priuatione beneficij dignum:& si ebrietas est rarò peccatum ueniale,& non mortale,ut in d. §.aliàs ea demùm.Abb.in c.si constiterit.de accus.in ij.no.

Ebrietatis calore accensus an excusetur à pœna blasphemiæ. Abb.antiquus tenuit,quòd sic.in c.fi.de male.quod satis placet.doct.ibi & Abb.arg.l. omne delictum. §. qui se. ubi text. no.ff.de re mi.& optimè facit in ar.l.si adulterium.§.Imperatores.ff.de adul.& xv.q.j.inebriauerunt.Abb.in d.c.fi. † Et per Fel.in c.ex literis.de iureiur.]

Ebrietas in clerico facit eum suspēdi,& deponi.xxxv.dist. episcopus.nisi unica sit,propter quam nō potest clericus deponi,uel suspendi,ut tenet Spec.de accus.§.ij.uer.& no.Item facit eum priuari beneficio,si celebrauit non facta digestione. c.si constiterit,& ibi Abb.de accus.

† Adde etiam, quòd ebriosi nõ debent ad officia eligi, cùm tales delirantes & insani dici possent. de quo multa per And. Barb. in l. j. ff. de uerb. obl. & per Ioan. Sanxon in consue. Turo. tit. des droictz. de faultraige & peage. art. ult.

Ebrietas in clerico quomodo puniatur, uide in d. c. episcopus. & in c. fi. xxxv. q. j. & in c. ante omnia. quòd à communione submoueri debet triginta diebus, aut ictibus fustigari. & dixi in tractatu de Episcopo, iiij. lib. j. parte principali. pe. q & in ult. parte, in materia degradationis.

* Ebrietas, ne quis in sacerdotem eligatur, impedimento est. ij. ad Timoth. c. iij. Petr. Rebuf. in reg. de clericis ad sacros ordin. mal. promot. gl. iiij. nu. 8. Æmilius Maria Manolessus.

† Ebrij materiam uide per Lud. Pon. in l. j. de uer. obl. † Et omnino do. Barth. Cepo. in l. j. §. idem Iulianus. de ædil. edict. in iiij. col. ubi nonnulla ad materiam accumulauit.

Ecclesia est thronus Dei, secundum Spec. in procemio. in prin. & est dictio Græca.

Ecclesia dicitur circuitus murorum, quo ad indulgentias consequendas. Card. in clem. j. §. fi. de reli. & uene. san.

Ecclesia uenit appellatione pauperum. Bal. in l. omnes. in prin. C. de episc. & cle. & in l. si quis ad declinandum. in prin. v. col. eod. tit.

Ecclesia quot modis dicatur. Bald. in Mar. uersic. Mortuo. uer. j. & in c. cùm clerici. & ibi Sicu. de uerbo. sign. post gloss. ord. alia est. vij. quæst. j. scire. in fi. ne præl. ui. su. & infrà eo. uersic. † xxviij. & uersic. ccxcj. & seq. † Vide dom. Ias. May. in repe. l. † primæ. C. de sac. san. eccles. in prin. † Adde gl. in c. cùm clerici. ex. de uerb. signi. ubi amplè ponit quot modis capiatur hoc uerbum Ecclesia. & in c. fi. ne præla. uices suas.

Ecclesia dicitur mater nostra: item caput, & cardo: item domina: item filia. Card. in cle. j. de summa tri. j. col. in fi.

† Ecclesia Dei uiris literatis permaximè indiget, ut dicit glo. in uerbo, Literatis, in extrauag. Ioannis. XXII. execrabilis. sub tit. de præb. & alibi dicit Pet. de Anch. in c. cùm ex eo. de elect. lib. vj. quòd ecclesia Dei summè indiget uiris literatis, non porcis, uel asinis deferratis.*

Ecclesia secularis non potest fieri regularis, inuitis clericis. no. Card. in clem. ij. in prin. de reb. eccles. non alie.

Ecclesia per episcopum sine capitulo non potest dari loco indigenti & inopi. Card. in cle. ij. in prin. de reb. eccles. non alie.

Ecclesia in causa dubia debet obtinere. j. Sententia in causa ecclesiæ. uer. x.

Ecclesiæ appellatione uenit collectio fidelium. de conse. dist. j. ecclesia. Card. in cle. j. vj. q.

† Ecclesia qualiter cognoscat ab oratorio. Dec. consil. cxlviij. in prin.

10 Ecclesiastica dignitas, & præbenda, differunt: quia ponuntur ut diuersa. clem. ij. secundum Card. ibi, de reb. eccle. non alien.

Ecclesia potest dari loco religioso, & quibus modis. in cle. ij. & ibi Card. de reb. eccles. non alie.

Ecclesia si donatur religiosis, cedit in usus eorum, & defectus ministrorum eius suppletur per illos, & pars redituum cedit in usus eorum. Card. in clem. ij. in prin. xj. quæst. de reb. eccl. non alie. Et quid si donatur collegio, dignitati, uel præbendæ. ibidem. q. xij.

Ecclesia an priuetur fundo propter feloniam prælati. j. uer. Episcopus circa res, & bona ecclesiæ. uersic. 100. & seq.

Ecclesia, quæ de iure communi subest ecclesiæ Romanę & episcopo, intelligitur esse exempta ab episcopo, si in rescripto appareat, q fit subiecta papæ. c. si papa. de priuilegijs. Barth. Cepo. in rub. ff. de uer. sig. xvij. col.

Ecclesia emphyteuta non soluens canonem, cadit à iure suo, sicut priuatus. Bal. in l. placet. C. de sac. san. eccles. in Spec. de † loc. §. vj. uer. xv. & j. eo. uer. ccxxv. † Vide do. Ias. May. in d. l. placet. nu. 42. in eiusdem repe. nu. 33.]

Ecclesia tenetur ad tributa. l. placet. & ibi Bal. & doct. C. de sac. san. eccles. Quod uerum, scilicet ad ordinaria tantùm, etiam hodie. l. de his. C. de epis. & cler. xj. q. j. si tributum. Quod uerum, secundum Bart. ibi, scilicet ad onera realia, non ad ea, quæ imponuntur personis pro rebus, ut collectæ: ut s. uer. Collecta quib. personis. uer. xx. & xxvij. & Bar. in d. l. de his. & in auth. item prædium. C. de sac. san. eccl. Item,

† Vide do. Ias. May. in d. l. placet. nu. 47. & se. & in eiusdē. repe. nu. 34. & 38. cum duob. seq. ubi etiam quid si statutum disponat, quòd omnia prædia sunt tributaria, & prædium ad ecclesiam perueniret.]

† Singu. Ecclesiam notoriè tenens iniustè, non debet citari, sed ab episcopo potest spoliari de facto, sicut de facto se ingessit. Ita dicit Panor. in c. quia clerici. in ult. no. de iu. patro. Quod dictum exclamat Fed. dicens in æternū no. in c. qualiter & quando. j. in x. col. per illam glo. infertur de accus. Refert etiam, & sequitur pro sing. Hip. de Mar. sing. cxcv. incip. nemo priuandus.

Ecclesia tenetur ad præstantias. Bar. in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. Item,

Ecclesia tenetur ad gabellam portæ pro plaustro. Bal. in tit. de pace Constan. §. nos Romanorum. in iij. q.

Ecclesia ad mutuum factum prælato suo non tenetur, nisi uersum sit in utilitatem ecclesiæ perpetuam. not. in l. ciuitatis. ff. si cer. pe. Bal. in auth. hoc ius porrectum. j. co. C. de sac. san. eccles. & Bald. in Marg. uer. ecclesia. uer. iiij. Inno. & Abb. in c. peruenit. de fideius. & in c. j. de sol. & Ang. in auth. de alie. & emphy. §. hoc etiam. vj. col. coll. ix. gl. Ang. in l. si in rem. C. quando ex facto tu.

20 Ecclesia exempta debet episcopo reuerētiam. Io. And. in c. cùm uenerabilis. de censi. Io. de Imol. in l. alia. §. eleganter. ff. so. ma. facit c. pastoralis. de dona. l. fi. C. de bo. lib.

Ecclesia quando dicitur haberi pro derelicta. Inn. in c. ex tuæ. de cle. non resi.

Ecclesiæ appellatione uenit monasteriū, & omnis locus pius. Io. An. & ibi doc. in c. j. in prin. de resti. in inte. in vj. in Noue. Quod est uerū largè, nō propriè. Abb. in c. ij. de cōsue. Item uerum in fauorabilibus tantùm. Card. in cle. ij. q. iij. de iud.

Ecclesia succedens in re, quam quis potest propria authoritate occupare ex licentia sibi concessa, potest eādem propria authoritate occupare, sicut poterat suus antecessor. Bar. in l. fi. §. fi. ff. ut in pos. leg. & in l. creditores. C. de pig.

Ecclesia debet esse cultrix & auctrix iustitiæ. Bald. in l. ea lege. vj. quęst. x. col. C. de condi. ob causam. & in l. acceptam. in fi. C. de usur. & est text. in c. si clientulus. §. si diuersum. de ali. † feu. x. col. & Paul. de Castr. consil. clxxij. † Et per Fel. in c. in præsentia. de prob. in col. xxij.

Ecclesia non potest esse nulla, & nunquam moritur. xxiiij. q. j. prudentia.

Ecclesia est unica. clem. j. in prin. & ibi Car. de sent. excom.

Ecclesiæ collegiatæ materiam uide per Alex. consil. lviij. iiij. parte. & consil. præcedenti.

Ecclesia apud Iudæos dicitur synagoga. gl. & Abb. in c. Iudæi. de Iudæis. ubi etiā dicit, q Mesquita dicit apud Saracenos.

Ecclesia Romana debet tributum Imperatori. xj. q. j. si tributū. & c. seq. & xxiij. q. ult. tributum. & ibi Arch.

30 Ecclesia in tantum tenetur ad tributa, quòd eius possessiones sunt obligatæ pro eis, & possunt per imperatorem uendicari. xj. q. j. si tributum. cum gl.

Ecclesia uiolata debet reconciliari sumptibus eius, qui uiolauit. Card. in clem. j. xiij. q. de cele. mis. sed in dubio, id est, si non constet quis uiolauerit: uel si constat, & non est soluendo, tenentur parochiani: qui si non sint soluendo, debet episcopus reconciliare gratis, secundum Card. ibi. xiiij. q. & ui† de melius j. eod. uer. cxxxj. † Et per Fel. in c. accedentes. de præscript. in fin.]

Ecclesia uiolata, censetur etiam uiolatum cœmiterium, tan connexum. Arch. in c. si quis. iij. col. xviij. q. iiij.

Ecclesia reconciliatur per episcopum cum aqua benedicta. in d. c. si quis.

† Ecclesia, quæ petit restitutionem in integrum contra laicū, an possit illam petere coram iudice ecclesiastico, uide dom. Maria. Soci. in consil. xviij. incip. Prosequendo. uer. iterum quia ecclesię. in j. parte.]

Ecclesia cùm petit restitutionem in integrum, an possit plures causas læsionis prosequi. j. Restitutio qualiter. uer. xliij.

Ecclesia parochialis ædificatur sine præiudicio ecclesiæ baptismalis. c. ad audientiam. de eccles. ædi. Card. in cle. j. viij. q. de decimis.

Ecclesia debet restitui aduersus appellationem non prosecutā intra biennium, quia ipso iure nō seruatur illæsa. no. in c. ex ratione. de app. Card. in cle. j. viij. q. de rest. in integrum.

Ecclesia

Ecclesia restituitur aduersus lapsum instantiæ in subsidium, si non sit soluendo is, cuius negligentia perijt, secundum Car. in clem.j.x.q.de rest.in inte. Vnde

Ecclesia agit ad interesse contra eum, cuius negligentia perijt instantia, ut ibi, sicut minor, per l.properandum.§.fin.C. de iud.& Card.ibi.

Ecclesia restituitur aduersus tempus annale, intra quod rescriptum non fuit præsentatum. Card.in cle.j.xiij.q. de restit.in integr.

40 Ecclesia non restituitur ad terminum opponendi dilatorias. Car.in clem.j.xv.q.de restit.in integ.

Ecclesia plebanata potest habere sub se plures capellas. c. cùm olim.& ibi Io. And.& doct.de præscript. Ioan. And. in rubr. † de deci.& in his habet ius patronatus à iure: ut j. eod. † Et qualiter, uide Abb.in c.ex parte.de rescript.num.1.& seq.

Ecclesia restituitur in integrũ aduersus læsionem ante sententiam, puta aduersus probationes omissas, etiam non probata læsione.in Spec.de restit. in integ. §.ij. uersi.illud.& seq. Sed Bart.Paul.de Castr.Ibbus,& Ioan.de Perus. contra in l. nam & postea.§.si minor.ff.de iureiurã. & gl.Paul.de Liaza. & Card.Zaba.in cle.j.xx.quęst.de restitu.in integ.Item non si lęsio est post sententiam, uel per eam, uel per contractum: quia debet probare læsionem. Card.ibi.

Ecclesia restituitur in integrum aduersus probationes omissas.c.cùm uenissent.& c.auditis.de restit.in integ.& plenius in Spec.ubi s.d.§.ij.uersi.illud.& uersi.seq. Item potest agere cõtra procuratorem, cuius dolo, uel negligentia læsa est. gl.& Abb.in d.c.cùm uenissent.

Ecclesia restituitur in integrum aduersus confessionem prælati.c.ij.de resti.in integ.lib.vj.Item j.eo.uersi.lxvj.

Ecclesia restituitur in integrum aduersus sententiam & contractum.c.j.de restit.in inte.in vj. Quod uerum, etiamsi contractus fuerit iuramento firmatus per suum rectorem. gl. & doct.in d.c.j.& Bald.in l.generaliter.in princ.C.de re.cre.& in c.j.§.item sacramenta.iij.col.de pace iura. fir. & ubiq; dicit secus esse in minore, & replicat, ut non restituantur aduersus contractum iuratum.& adde j.uer.iij.xlj. Item,

Ecclesia rstituitur in integrum intra quadriennium.c.j.de rest. in integr.lib.vj.& Bart.in l.Respublica. C. ex qui cau.maio. Quod est uerum, etiam aduersus læsionem minoris temporis, licet in minore secus sit, secundum Bart. in l.ab hostib.§ sed quod simpliciter.ult.col.ff.ex qui. cau. ma.ubi etiam dicit sibi currere tempus à die læsionis. & j.uerbo, Restitutio in integr.quando detur & petatur.uer.iij.& xxiiij. Item uerum, etiam aduersus præscriptionem. Bart. in auth. quas actiones.C.de sac.san.eccle.& Paul.in cle.j.de restit.in integ. Item uerum, si probet lęsionem.cle.j.& ibi Card. de restit.in integr.Item etiam ob negligentiam prælati, uel capituli: ut † ibi, in vj.q. † Vide Fel.in c.cùm uenerabilis.de excep.in v. col.in prin.in uersi.dum solenniter concludit. ubi etiam, an tale quadriennium sit utile à principio, & quando incipiat, & quando currat: ibidem, in pe.col.uersi.limita septem modis.ubi etiam, an si ecclesia sit enormiter læsa, currat præscriptio.& ibi etiam post prin.d.uer.ibi: pro tanto. Lud. an post quadriennium restitui posśit contra laudum emologatum, quando enormisśimè læderetur, & an quãdo post quadriennium restitui posśit.uide ibi in char.pen.ad fi.]

Ecclesia licet tertiò non appellet, tamen in integrum restituitur.Bal.& Pet.de Su.in l.j.C.ne li.ter.prouo. sed non aduersus sententiam latam contra ipsam, secundum Bal. ibi in ul. col.ubi uide.

Ecclesia non seruans uoluntatem defuncti, an restituatur in integrum aduersus pœnam incursam. Bal. tenet quòd non, in l.j.viij.quæst.vj.col.de his, quæ pœ.no.

Ecclesia restituitur ad instar minoris.in Spec.de restit. in inte. §.ij.& j.eo.uer.lxviij.

50 Ecclesia Romana an habeat iurisdictionem spiritualem, & temporalem. Old.con.cxviij.ubi plenè.

Ecclesia potest esse patrona suimet.per Abb.in ca. significasti. de iure pat.

Ecclesia collegiata potest dici conuentualis. Abb.in ca.nobis. de iure pa. & omnino per Alex. consil. lviij.& præcedenti. iiij.parte. Et ibi uide, quòd collegiata habitu dicitur ecclesia, cuius collegium desijt morte, uel priuatione, & retinet priuilegia collegij.uide gl.xvj. quæstio.ult.& hoc diximus, & gl.in c.statutum.de elect.in vj.

Ecclesia collegiata probatur ex actu gesto per prælatum eius, & socios.Fed.de Sen.in consil.lxj. uacante quodam prioratu,&c.& in consil.qđ est ante consiliũ lviij. Alex.iiij.parte.

Ecclesia collegiata an posśit esse patronata.in d.c.nobis.de iure pa.& in c. sacrosan.de elec.& in consi. Viso puncto. quod est ante consil. lviij. Alex.de Imol.iiij. parte.ubi dicitur uerum, etiam de consuetudine, quæ non ualet. & in d. consil. lviij.in prin.ubi plenè, quòd sic, scilicet cum patrono ecclesiæ, non laico.

Ecclesia collegiata quę dicatur. Abb.sing.in d.c.nobis. & ibi etiam dicit, quando dicitur esse in quasi possesśione iuris collegij.& per quos actus.& Card.in cle.statutum.iiij.q. de ele. quòd collegiata dicitur, ubi est collegium simul uiuentium, uel ex priuilegio: & quòd potest fieri collegiata per præscriptionem, uel per episcopum, uocatis his quorum interest. Card.ubi s. Item,

† Ecclesia collegiata qualiter cognoscatur, uide gl.& ibi Abb. in c.nobis.in uerbo, in conuentuali.de iure patro.

Ecclesia fieri potest collegiata inuito patrono, scilicet per episcopum, sed sine præiudicio patroni. Card.ibidem.

Ecclesia contra ecclesiam an restituatur in integrum.Bal.in authen.item sibi.C.de sac.san.ecclesi. Item,

Ecclesia restituitur aduersus præscriptionem contra aliam ecclesiam intra quadriennium.Ang.in auth.ut eccl. Ro.colla. ij.& Bald.post gl.in authen.quas actiones.de sac.san.ecclesi.

† Vide do.Bar.Soci.in consil.cclxvj.inci.In causa.uer.postremo.ibi, ad secundum dico.in ij.parte.uide in eo.in uer.lxv.]

Ecclesia restituitur aduersus inuentarium non cõfectum, sicut minor.Ang.in auth.ut cùm de app.cog.§.si unum.col.viij.

Ecclesia nõ restituitur aduersus sententiam super possessorio, sicut nec appellatio.Ang.in c.j.de resti.in inte.li.vj.in Noue. post Gof.in summa, eo.tit.in ix.q.& no.in c.ij.eo.tit.

† Ecclesia an & quando tam iudicio petitorio, quàm possessorio excludatur præscriptione quadraginta annorũ. uide do. Bar.Soci.in consil.cclxvj.incip.In causa.uer.postremo.cum uer.seq.in ij.parte.]

Ecclesia restituitur aduersus solutionem factam abbati, si pecunia soluta non sit uersa in eius utilitatem.Paul. de Cast.con. j.Innoc.in c.grauis.depositi.

Ecclesia opponens contra rescriptum, si nõ admittatur, potest petere restitutionem in integrum.Ioan.An. in c.j.de resti.in integ.in vj.in Nouel.ij.col.

Ecclesia an restituatur in integrum aduersus præscriptionem statuti.Bal.in l.si mater.C.ne de statu defun.

Ecclesia restituitur aduersus renũciationem litis factam à suo prælato.Bal.post gl.in l.postquam liti.iij.col.C.de pact.

Ecclesia restituitur aduersus quascunq; præscriptiones. gloss. Bart.& doct.in auth.quas actiones.de sac. san. ecclesi. Quod uerum intra quadriennium, secundum Bart.ibi,& suprà eodem, uersi.lviij.non tamen contra præscriptionem quadraginta annorum.gl.in cle.j.de rest.in integ.sed ibi uide Card. in ix.q.ubi tenet contrà: sed contra usucapionem sic, Card. ibi.q.xj.

Ecclesia non restituitur contra confesśionem, nisi probato errore: quo probato, etiam post sententiã restitui potest.Bald. in addi.Spec.de restit.in integ. uer. ecclesia non restituitur. & Spec.eo.tit.§.j.uer.sed nunquid ecclesia. Card.in cle.j.xj. q.eo.tit.iuxta distinctionẽ, de qua ibi, in q.xx. ubi uide omnino.& s.eo.uer.xlix.

Ecclesia restitutionis beneficio impetrato renunciare potest, non autem impetrando.Bald.in addi.Spec.de restit.in inte. uer.minor,& ecclesia possunt.

Ecclesia, quo ad restitutionem in integrum acquirendam, censetur iure minoris.in Spec.de restit.in integ.§.intra quod.& ibi Bal.in addi.uer.ecclesia censetur.& s.eo.uersi.xlix.

Ecclesia nõ restituit ad opponenda crimina, uel defectus.Bal. in addi.Spec.de rest.in inte.uer.iij.Car.in cle.j.xiiij.q.eo.tit.

† Et Fel.in c.licet in beato.de accus.in j.col.ad fi.uer.in eã.gl.]

† Ecclesia in perpetuum restituitur aduersus enormem lęsionem,& ad restitutionem in integrum petendam, manifestã læsionem requirit.do. Pet. Phil. Corn.in consil.clxxxj.inci. Visis.per totum.in ij.parte.]

† Ecclesia an restituatur, si non seruat uoluntatem defuncti. uide Fran. Aret. in consil. lxvij.]

90 Ecclesia litigans & succumbens, restituitur in integrum, ut habeatur pro transacto, quando fuit habitus tractatus de transactione faciēda, lite durante, si facta nō fuit transactio. Bar. in l. si ex causa. §. nunc uidendum. ff. de mino.

Ecclesia quando est onerata debitis, clericus diues debet præferri pauperi in beneficio. Ita Panor. in c. constitutis. ij. in iij. col. uer. ex quo. ad quęst. de app. & firmat Fel. in c. cùm adeò. in pen. col. uer. nobilitas. de rescript.*

Ecclesia maior debet habere quadraginta passus cœmiterij in circuitu. Sed

Ecclesia minor debet habere triginta passus. xvij. q. iiij. sicut antiquitùs. c. diffiniuit. & c. quisquis. & Old. in consil. lv. ubi etiam dicit, quòd

Ecclesia est priuilegiata per triginta passus circumcirca, & domus eius in dicto circuitu ædificatę. d. c. quisquis. scilicet domus clerici: nam aliorum domus esse non possunt intra ambitum ecclesiæ. gl. ibi. † Vide Fel. in c. cùm pro causis. de sen. excom. uer. no. quòd uiolans prope ecclesiam.]

Ecclesia an restituatur in integrum, ne teneatur ad expēsas ex contumacia procuratoris. Inno. in c. j. ut lite non contest.

Ecclesia destructa reædificata retinet sibi priora priuilegia, etiam indulgentiarum. Inno. in c. abbate. in fi. de sent. excom. & doct. in l. inter stipulantem. §. sacram. de uerb. obli. Quod est uerum, nisi fuit destructa de facto: secus, si de iure, secundum Inno. in c. cùm ex iniuncto. de ope. no. nun. gl. & Bar. & Flo. in l. seruitutibus. §. si sublatum. de ser. ur. prædi. Item nisi sit destructa superioris authoritate, & sine spe refectionis. doct. & Alex. in d. §. sacram. ubi etiam dicit, quòd si sit destructa, & in alium locum translata authoritate superioris, retinet priuilegia priora. gl. no. in c. priuilegiū. de reg. iur. in vj. & Inno. in c. ij. de ope. no. nun.

† Ecclesiam dirutam si quis ædificare uelit, licentia episcopi requiritur: secus autem in reficiendo. Fel. in c. cùm accessissent. in ult. col. in uer. hæc & si. de consti.]

Ecclesia succedit suo rectori decedenti intestato. gl. in c. fin. de off. ord. in vj. & plenius in c. relatum. de testam. & in auth. de eccles. tit. §. si quis autem episcopus. col. ix. Et dic, quòd sic, deficientibus alijs consanguineis clerici: quia ecclesia succedit in bonis patrimonialibus. Bar. in l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniu. testa. no. in auth. si quis presbyteros. C. de episc. & cle. Bald. in l. j. §. his itaq;. in fin. C. de cadu. tol. & infrà eod. uersi. clxxx.

Ecclesia subdita alteri ecclesiæ, uel monasterio, uide Ant. de But. in c. de monasterijs. de præben. & in cap. conquerente. de off. ord.

Ecclesia restituitur ad producēdum testes nouos post didicita testificata, etiam quando primi sunt reiecti propter excommunicationem. j. Restitutio ad probandum. uer. ij.

† Ecclesia an aduersus aditionem hæreditatis restitutionem in integrum petere possit: uide do. Pet. Phil. Cor. in consil. lxj. incip. Licet. in litera F. in iiij. parte.]

Ecclesia petens se restitui in integrum qualiter petat. j. uer. Restitutio qualiter. uersi. xlj. & xliiij. & quasi per totum.

80 Ecclesijs nouus census imponi non potest per prælatos, etiam pro seipsis. Card. no. in cle. j. §. j. ix. no. de exces. præla.

Ecclesia destructa an perdat priuilegia. gl. xvj. q. vij. & hoc dicimus. & gl. in c. priuilegium. de re iud. in vj. & in c. statutum. de ele. in vj. Inno. in c. iij. de ope. noui nun. & in c. abbate. de uerb. signifi. & Bart. in l. fi. de col. illi. & Bal. de pac. Constan. §. nos Romanorum. & in auth. habita. ne fil. pro pa. & Alex. in d. §. sacram. de uerb. oblig.

Ecclesia non potest construi in re, quæ subiacet restitutioni, ut concludit Bart. in l. si locus. in fi. ff. de relig. & sumpti. fune.*

Ecclesiæ ciuitatis interdictæ possunt agere ad interesse contra eum, qui fuit causa interdicti, quo tēpore damnificatæ sunt in oblationibus non factis tempore interdicti. gl. & doct. in c. ij. in fi. de off. ord. in vj.

Ecclesia cogitur cedere bonis. in auth. ut deter. sit nu. cle. §. j. secundum doct. & Pet. de Su. in l. stipendia. C. de except. rei iud. & doct. in l. j. C. qui bo. ce. pos. & Lud. uer. cessio. in fi.

Ecclesia debet precium restituere, cuius administrator nō est soluendo ei, cum quo contraxit. gl. & Bal. in auth. qui res. & ibi Bar. & doct. C. de sacrosan. eccl. & Bart. in l. iubemus. §. j. eo. tit. Quod est uerum, si ecclesia facta est locupletior, secundum Bart. in d. auth. qui res. Item,

Ecclesia tenetur restituere rem, quam accepit ex causa permutationis factæ, non seruata solennitate iuris. Bart. in d. auth. qui res. de sac. san. eccles.

Ecclesia an teneatur restituere precium emptori rei ecclesiasticæ euictæ, quæ fuerat alienata sine iuris solennitate. Bart. & Bald. in l. iubemus. §. sanè. el j. de sac. san. eccles. Lau. de Fano in rubr. de reb. eccles. non alien. in vj. & j. uerbo, Precium. uersi. viij.

Ecclesia non iudicat de his, quæ foris sunt. ij. q. j. multi. nisi in casu c. constituit. secundum gl. ibi. xvij. quæstio. iiij.

Ecclesia an iudicet de occultis. in cle. j. §. j. & ibi Car. de usuris.

Ecclesiæ de mensa dicuntur illæ, quæ sunt ita unitæ, quòd non habent rectorem perpetuum. gl. & Card. in cle. j. §. pręsentatos. iiij. q. de exces. præla. non autem ecclesia spectans ad monachos, & pleno iure, quo ad institutionem & destitutionē. † & ibi per gl. & Car. vj. q. † Vide do. Ias. May. in auth. qui rem. C. de sac. san. eccles. nu. 48.]

90 Ecclesiæ monachorum sunt, quæ ad eos pertinent, quo ad temporalia, ut quæ supersunt ad sustentationem, conuertāt in suos usus. Card. ubi s. q. ult. per c. extirpandæ. de præb. & c. pastoralis. de priuil.

Ecclesiasticum dicitur, quod authoritate episcopi est deputatum ad usum ecclesiasticum. Card. in cle. ij. xij. q. de præb. per c. ad hoc. de eccles. ædi.

† Ecclesia non dicitur, sed basilica, si non est consecrata, sed post consecrationem assumit nomen ecclesiæ: sicut electus in episcopum, quę post consecrationem assumit nomen episcopi: ut est bona gl. cum text. quem tenebis menti, de reli. domi. c. j. Abb. in rub. de consec. eccl. uel alta. Et quòd appellatione episcopi non uenit nondum consecratus, uide gl. in cle. ij. super uerbo, pontificum. de cele. missa. & gl. in cle. j. in uerbo, quemuis pontificem. de pœnis. doct. & ibi Abb. in c. tam literis. in uerbo, consecrandis. de test. in uerbo à prælatione. ubi per illum tex. colligitur, quòd licet aliquis electus & confirmatus uocetur prælatus, tamen dicetur episcopus. & uide Abb. in c. tua. de his, quæ fi. à præla. ubi per Abb. in primo notabili. & adduco Bal. in l. si nondum. C. de fur. ubi dicit, quòd appellatione episcopi non uenit electus, confirmatus, nondum consecratus, adeò quòd licet ciuitas debeat priuari episcopatu, si occidat episcopus, ut in c. ita nos. xxv. q. ij. non tamen uendicabit sibi locum dispositio illius c. in electo cōfirmato, nondū consecrato. facit l. bene à Zenone. in uersi. ex tempore ualitura, ex quo nutu diuino imperiales suscepimus insulas. C. de quadri. pręscrip. Facit quod uoluit Bald. in d. l. administrantes. ff. de excus. tuto. & in l. sed & reprobari. ff. eo. & in auth. habita. C. ne fi. pro pat. & doct. in c. meminimus. de accu. & do. Barb. in proœ. Cle. ubi tangitur, an appellatione abbatis ueniat non benedictus. tetigit Bal. in l. j. ff. sol. mat. tangitur in c. eam te. de rescript. & in c. inter monasterium. de re iud. & nota casum, coniuncta gl. in cle. j. de fo. compet.

Ecclesia cathedralis dicitur parochia episcopi. Card. in cle. dudum. §. uerum. xix. q. de sepul.

Ecclesia potest retractare sententiam contra se latam ob instrumenta de nouo reperta, usq; ad trienniū. l. j. C. de sent. aduer. fisc. lat. quod est uerum ipso iure, licet gl. dicat, petita restitutione in integrum, secundum Io. de Imol. & Abb. in ca. inter monasterium. de re iud. contra gl. ubi s. & contra Ioan. And. ibidem. & in c. cùm Bertoldus. eo. tit.

Ecclesia ex contractibus suis non habet tacitam hypothecam, nisi in uno casu. Bal. in l. fi. in iij. col. uer. ulterius quæro hîc, utrum ciuitas. C. de sacrosan. eccle. Ias. in §. fuerat. in xiij. col. uer. item circa illud. Instit. de actio.*

Ecclesia an remittat iniuriam factam clerico. Innoc. in c. nō dubium. de sent. excommu. & j. uerbo, Iniuria. uersi. lxix.

Ecclesia non probatur esse mea ex possessione longi temporis. Bal. in Marg. uer. Matrimonium.

Ecclesia dicitur filius legitimus sacerdotis, & excludit substitutum, quando quis substituitur filio clerico sub conditione, si decesserit sine filijs. Bart. in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebel.

Ecclesia

Ecclesia potest uendi per parochianum. Bart. in l.j. §. huius. ff. de iusti. & iure.

Ecclesia sita in fundo, non uenit in donatione fundi, etiamsi ad eam non sit aditus, nisi per fundum. Bal. in l.fi. pen. col. C. de edic. di. Adria. tol. & s. uer. Capella. uer. viij.

† Ecclesiæ appellatione non uenit semper corpus inanimatum ipsius ecclesiæ, sed quandoq; capitulum ecclesiæ, quandoq; successor: & de uarijs significationibus uide bonã gl. in c. querelã. ne præla. ui. suas. Ab. in c. relatum. el ij. de testa.

Ecclesia debet esse libera cum suo aditu. Bal. in l. fin. pe. col. C. de edic. diui Adri. tol.

† Ecclesia libera nunquam recipit seruitutem, sed serua bene potest effici libera. Feli. in c. uerum. in iiij. col. uer. iiij. declaratio. in fi. de fo. compe.]

100 Ecclesia non potest construi in fundo, uel domo fideicommissarij. Bar. in l. si locus. ff. de relig.

Ecclesia præscribit contra ecclesiam, etiam cum mala fide, per triennium. c. j. & ibi doc. de præscri. uide in c. sanctorum. & in c. de quarta. & in c. si. per doc. eo. tit.

Ecclesiæ datur restitutio aduersus præscriptionem quadraginta annorum: ut est communis opinio, secundum do. Philip. Dec. post alios per eum relatos ibi in consi. xxix. inci. & pro tenui. in j. colu. uer. præterea sicut ecclesiæ. in j. uol. & idem concludit in consi. xxxvj. in penul. col. uer. iij. & ultimo. eo. uol. & ibi subdit, quòd restitutio, quæ cõpetit ecclesię, pariter competit hospitali.*

Ecclesia contra laicum præscribit spacio triginta annorum cum bona fide sine titulo: sed cum titulo præscribit spacio decem annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes. doc. Io. de Imo. Ab. & Capra in c. sanctorum. & in c. de quarta. de pręscri. & in c. illud. eo. tit. & no. in c. j. eo. tit. in vj. & Io. And. in Merc. in regula, qui ad agendum. gl. in authen. quas actiones. de sac. san. eccle. & in auth. de eccle. ti. §. pro temporalibus. Host. in Summa, de præscri. §. quæ exigantur. uer. nunquid ergo. Quod uerum in rebus stabilibus, quia in rebus mobilibus ecclesia præscribit triennio, si concurrat titulus, & bona fides, sicut priuatus. Ioan. de Imo. in d. c. illud. † per gl. xvj. q. iij. in sum. † Et per Feli. in d. c. sanctorum.]

Ecclesia an possit præscribi. j. Præscriptio de quibus. uer. lxx. & per discursum.

† Fundans ecclesiam, uel faciens eam consecrari, obligatur ad dotem competentem illi dandam, quemadmodũ pater carnalis obligatur ad dotem competentem filiæ dandam. l. fin. C. de do. promi. ita & qui fecit ecclesiam consecrari, uel construi: quia quodammodo censetur pater, cùm deduxerit ecclesiam de non esse ad esse. Abb. in ca. cùm sicut. de consec. eccle. uel alta. in prin.

† Ecclesia, seu cœmiterium quando fuit consecrata, seu consecratum, per notoriè excommunicatum, an debeat reconciliari, uide Ab. post Ioan. An. in c. consuluisti. de conse. ec. uel alta. ibidem, quòd ea, quæ consistunt in consecrationibus, non debent exercitari per fideles, si gesta sunt per notoriè excommunicatum, ante reconciliationem. Fallit in corpore Christi, & in alijs sacramentis, quæ sunt uerissima in se, nec indigent reconciliatione, licet excommunicatus cõfecerit.

Ecclesia parochialis fit authoritate superioris, non eo, quòd parochiani unius accedant ad habitandum sub aliqua ecclesia, quę ideo nõ fit parochialis, nec prima, de qua recedunt, desinit esse parochialis. no. in cap. ij. & iiij. de parochia. & in consi. Viso puncto, &c. quod est ante consi. lviij. Alexan. iiij. parte.]

† Ecclesia parochialis qualiter cognoscitur, & quæ sint iura parochialis ecclesiæ: uide Roman. consil. ccclvj.

Ecclesia potest noua construi in parochia, si alia uetus ecclesia distat à parochia. capit. ad audientiam. primo de ecclesi. ædific.

Ecclesia non potest construi intra parochiam alterius ecclesię, nisi ex causa d. c. ad audientiam. & ibi Abb. ubi dicitur causa esse, quando ecclesia parochialis est remota à parochia, ut tempore pluuioso non possit populus ad ecclesiam accedere sine periculo: ut ibi in text. uel quando populus est magnus, & ecclesia breuis: sed Abb. ibi.

Ecclesia non habens parochiam potest præscribere iura parochialia. Car. no. in cle. ij. §. fi. de reli. do.

Ecclesia Romana, etiam post centum annos, potest uti prælatione, & suprema potestate contra inferiorem, nec patitur præscriptionem in prædictis. glo. & doct. in c. cùm nobis. de præscrip. Inno. in c. bonæ. el ij. de postu. præla.

Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis de urbe Romana gaudet priuilegio ecclesiæ Romanæ in præscriptionibus, quia non patitur minorem pręscriptionem, quàm centum annorum. Io. And. post Archi. in c. ij. de præscrip. in vj. & d. Balio. in ca. cùm nobis. eod. tit. in anti. Car. in cle. ij. §. irritum. v. quęstio. de elec. & j. eo. uersi. ccxiiij.

† Ecclesiæ Romanæ res illæ dicuntur, quæ ad ecclesiam Lateranensem spectant. Felin. in c. ad audientiam. pen. col. uer. considera: ibi, nec de istis. de præscript.]

Ecclesia non dicitur domus ad ecclesiam destinata. Bald. in l. si nondum. C. de fur.

110 Ecclesiæ hæres instituta non tenetur facere inuentarium: sed potest hæreditatem dimittere, etiam sine restitutione in integrum. Bal. in l. fi. v. col. in prin. C. de iure deli. uide Bald. in authen. sicut alienatio. C. de sac. san. eccle. & tenet Ang. in authen. de ali. & emphy. . . si uerò quidam. licet Angel. contrà in auth. de hęre. & Fal. §. fi. & tenet Bar. in l. j. iij. q. iiij. principalis. de sac. san. eccle. ubi dicit idem in pauperibus institutis, uel clerico instituto contemplatione ecclesiæ, ut non teneantur ad onera ultra uires, etiamsi non fecerint inuentarium. Idem tenet Bart. in ecclesia, & ecclesiastica persona, in l. fi. §. fi. C. de iure deli. Sed Bart. in auth. sed cùm testator. C. ad legem Fal. arguit pro, & contra, & non decidit. & infrà eo. uersi. cclxxxj. uide glo. in c. j. de test. & Abb. in c. j. de solu. quòd non tenetur ultra uires. contra d. glo. adde j. uer. Paupertas. uer. xxxvij.

Ecclesia non potest fieri collegiata inuitis patronis. Bald. in l. si quis presbyter. C. de epis. & cleri.

Ecclesia debet intentare Publicianam intra tempora priuatis præfixa. Bar. in l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infec. secundum Bald. & Pet. de Su. in rub. ff. de rei uen. & Bal. in l. j. iij. col. C. de anna. excep. ubi allegat Bar. in d. l. §. si qua. uide Pet. de Su. in l. siue. §. si duobus. ff. de Publicia.

Ecclesia potest petere restitutionem in integrum aduersus laudum enormiter eam lædens, etiamsi tale laudum fuit emologatum, & etiam elapso quadriennio, & etiamsi prædecessor prælati iurauerat in compromisso non contrauenire laudo. Ita concludit Lud. Ro. in consil. ccclxix. incip. Circa primum propositæ consultationis, quòd dictum pro ualde no. refert, & sequitur Feli. in c. placuit. in pen. col. uersi. & adde, quòd sicut ignorantia. de præscrip.*

Ecclesia, cuius rector non implet intra annum uoluntatem defuncti, an priuetur hæreditate. Bald. in auth. hoc amplius. j. q. in lec. anti. C. de fideicom.

Ecclesia ad quas expensas teneatur contribuere episcopo. Bal. in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus. iij. col. C. de episc. & cler.

Ecclesia præscribit contra episcopum. c. de quarta. de præscri. Bal. in l. si quis. §. in omnibus. vj. colu. C. de epis. & cle.

Ecclesia cathedralis creditrix unius sacerdotis pro censu pręfertur in omnibus alijs creditoribus eiusdem, si episcopus sciuit, & contradixit alijs, ne contraherent, uel etiamsi ignorauit: secus, si sciuit, & non contradixit. Io. An. in c. eam te. de æta. & quali. Ludou. Pon. in sing. uerb. unus presbyter. & infrà.

Ecclesia curata non dicitur, quę habet curam nomine & habitu, non re & actu. Bart. in l. si is, qui tres. §. eum, qui. ff. excu. tuto. & Abb. in c. de multa. ad fi. de præ. & ibi Inno. & Card. in cle. j. xxj. q. de offi. uica. ubi plenè. & tenet, quòd ecclesia curata dicitur, si sit actu & habitu curata, non si habitu tantùm: & quòd una non uacat per assecutionem alterius curatæ habitu tantùm. uide ibi omnino. Sed contrarium uide in consi. Viso puncto. ij. col. quod est ante consi. lviij. Alex. iiij. parte. ubi tamẽ nihil allegat. & Alex. ipse in con. lviij. pręallegato dicit, quòd c. de multa. de præben. habet locum etiam in ecclesia curata habitu tantùm, & non actu, secundũ Inn. in d. c. de multa. & in Spe. de leg. §. uidendum. uer. quod quęritur, quod beneficium. sed habens parochiam dicitur curata, licet ibi nulli sint curati. Inno. in c. de multa. de prębe. Bal. in Marg. uer. ecclesia. uersi. xvj. Item quæ de iure curam habet

habet, non quæ de facto tantùm. Cardin. in clem. j. xv. q. de offic. uica.

Ecclesia potest perpetuò, etiam post biennium opponere exceptionē non numeratæ pecuniæ. Bal. in auth. hoc ius porrectum. v. col. C. de sac. san. eccle. & infrà, Exceptio non nu. pec. uersic. xxx.

120 Ecclesia litigans per procuratorem patitur executionem expensarum, si litigauit procurator de his, quæ habuit in mandato, aliàs non. Io. And. in c. j. ad fi. ut lite non contest.

† Ecclesia si eius procurator non appellauerit, uel aliqua acta approbauerit in eius præiudicium, detecto præiudicio, & detecta iustitia, quandocunque potest coram superiore retractari. do. Bart. Soci. in consil. xlv. incip. Visa. uer. secundò concludendum. circa. fi. j. parte.]

Ecclesia potest infeudare regalia, quæ habet à principe. Bal. in c. ad hoc. vj. col. de pace iura. fir.

Ecclesia probat dominium rei suæ per contractum emphyteuticum, secundum Bal. in l. j. ad fi. C. de fideiuss. in lec. antiqua.

Ecclesia ędificata in solo alieno non cedit solo, sed solum cedit ecclesiæ. glo. xij. q. ij. Apostolicos. & Flo. in l. qui domum. ff. ad legem Aquil.

Ecclesia occupans bona clerici defuncti tanquam sua, cùm nō sint, non incidit in pœnam. l. si quis in tantam. C. unde ui. sed econtrà sic. Innoc. in c. cùm in officijs. de testa. Bald. in auth. licentia. C. de epis. & cle. uide Bald. in l. cùm ipse. C. de contrahen. emp.

Ecclesia per uim expulsa de possessione nunquam perdit dominium, uel ius suum. Bal. post glo. in l. si quis in tantam. iij. col. C. unde ui. uide Bal. in l. malè agitur. in fi. C. de præscri. triginta anno.

Ecclesia cogitur uendere frumentum tempore caristiæ pro iusto precio, non pro uiliori. Bartol. in l. j. in fi. C. ut nemi. li. in emp. spec. se excu. lib. x.

Ecclesia prohibita à testatore alienare rem legatam, nō potest eam alienare, etiam ex necessitate. in auth. de alie. & emphy. col. ix. & do. Nico. de Sanctis de Bononia, in l. filiusfa. §. diui. de leg. j. & Bart. Cep. in cau. xxv. & ĩ. uer. Prohibitus alienare. uersi. xliij. in fi. & ĩ. eo. uer. ccclxij.

Ecclesia non potest conferri alicui, pendente lite super ea. c. ij. ut lite pend. in vj.

Ecclesia emens, & non soluens precium, acquirit dominium, etiam sine traditione, & præfertur alteri ecclesiæ postea ementi, & soluenti precium, & possessionem acquirenti. Bar. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. & ibi Bald. & infrà uer. Emptor primus præfertur. uer. j. ubi plenè.

130 Ecclesia Romana militans potest licitè bellum facere contra paganos, qui tenet occupatam terram Sanctam, scilicet Hierusalem promissam Abrahæ, & semini eius. Item contra Turcas, quia non possumus aliter ire ad paganos. Bartol. in l. j. C. de pa.

Ecclesia pleno iure subiecta dicitur, quando est subiecta, quo ad spiritualia, & quo ad temporalia. c. cùm inter. & ibi Inno. Sicu. & doc. de re iudi.

Ecclesia polluta est reconcilianda per episcopum sumptibus eius, qui polluit, uel causam dedit pollutioni, arg. de offic. ordi. si canonicis. penul. col. in vj. uel sumptibus ecclesiæ & parochianorum. de eccle. ædifi. c. j. uel si non sunt soluendo, sumptibus episcopi. x. q. iij. cauendum. j. q. ij. placuit. auth. de manda. prin. §. si tibi. de quo per Card. in cle. j. §. j. iiij. q. de exces. præla. & in cap. proposuisti. v. q. de conse. ec. uel altaris. & s. eo. uer. xxxj. † Et per Felin. in cap. accedens. de præscrip. in fi.]

Ecclesia quomodo dicitur spectare pleno iure ad abbatem. Inno. in c. cùm inter. de re iudi.

Ecclesia obligata ad solutionem duorum annuatim, si soluit unum tantùm, non præscribit contra aliud, quod non soluit. Flo. in l. una est. ff. de ser. urb. prædi.

Ecclesia præfertur fisco in successione ad bona clerici. Bal. in l. si quis presbyter. C. de episc. & cle. & in l. j. C. de hære. decur. in auth. de eccl. tit. §. interdicimus. & in auth. ut cùm de app. cog. §. si uerò filij.

Ecclesia repetit à fisco emphyteusim confiscatam. Bald. in l. si quis presbyter. C. de episco. & cle. Quod uerum est intra biduum. Bal. in auth. nisi rogati. iij. col. ad Treb.

Ecclesia an succedat in hæreditate clerici relicta fratri ipsius clerici grauato de restituendo filio bastardo ipsius clerici testantis. Bal. in d. l. si quis presbyter. de epis. & cle.

† Ecclesia an, & quando succedere debeat prælato in bonis suis. uide do. Pet. Phil. Corn. in consi. lxxix. incip. In hac. in litera G. in iiij. parte.]

Ecclesia habet hypothecam in contractibus suis. Bald. in l. fin. iiij. col. C. de sacrosan. eccle. & in authen. si quas ruinas. eo. tit. vj. col.

Ecclesia dicitur de territorio, in quo sita est. Bald. in l. si quis in hoc genus. de epis. & cle. etiamsi est exempta. Paul. de Cast. consi. cxxxij. & Ioan. And. in c. fin. de offi. dele. in vj. Old. in consi. Quæro est. & ĩ.

140 Ecclesia an teneatur resarcire expensas & melioramenta, finita emphyteusi. Ioan. de Por. in l. senatus. §. Marcellus. de lega. j.

Ecclesia unita alteri an teneatur ad onera ecclesiæ, cui est unita. Bar. in l. j. C. de metropo. Beri. lib. xj.

Ecclesia unita an gaudeat priuilegijs ecclesiæ, cui est unita. gl. in c. j. ne sede ua. & in c. recolentes. de statu mona.

Ecclesiæ dicuntur de uniuersitate ædificiorum. l. j. §. ius publicum. ff. de iusti. & iu. l. pupillus. §. territorium. de uerb. obligat. Oldr. in consil. xxxj. Paul. de Cast. in consil. ccxcvj. & consi. cxxx j.

Ecclesiæ unitæ bona an possint alienari pro utilitate alterius ecclesiæ, cui est unita. Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle.

Ecclesia Romana habet iurisdictionem in spiritualib. & tēporalibus immediatè in insula Sardiniæ. c. si diligenti. de præscrip. & in insula Siciliæ. c. mandata. de præsum. in cle. pastoralis. de re iudi. ubi etiam dicitur de toto regno Siciliæ. & in c. Apostolicæ. eo. tit. in vj. Item in alijs prouincijs, de quibus in c. tibi domino. & in c. ego Ludouicus. lxij. dist. c. Constantinus. xcvij. dist. de elec. in vj. c. fundamēta. & in auth. ut ecc. Ro. cen. an. gau. spa. & ibi gl. & in Spec. de rescrip. præsen. §. j. uer. idem quòd obtentum.

Ecclesia debet admitti, si prælatus eius non admittatur per iudicem. Ioan. And. in c. j. ij. col. de restit. in inte. li. vj. in Nouel. & ibi Archi. & no. in c. contingit. de transact. in c. querelam. de simo. xvij. q. ult. questi sunt.

Ecclesia non utens rescripto intra annum, non restituitur. Archid. & Io. And. in c. j. in fi. de resti. in inte. lib. vj. in Nouel.

Ecclesia dicitur omnis locus pius, & monasterium. no. in c. ij. & ibi Ioan. And. in Nouel. de restit. in integ. in vj.

Ecclesia non perdit proprietatem feudi propter delictum prælati commissum in uasallum. Bal. in c. uno committente. si de feu. fue. controuer. in c. j. qualiter do. pro. pri. in usi. feu.

150 Ecclesia proprietaria an perdat proprietatem propter delictum pręlati, sicut perderet feudum, si esset feudataria. Bal. in c. fi de capi. Conra. in usi. feu.

Ecclesia proprietaria an perdat proprietatē propter delictum prælati commissum ante prælaturam. Bald. in c. fin. de capi. Conra. in usi. feu.

Ecclesia dicitur contrahere, quando ecclesiæ prelatus ritè contrahit, secundum Bal. in c. j. qui suc. dic.

Ecclesia uendens non tenetur soluere notario mercedem pro contractu, uel instrumento, sed emptor. Angel. in authent. de alienatio. & emphyteu. §. & hoc etiam. in ij. colum. ix collatio.

Ecclesia substituta habet iuris restitutionem. Bald. in l. fin. ij. q. C. de edi. di. Adri. tol. & ĩ. Pauper. uersic. xiiij.

Ecclesia non curata, etiamsi sit prioratus, potest conferri minori septem annis. Fre. de Senis consil. cxxvij. Casus talis est, quædam est canonica, &c.

Ecclesia, cui data est domus pro alimentis datarij, tenetur alere, etiamsi domus sit diruta, uel combusta. Bald. in l. j. C. de iure emphy.

Ecclesia non potest incastellari. x. q. j. sanctorum.

Ecclesia non succedit in aliquod turpe lucrum. cap. ex transmissa. de deci. & ĩ. eo. in uer. clxxviij.

Ecclesia potest uendicare acquisita de bonis ecclesię. xij. q. iiij. sacerdotes. ij. q. ult. fixum. ar. ea. causa. q. ij. Apostolicos. in fi. no. in c. inquirendum. de pec. cle. Archi. in c. statutum. §. assessorem. de præscri. in sexto.

160 Ecclesia habet fiscum, id est, prælati ecclesiæ habent fiscũ. no. Car. in cle. ij. §. j. de hære.

Ecclesia succedens domino emphyteusis priuato, an utatur iure suo, an iure priuati contra emphyteutam non soluentem canonem, omnino per Salic. in l. ij. xxv. q. C. de iure emphyteutico.

Ecclesiæ, etiam absenti, quæritur ius ex uoto, ut petere possit quod uouens promisit. no. Abb. Sicu. in cap. ex parte. de censibus.

Ecclesia ædificata de fructibus ecclesiasticis est subijcienda per episcopum illi ecclesiæ, de cuius fructib. est constructa. xij. q. ij. Apostolicos. cum gl.

Ecclesiæ officium est corrigere malefacta in præiudicium animarum. cle. fi. §. ix. & ibi Car. de hære. c. nouit. de iud.

Ecclesia episcopalis debet seruare ea, quæ seruat ecclesia metropolitana. de postu. præla. c. j. xij. di. de his. uer. abbatibus. & Card. in clem. j. in prin. de sen. excom. xviij. no. & no. in c. cùm olim. de censi.

Ecclesia baptismalis dicitur matrix propter regenerationem, quæ fit in baptismo. per gl. & Card. in clem. j. de baptis. & in clem. j. §. j. de priuilegijs. quandoque parochialis. d. §. j. cum glo. & Card.

Ecclesia matrix potest subesse religiosis. glo. in cle. j. & ibi. Car. de sen. excom.

Ecclesia secularis curata, in qua competit ius patronatus monasterio, si uacat per mortem clerici præsentati, per monasterium potest impetrari. Rota in deci. ccccl xxij. supposito, &c. in nouis.

Ecclesia qualiter agat ad reuocationem rei suæ alienatæ sine solennitate. Pau. de Cast. in consi. 50. in Spec. de rebus eccl. non ali. in prin. & in tit. de his, quæ fi. à præla.

170 Ecclesia cadit à iure suo propter inuasionem prælati, uel abbatis, factam communicato consilio cleri. aliàs non. Bar. & doct. post glo. in l. si quis in tantam. C. unde ui.

Ecclesia præscribit contra ecclesiã etiam in foro conscientiæ, & non tenetur ei restituere, etiam habita notitia, quòd res præscripta sit alterius ecclesiæ. no. in c. illud. & ibi doct. & in c. ad aures. de præscript.

Ecclesia cathedralis dicitur matrix. gl. & Cardin. in cle. j. §. j. de priuile. no. in c. j. & in c. ex transmissa. de præscrip. Et potest sumi dupliciter, scilicet, pro baptismali, & pro cathedrali. Car. in cle. ij. §. irritum. iij. q. de elec. Quandoque tamen cathedralis ponitur pro matrice, seu indifferẽter. cle. j. in prin. & ibi Car. j. opp. de sen. excom. sunt tamen idem. in ca. fi. de offi. archipresbyteri. Plus tamen importat ecclesia cathedralis, quàm matrix. d. cle. j. in prin. licet cathedralis quandoque dicatur matrix, ut no. in d. c. fi. & xxj. q. ij. sicut. & d. uer. si uenerabili. secundum Car. ubi s. & gl. declarat quæ dicatur matrix, & quare.

Ecclesia matrix non cathedralis non habet ius in capellis, nisi habeat ex priuilegio, uel concessione, secundum Car. Zab. in c. ex transmissa. de præscri.

† Ecclesia habens sub se capellas, largo sumpto uocabulo matrix respectu capellarum dici potest. Abb. cap. ex parte. de rescri. nu. 3.]

Ecclesia parochialis habet ius funerandi. c. j. & c. in nostra. de sepul. c. ex transmissa. de præscrip.

Ecclesia conuentualis quæ dicatur. Pet. de Ancha. in c. nobis. in ult. col. uer. uenio ad quæstiones. de iure patro.*

Ecclesia parochialis etiam baptismalis, dicitur matrix, & potest pertinere ad ius monachorum. no. in c. ex transmissa. de præscri. & c. de monachis. de præben. in cap. in Lateranensi. eodem titulo.

† Ecclesia parochialis unita monasterio, tanquam uicaria, debetur impetranti. Ita in Rot. deci. ccccl xx. in nouis.

Ecclesia non debet locupletari cum aliena iactura: & ideo si rector ecclesiæ de pecunia Titij emit pro ecclesia, debet Titio cedere iura in re empta. Bal. in l. j. xj. q. C. si ser. extero.

† Ecclesia parochialis & hospitalarij possunt præscribere iura aliarum ecclesiarum. Ita do. de Ro. dec. x. in antiquis. in cle. quia contingit. de re. iu. do. cap. religiosi. de priuilegijs. not. in c. cùm personæ. eod. tit. lib. vj.

† Ecclesia non dicitur locupletari cum aliena iactura, quando lucratur melioramenta facta per emphyteutam, excluso hærede extraneo: quæ sit ratio, uide Rapha. Fulgo. in consi. ix. in ult. col.]

† Ecclesia inhonestis lucris, neque cum alterius iactura locupletari non debet. Rapha. Fulg. in consi. vij. in iij. col.]

Ecclesia parochialis potest agere ad ueram æstimationem decimarum contra eum, qui combussit fructus immaturos, etiam suos. Flo. in l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de usufruc.

Ecclesia uendens tenetur dare offerenti iustũ precium, etiamsi alius offerat plus. Angel. in authen. de ali. & emphy. §. hoc etiam. iiij. colu. colla. ix. & Ludoui. Pon. in fin. uer. uenditio. uer. tu scis.

Ecclesia an & quando possit prouocare, & prouocari ad diuisionem. Bal. in l. fi. C. communi diui. Bar. in l. iubemus. & ibi doc. C. de sac. san. eccle. glo. & doc. in l. ij. C. de fun. do. & ibi Ang. & Pet. de Vbal. in tract. de Socie. xj. parte. iij. col. & suprà uer. Diuisio. uer. lxxxj. cum quinque uer. seq. & infrà eod. uer. cclx.

180 Ecclesia potest facere diuisionem rei communis cum alio. Bart. in l. in pupillorum. in princ. ff. de rebus eorum.

Ecclesia succedit clerico, non extantibus propinquis. Bald. in l. j. §. his itaq;. in fi. C. de cad. tollen. & suprà eo. uer. lxxv.

Ecclesiæ curatæ uniri possunt. Ange. in authen. ut deter. sit nu. cler. in fi. col. j.

Ecclesiasticæ personæ digniores sunt laicis. gloss. lxx. distinct. monachus.

Ecclesia metropolitana non dicitur matrix singularum ciuitatum. gloss. & Cardin. in clemen. j. in princ. xiiij. q. de senten. excom.

Ecclesia non potest excommunicari. gloss. vij. quæst. j. sicut uir.

Ecclesiam Romanam debent Imperator, & alij principes Christiani tueri. infrà, Principes. uer. antepe.

Ecclesia non execratur per remotionem reliquiarum. infrà, Reliquiæ. uer. antepen.

Ecclesia emens ius patronatus sui, remanet libera. j. Patronus ecclesiæ. uersi. xliij. Idem si patronus uendat alteri, ibidem uersic. cxix.

Ecclesia an possit dari in præbendam per episcopum sine consensu patroni, & an possit fieri collegiata. infrà, Præbenda. uer. xxviij.

190 Ecclesia cathedralis dicitur maior. c. cum canonicis. & ibi Abb. de cen.

Ecclesia dicitur uiduari, uel uacare, per mortem prælati immediati, non autem mediati. Innocen. in cap. olim. el j. de restit. spol. Card. in cle. fi. ij. q. in op. de procur.

Ecclesia inferiori uacante, non currit præscriptio contra eam, licet pro ea agere possit episcopus, quia caret suo proprio & immediato defensore. Ita Innoc. in c. olim causam. de resti. spo. refert, & sequitur Panor. ubi de hoc facit festum, in c. cùm deputati. in pen. col. uer. & facit illud not. dictum, de iudic. & in c. j. in j. col. uer. gl. fi. de præscri.*

Ecclesia curata potest accedere ecclesiæ simplici, & non curatæ, & sequitur eius naturam. cle. ij. & ibi Card. in princip. de præbend.

Ecclesia præsumitur libera, & non patronata, nisi probetur patronata per confessionem, uel consuetudinem præsentandi in ea per plures actus. no. Abb. Sicu. in ca. querelam. de ele. ubi not. cum gloss. & ibi plenè per eum.

Ecclesia an uendicet res emptas ex pecunia sua. Bald. in l. si ut proponis. C. de rei uen. glo. in l. uxor marito. ff. de dona. inter uirum & uxo. & dicit quòd sic, si est empta per clericum rectorem expressè, uel tacitè, scilicet per interpositam personã, ut ibi: sed si per alium est empta, habet rem obligatam pro precio. Vide Bald. in l. iij. C. si quis alteri, uel sibi. & in l. cùm ipse. C. de contrahen. emp. & j. eo. uer. cclxj.

Ecclesia Romana potest perdere iurisdictionem temporalem per præscriptionem centum annorum. Bal. in l. ij. vj. q. C. de serui. xij. col.

Ecclesia non potest locare ultra triginta annos. Angel. in au-

† then. de alie. emphyteu. §. si uero aliquis. collat. ix. Adde do. Iason. May. in authent. in rem. C. de sacrosanct. eccles. nume. xlvij.]

Ecclesia in quibus bonis succedat clerico. Ang. in auth. de eccle. tit. §. interdicimus. colla. ix.

Ecclesię quomodo succedant clerico, si plures erant sub unius gubernatione. Dic quòd omnes pro rata redituum. Angel. in auth. de ec. tit. §. interdicimus.

Ecclesia habetur loco pupilli, est pro pupillo, & minori. Barto. in l. in pupillorum. in prin. ff. de reb. eorum.

200 Ecclesia potest permutare. auth. item inuicem. C. de sacro san. eccle. Bar. in d. l. in pupillorum. in prin. de reb. eorum.

Ecclesiæ uacantis custodia ad quem pertineat. s. uer. Custodia. uersic. x.

Ecclesiæ nauis potest accipi ad portandum res pro utilitate communi. l. iubemus nullam. & ibi Bar. C. de sac. san. eccle.

† Ecclesia habet fundatam intentionem suam de iure communi super omnibus bonis possessis à prælato defuncto. Vnde omnia præsumuntur esse ecclesiæ, nisi probetur ex aduerso, illa esse patrimonialia: si tamen hæres prælati sit in possessione, & dubitatur, an illa bona habuit prælatus ante prælationem, uel post, est defendendus in sua possessione, donec contrarium probetur per ecclesiam. Abb. in c. j. de testa. & in repe. c. cùm esses. eo. tit. facit quod no. in c. j. & in c. iij. de pecu. cleri. ubi per do. And. Barbat.

† Ecclesia potest inducere legem ciuilem, quæ pro ipsa facit: sed eam contra se recipere non tenetur. Innoc. in c. nouit. de iudi. Host. Ioan. de Imola, & Barba. in c. fi. de sol.

Ecclesia non excusatur à muneribus iniunctis pro expeditio-† ne principis. l. neminē. & ibi Bar. C. de sa. san. eccl. † A quib. autem muneribus sit immunis, & à quibus non, uide dom. Iaso. May. in l. placet. eo. tit. nu. 20. & num. 35. & nu. 46. & in eiusdem l. repe. nu. 22. & nu. 27. & seq. & nu. 57.]

Ecclesia, cui est factum legatum, ut emat fundum, non potest emptum reuendere, sed debet perpetuò habere, secundum Bald. in l. fi. C. de pac. inter empt. & uend. & per l. Titio centum. iij. respon. de conditio. & demon.

Ecclesia substituta ratificans alienationē rerum sibi restituendarum per fideicommissarium alienatarum per hæredem grauatum, sibi non præiudicat, sed priuatus sic, qui tamen consequitur precium ex fideicommisso. Bal. in authen. res, quæ. in fi. C. communia. de leg.

Ecclesia accipiens feudum an debeat iurare fidelitatem. Bald. in prælu. feu. pen. col.

Ecclesia non priuatur iure suo ex eo quod prælatus eius incidat in l. si quis in tantam. C. unde ui. sed tenetur ad dimidiā pœnæ, uel æstimationem rei ipse prælatus. Bald. fin. in pręlud. feu. in fi.

Ecclesia fundari non debet, nisi dotetur. de consec. ecclesiæ. cùm sicut. de conse. dist. j. nemo. in authen. ut nemo fabri. ora. do. colla. v. & in auth. ut deter. sit nu. cle. §. j. Quod uerū, nisi ex necessitate fundata sit, & dotari non possit. Ab. Sicu. post Host. in c. ad audientiam. j. de eccle. ædi. Item nec consecrari, ut ibi. & xvj. q. ulti. pie. j. q. ij. placuit. j. q. iij. si quis præbendas. Car. in cle. j. xiij. q. de ui. & ho. cle. quòd authoritas præsumitur post longum tempus. suprà, uer. Capella. uersic. xv.

Ecclesia non potest fundari sine licentia episcopi. c. nemo. de conse. dist. j. & Sicu. in c. iij. de iure pa.

210 Ecclesia debet habere bona. cle. in plerisque. & ibi Cardina. de ap.

Ecclesia agere potest pro subditis oppresis. Car. not. in clem. j. §. fin. de iureiur.

Ecclesiæ plures curatæ teneri possunt per unum habentem unum hospitale, cui sunt annexæ ecclesiæ curatæ. Car. in cle. ij. de præben. Quod uerum, si hospitale est religiosum: alias non. ibi. §. fi.

Ecclesiæ patriarchales in orbe sunt quatuor. Item in urbe sunt quatuor. Car. in cle. ij. §. irritum. v. quæst. de elec.

Ecclesia Lateranensis sub basilica Saluatoris, quæ dicitur Sancta sanctorum, fuit constructa à Constantino Imperatore, qui eam censuit esse maiorem in orbe, & matrem omnium ecclesiarum. Car. ubi suprà, etiam dicit, quòd

Ecclesia Lateranensis sola gaudet præscriptione centum annorum: per c. cùm nobis. de præscrip. & suprà eod. uer. cviij.

Ecclesia immediatè subiecta quomodo dicatur. Bald. in cap. j. iiij. col. qui feu. da. pos.

Ecclesia non potest dare rem ad perpetuum libellum, sed priuatus sic. Bal. in c. j. ij. col. de feu. ali.

Ecclesia ex difficultate conueniendi non dicitur idonea persona, in quam fieri possit alienatio. & sic nec idoneus fideiussor. Bald. in c. j. ij. col. de feu. ali. per Bal. in Mar. uer. ecclesia. uer. vj. post Innoc.

Ecclesia est tutissimum refugium. Bal. in c. j. ij. col. de feu. alie. & C. de his, qui ad eccle. confu. Quod est uerum, nisi pro delictis. in authen. de man. prin. §. neque autem. in glo. secundum Bart. in consilio, Statutum de ciuitate Tuderti, &c. de quo in c. inter alia. & ibi doc. de immu. eccle. & per Ange. de Aret. in tracta. Malefi. uer. quod fama. in materia capturæ. & uer. in scalis sancti Petronij. Vera conclusio est, secundum Abb. in d. c. inter. & gl. in c. sicut antiquitùs. xvij. q. iiij. quòd tuta est ecclesia pro omnibus delictis, nisi pro fure manifesto & publico, & pro nocturno depopulatore agrorum. d. c. inter alia. & pro homicidio in ecclesia commisso, per c. fi. eo. tit. secundum Ab. & ibi Ab. dicit uerum, si occidit in ecclesia animo se tuendi ab ecclesia: qui animus in dubio præsumitur, nisi ex coniecturis contrarium constet: ut quod in ecclesia ex noua causa prouenerint ad uerba, & rixam, & inter eos non erat prius inimicitia. Adde quartum casum, scilicet pro sacrilegio, uel furto in ecclesia facto, ut non sit tutus in ecclesia, quam læsit. xvij. q. iiij. ad episcopos. & gl. in c. frater. ea. q. quæ tamen hoc non firmat per d. c. inter alia. Item nisi delictum fiat in ecclesia, uel contra ecclesiam. s. uer. Delinquens. uersi. lxxij. lxxiij. & lxxvij. Item nec Iudæis. j. uer. Iudæus. uer. ij. Sed Christianis sic, nisi in casibus ibi no. per gl. & doc. l. ij. C. de his, qui ad eccle. confu. Item uerum, quo ad citationem realem, non quo ad uerbalem, quæ in ecclesia fieri potest. l. præsenti. in prin. eo. tit. Et si capiatur, debet relaxari: ut ibi per Bar. & Sicu. in d. c. inter alia. Item uerum, etiam in finibus ecclesię. d. l. præsenti. & ibi Bar. & suprà, uer. Citatio uerbalis. uer. j. Item nec pro debitis, stante statuto, quòd debitor capiatur. Old. consi. liiij. Sed an excommunicato confugiēti, ne pro delicto capiatur. Host. in Summa de sen. excom. §. à quibus. uer. quid ergo. Sed quid si captus extrà ducatur per ecclesiam. s. Confugiens. uer. iij. in fi. Item nec clericus homicida cōfugiens in ecclesia potest inde extrahi per episcopum, ut ponatur in carcere perpetuo durissimo, uel in gabia, ubi uerisimiliter intra paucos dies possit mori. Car. in cle. j. vij. quæst. de pœni. & remis.

220 Ecclesiarum immunitas non uiolatur, eo quòd quis uolens de ecclesia extrahatur. Car. in cle. j. de pœn. & remis. & in c. fi. de immu. ec.

Ecclesiarum rectoribus debet dimitti quantum sufficiat ad uictum & sustentationem. no. Car. post glo. in cle. j. §. præsentatos. xij. no. de exces. præla. uide de præben. in c. extirpandæ. & c. de monachis.

Ecclesia cathedralis non potest fundari sine authoritate papę, sed alia ecclesia sic, quòd authoritas episcopi sufficit. Ioan. Faber. Insti. de rerum diui. §. religiosum. & Alex. in l. j. ff. de relig. & sump. fune.

† Ecclesia cathedralis nō uenit in literis, nisi exprimatur. Fel. in c. nostra. xxxix. corol. de præscri. pulchrè declarando ca. quamuis. de præben. in vj.]

Ecclesia sancti Petri de Roma condita fuit à Constantino Imperatore, ut esset caput aliarum ecclesiarum. xij. q. j. futura. cum gloss.

Ecclesiæ inferiores an teneantur obseruare de necessitate consuetudines ecclesiæ Romanæ, uide latè per Ioan. de Turre Cre. in c. nolite. xj. dist.*

Ecclesia dicitur commissa rectori instituto de ea, uel etiā commendatario. no. Abb. in c. j. de sol. Item,

Ecclesia dicitur serua rectoris. cle. fi. & ibi Car. de procu.

Ecclesia libellaria, uel emphyteutica, an cadat propter canonem non solutum. Bald. in c. iij. de feu. ali. in Spec. de loca. §. vj. uersi. xv. no. in l. placet. & ibi C. de sacrosan. eccle.

Ecclesia an possideat conuersum. Item,

Ecclesia an debeat habere ratum, quando conuersus suus aliquid acquirit. Bartol. in l. cùm hæredes. §. item quæro. ff. de acquir. pos.

Ecclesia acquirit etiam per suum rectorem putatiuum. Bal. in l. eam, quam. iij. col. C. de fideicom.

230 Ecclesia loco filij non habetur in his, quæ non transmittuntur ad hæredem extraneum, ut in feudo. Vnde

Ecclesia

Ecclesia nō succedit in feudo, mortuo feudatario. Bal. in auth. nisi rogati. iiij. col. C. ad Tre. ubi Bal. dicit uerum, nisi in feudum francum. Item,

Ecclesia loco filij non habetur, quando succedit in rebus certis: sed demùm quando succedit in bonorum uniuersitate. Bal. in authen. nisi rogati. iiij. col. C. ad Treb.

Ecclesia Romana propriè dicitur augusta. Bald. in l. fi. in prin. & ibi tex. C. de bo. quæ lib.

Ecclesia, uel capella, non debet ædificari in loco contra conuentionem contrahentium. l. fi. C. de pac. inter emp. & uen. sed si ædificetur, ualet: agitur tamen ad interesse. gloss. & Bald. ibi.

† Ecclesia si pacificatur & gubernetur ab alio, quàm ab episcopo, an & quando ualeat: uide Feli. in c. uerum. in iiij. col. uer. iij. declaratio. de fo. compe.]

Ecclesia fundari non potest, nisi episcopus primum lapidem figat, cruce adhibita: & si secus fiat, potest destrui propria authoritate ædificantis. j. uer. Hospitale. uer. xxxix.

Ecclesia depingi potest, non obstante prohibitione alicuius. Bar. in l. j. ff. ne quid in loco sacro.

Ecclesia eligit an uelit pecuniam, uel rem emptam de pecunia sua. gl. & Bald. in l. si tutor. C. de commu. ser. ma. & s̄. eod. uer. cxciij.

Ecclesia uniuersitati æquiparatur. Bald. in l. si ita. in fi. C. de communi ser. manu.

Ecclesia accipiens feudum, etiam à rustico, tenetur ad omnia, ad quæ tenentur feudatarij. Bal. in l. fi. ad fi. C. sine censu, uel reli. & sic de iurisdictione domini laici. ibidem.

240 Ecclesia, cuius nomine prælatus emit pro alio, an debeat reuendere illi, pro quo emit, licet instrumentum cantet in personam ecclesiæ. Bal. in l. j. ult. col. si seruus extero.

Ecclesia, in qua est sepultus excommunicatus minori excommunicatione, non indiget reconciliatione. Car. in cle. j. xij. quæst. de sepul.

Ecclesia nō tenetur alere patronum suum, nisi habeat fructus superfluos. doct. & Angel. in l. competens. C. de alen. à paren. lib. & j̄. uer. Patronus ecclesiæ. uer. xxxvj.

Ecclesiæ debentur equi ducti ad sepulturam militis in ea sepulti. j̄. uerb. Equus. uer. xxiij.

Ecclesia parochialis, uel curata, nō dicitur ex eo, quòd habeat sepulturas. Archid. in c. j. de sepul. in vj. & Host. de cle. non resi. c. quia nonnulli. Item nec ius baptizandi, secundum do. Pet. de Bono. post Hostien. in clem. j. de bap. & Fre. de Senis consil. cxxx. casus talis est, Quidam habens beneficium curatum. Innoc. tenet contrà in ca. de multa. de præben. & ibi Ioan. Cal. uide in Spec. de legato. §. uidendum. uer. sed quęritur quod beneficium dicatur habere curam animarum.

Ecclesia quare tolerat usuras Iudæis. Paul. de Castr. consilio ccclxxviij.

Ecclesia & Ciuitas, æquiparantur. l. fi. & ibi. Bart. C. de sac. san. † eccle. in Spec. de resti. in inte. §. iiij. uer. hoc idem. † Et uide j̄. eo. in uer. xxx. & lxxviij.]

Ecclesia una potest pręscribere decimas alterius ecclesiæ. c. ad aures. & ibi doc. de præscrip.

Ecclesia quamuis hodie gaudeat præscriptione quadraginta annorum, tamē istud est singulariter uerum in rebus immobilibus, quæ sunt ueri dominij ecclesiæ, de quo per Angel. & Imo. in l. usucapione. ff. de usuca. per Butri. in l. ut inter. in addi. C. de sac. san. eccle. circa finem.

Ecclesia potest eximi à iurisdictione episcopi per præscriptionem, sicut per priuilegium papæ. c. auditis. & ibi docto. & c. cùm non liceat. de præscri.

Ecclesia subiecta an debeat ire ad superiorem pro litanijs cantandis. s̄. uer. Clericus. el j. uer. lxj.

250 Ecclesia cathedralis potest esse sine clero & populo Christiano. cle. in plerisq;. & ibi per Car. de elec.

Ecclesia sita in una diœcesi, si possidet in alia diœcesi bona stabilia, debet soluere onera ecclesiæ imposita, & decimas, in diœcesi ubi sita est: sed onera realia uel rebus imposita debet soluere in diœcesi ubi bona sita sunt. Card. in cle. j. §. sanè. ulti. quæst. de iure patro.

Ecclesia dicitur parochianorum. clem. j. §. j. & ibi Cardin. de priuileg.

Ecclesia potest per episcopum alteri ecclesiæ subijci. gloss. xij. quæstio. ij. Apostolicos. argu. c. ij. sicut unire. de exces. pręla. & infrà, Episcopus in spiritualibus. uersic. cxxxix.

Ecclesia cathedralis dicitur ob honorem episcopalis cathedrę, cuius occasione recipitur cathedraticum. x. q. iij. illud. de offi. ordi. conquerente. de dona. pastoralis. Cardi. cle. causam. §. j. de elec. Item,

Ecclesia habens episcopum. Cardi. in clem. in plerisque. iiij. q. eod. tit.

Ecclesia occupata ab hostibus nō desinit esse sacra. Car. in cle. in plerisque. ij. q. de elec.

Ecclesia etiam non consecrata, in qua celebrantur diuina officia, gaudet immunitatibus & priuilegijs ecclesiarum. de immu. eccle. c. j. de conse. eccle. c. fin. Card. in cle. j. iiij. quæst. de sepul. & in v. q. ubi plenius.

Ecclesia secularis potest esse subiecta abbati ex priuilegio papæ, uel ex præscriptione c. auditis. de præscrip. & ibi doc. c. de monachis. de præben. Item,

Ecclesia collegiata potest pertinere ad abbatem. c. cùm olim. & c. ex transmissa. de præscri.

260 Ecclesia faciens sibi relinqui à testatore ea, quæ relicturus erat filio, quomodo teneatur. Angel. in l. pupillorum. C. de admi. tut.

Ecclesia potest socium rixosum prouocare ad diuisionem: aliàs non. per Angel. in l. ij. C. de fun. dota. cum gloss. & Bart. in l. iubemus. in prin. C. de sac. san. eccl. s̄. Diuisio. uersi. xcix. Item potest aliam ecclesiam sociam prouocare ad diuisionem. Bald. in l. fin. C. communi diui. & suprà eod. uersic. clxxiij.

Ecclesia, de cuius bonis prælatus emit sibi, & hæredibus, debet conseruari indemnis: aliàs potest in subsidium uendicare rem emptam de sua pecunia à quocunque possessore. Bal. in l. cùm ipse. C. de contrahen. emp.

Ecclesia, & imperium fraternizant. in authen. quomodo opor. episcopos. in princ. Bald. in l. fi. in fin. C. de quadri. præscrip.

† Et do. Ias. May. in repe. l. j. C. de sac. san. eccle. nu. 22.]

Ecclesia una an possit habere plures prælatos, uel rectores. in c. cùm non ignores. de præben. & dixi in tractatu de Episcopo, ij. lib.

Ecclesia an possit uendicare rem alienam, pro qua alius, ut emphyteuta, soluit censum certo tempore. in Specu. de loca. §. vj. uersic. liij. & ibi Bal. in addi. uer. si teneo rem.

Ecclesia uniuersalis non potest errare. xiiij. quæstio. j. c. j. cum glo. & c. à recta. sed particularis sic. c. à nobis. el ij. de sen. excom. no. in c. licet ex suscepto. de fo. compe.

† Ecclesia an in canonizatione sanctorum errare possit: uide Felin. in cap. uenerabilis. de testi. in j. colum. in uer. & solet dubitari.]

† Ecclesia an errare possit in ligando, & non ligando, in absoluendo, & non absoluendo, uide Felin. in c. à nobis. de sent. excommu. in prin. in uer. nota etiam casum.]

Ecclesiæ damnum est, si nuncius eius fugiat cum pecunia mutuata ipsi ecclesiæ. Bal. in authen. hoc ius porrectum. in fi. C. de sacrosan. eccle.

Ecclesia dicens fundum emphyteuticum ad se reuersum propter canonem non solutum, potest cogi declarare qualis, & quantus sit fundus. Bal. & Phi. in c. significantib. de appel.

Ecclesia collegiata, & etiam secularis, potest subijci, etiam pleno iure, monasterio, & ecclesiæ regulari. c. cùm inter. & ibi doc. de re iudi. c. de monachis. de præben. xvj. q. ij. uisis.

270 Ecclesia succedens priuato, qua præscriptione utatur. gl. & Bar. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. in fi. quod utitur suo iure pro futuro tempore.

Ecclesia, quæ recipit aliquid ut faceret, cogitur: non autē reddere receptum. j̄. uer. Datum. uer. x.

Ecclesia uniuersalis est una. c. j. §. una. de sum. tri. & cle. j. §. fi. de exces. præla. extra quam nullus saluari potest. ibidem, in gl. & xxiiij. q. quando uetus.

Ecclesia quælibet est, & præsumitur libera, nisi probetur subiecta iuri patronatus. Inno. in c. cùm uenerabilis. de except. sed subest episcopo diœcesano. x. quæst j. regenda. & j̄. eod. uersi. cccv. & s̄. eo. uer. cxcij.

Ecclesia uiduatur morte episcopi, uel prælati. c. quia propter. de electio. xxxiiij. dist. uidua. non autem morte canonici. gl. in d. c. quia propter.

Ecclesia

Ecclesia agens contra emphyteutā quot modis probet de dominio suo. in Spec. de loca. §. vj. uersic. lvj. & sequen.

Ecclesia non tenetur recipere canonem ab emphyteuta, nisi de anno in annum. in Spec. de locatio. §. vj. uersic. xxxiij. & ibi Bald. in addi. uer. ecclesia non cogitur.

Ecclesia an præferatur emphyteutæ, uel contrà, in uendicando rem. in Specul. de loc. §. vj. uer. lj. & ibi Bald. in addi. uer. quis præferatur.

Ecclesia priuatur feudo propter delictum prælati, dum uiuit prælatus: sed eo mortuo reintegratur in feudo. doct. & Archid. in c. uerum. de foro compe. & suprà, Delictum. uer. lij.

Ecclesia non dicitur possideri per eum, cui debentur fructus uacationis primi anni, sed per prælatum eius. Ioan. Andr. in cap. si propter tua. de præscrip. in vj. Flo. in l. si quis ita. ff. de usufruct.

280 Ecclesia fratrum Minorum sancti Francisci est capax relictorum, & institui potest. Bar. in tract. Minorica. & in l. ciuitatibus. in prin. de leg. j. sed Ang. contrà in auth. de eccle. tit. §, si quis autem. col. ix. Vide Bar. in l. seruos. ff. de ali. & ciba. leg. & Bal. in auth. ingressi. xj. col. C. de sacrosan. eccle.

Ecclesia potest habere procuratorem, sicut fiscus & princeps. Bal. in l. j. xxx. oppo. C. qui admitti.

Ecclesia hæres instituta non tenetur ultra uires hæreditarias, etiamsi adeat sine beneficio legis, & inuentarij. Bal. in auth. sicut alienatio. C. de sacrosan. eccle.

Ecclesia tenetur ad onera fiscalia. authen. sicut alienatio. & ibi Bal. C. de sacrosan. eccle. & s. eo. uer. xxx.

Ecclesia utitur iure communi in casib. expressis. Bal. in l. & in
† legatis. C. ad legem Falci. † Vide do. Iaso. in auth. si qua mulier. de sac. san. eccle. nu. 51. & in l. j. eo. tit. nu. 18. & nu. 22.]

Ecclesiam diruptam clericus, non parochiani, reficere debet. x. q. j. discernimus. xij. q. ij. quatuor. & ibi Archid. gl. xvj. q. j. si monachus. gl. Inn. & doc. in c. de his. de eccle. ædi. Alber. de Rosa. in l. ad instructionem. de sac. san. eccle. Barth. Cep. de ser. urba. c. lix.

Ecclesia contra ecclesiam an sit priuilegiata. Bartol. in authen. quas actiones. C. de sac. san. eccle.

Ecclesia habens annexum hospitale, potest conferri uigore literarum papæ de prouidendo. gl. & Card. in cle. ij. xvj. quæstio. de præben. Sed quid si sint unita simul, & non constet, quòd sit principale. ibi, q. xvij.

Ecclesiam non consecratam uiolare, non est sacrilegium. Archi. xvij. q. iiij. si quis. iiij.

Ecclesia parochialis non desinit esse parochialis, uel curata, recedentibus parochianis. Cardina. in cle. in plerisque. j. quęstio. de electio. & in c. de multa. de præben.

290 Ecclesia cathedralis an desinat esse cathedralis, recedentibus parochianis. Card. in d. cle. Et quid si expellitur clerus, & populus. Card. ibi. ij. quæstio. quòd sic.

Ecclesia non fit dignior ratione opum, uel maioris populi. Car. in d. cle. iij. q.

Ecclesia tribus modis capitur. Primo, pro uniuersis ecclesijs Christianorum. Secundo, pro uniuersis ministris ecclesiarum omnium. Tertio, pro uniuersa congregatione fideliū. Bal. in Marg. uer. Ecclesia. uer. j. Item,

Ecclesia Romana dicitur tribus modis. Primo enim pro papa. Secundo, pro iurisdictione temporali. Tertio, pro ecclesia cathedrali Lateranensi, secundum Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. uide Archid. in c. j. de præscri. lib. vj. & in c. fundamenta. de elect. eo. lib.

Ecclesia non prohibet emere, uel acquirere, stante statuto, quòd forensis non possit emere. Bartol. in l. fin. C. de exact. trib. lib. x.

Ecclesia libera iugum non patitur. Bal. in l. omnem ad fi. C. ad
† Tertul. † Et uide suprà eodem. in uersi. xcix.

Ecclesia tenetur seruare pacta, sicut laicus, etiamsi obligatur laico. Bal. in l. fi. C. sine censu, uel reli.

Ecclesia non tenetur conferre ad refectionem murorum ciuitatis. gloss. Bartol. & doct. in l. ad instructionem. C. de sa. san. eccles. Sed

Ecclesia tenetur conferre ad refectionem uiæ ante ecclesiam, uel domum suam, non tamen ad onus impositum personæ pro rebus, ut pro faciendo uiam, uel pontem. in authent. item nulla. C. de episcop. & clericis. Bartol. in d. l. ad instructionem. Vide omnino Barth. Cepo. de seruit. urba. ca. lix. & Card. in c. aduersus. de immu. eccle. & in clem. j. eodem titu.
† Vide dom. Iason. May. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. num. 37. & num. 39. & num. 40. & dom. Petrum Philip. Corne. in consilio lxxij. incip. In hac. in litera O. in iiij. parte.]

Ecclesia debet soluere, quando prædia sunt tributoria. Bart. in d. l. ad instructionem. & in l. placet. de sacrosan. eccle. & suprà eo. uersic. vj. & uersic. iij. & sequen. Item,

Ecclesia hodie non tenetur ad reparationem itinerum, & uiarum, contra Iaco. Butrig. & Bartol. in l. ad instructiones. C. de sacrosanct. ecclesi. de quo in additio. ad Butrig. in l. item nulla. C. de episc. & cleri. Et ibidem ratio ponitur.

300 Ecclesia non tenetur ad collectas pro possessionibus post ea quæsitis, stante statuto, quòd de omnibus possessionibus soluatur gabella. Bald. in Marg. uer. Ecclesia. uersic. j. iij. colum. uersic. sed quid de statutis. in l. placet. & ibi Barto. de sacrosan. eccle. & Bald. in l. omnes. de episco. & cler. & in tit. de pact. Constan. §. nos Romanorum. in iij. colum. Barto. in l. fin. C. de exact. tribu. lib. x. & in l. incola. & ibi gloss. ff. ad municip. & in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mune. & oner. & in consil. Punctus quæstionis breuiter talis est, si aliqua possessio. & Angel. in authen. de eccle. tit. §. j. colum. ix. Pau. de Cast. in l. inter debitorem. ff. de pact. Sed uenditor bene tenetur, ut dicit Bald. in authen. sed periculum. C. sine censu, uel reli. Et prædicta uera, etiamsi dicit statutum, quòd omnia prædia sint tributaria. Bald. in Marg. uer. Ecclesia. uer. j. iij. colum. ubi tenet contra Bart. in d. l. rescripto. §. fin. & in l. neminem. in fin. C. de sacrosan. eccle. & in auth. item nulla. de episco. & cler. ubi dicit Bart. collectas imponi non posse, nisi prædia sint tributaria. Sed idem Bald. in l. fin. C. sine censu uel reli. dicit dictum statutum ualere contra forenses, & contra ecclesias. uide Baldum in l. ordine. §. sola. ff. ad municip.
† Adde tamen, quòd laicus possidens dictas possessiones, etiam ab ecclesia, non gaudet eo priuilegio: ut tenet Angel. consi. ccvj. Contrarium tamen tenet. Bald. in l. j. C. de iure emphyteu. ubi dicit, quòd emphyteuta tenetur soluere collectas & tributa, nisi sit colonus priuilegiati. facit quod notat Bartol. in l. priuatæ. C. de excusat. muner. lib. x. ubi dicit, quòd emphyteuta ecclesiæ non tenetur subire munera collectarum.
† Et per Franci. Areti. in d. l. placet. ubi etiam per dom. Iason. May. num. 50.]

Ecclesiam an liget solennitas statuti adiecta contractui, si sine magna difficultate est obseruabilis, puta, quòd minor non contrahat sine proximioribus, uel nulla sit uenditio, non præcedente proclamate: uide Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio. in xxxix. colum. uerb. cæterùm ad subtiliorem.*

Ecclesia tenetur ad tributa realia. Bartol. in authen. item prædium. & in l. placet. & in l. de his. C. de sacrosan. eccle. Quod uerum, etiamsi est ecclesia forensis, quæ possideat in loco, ubi collecta imponitur pro rebus, non si pro personis. Car. in cle. j. ad fi. de immu. ecclesia.

Ecclesiæ colonus adstringi potest ad collectas, ad quas tenetur ecclesia. Bald. in authen. sed periculum. in fi. C. sine censu uel reli.

Ecclesia nō debet iterum consecrari ex refectione tecti. suprà, uer. Consecratio. uersi. v.

Ecclesia regularis quælibet non est collegiata, ut simplices prioratus religiosi. Cardin. in clemen. ij. iij. quæst. de æta. & qualit.

Ecclesiæ collegiatæ signa sunt, sigillum, tractatus, arca communis, refectorium ecclesiæ, dormitorium. Card. in clem. ij. iiij. q. de ætate & qualit. ubi dicit, quòd prædicta non sunt necessaria coniunctim.

Ecclesia transit ad monachos cum onere suo, & sic tenetur ad onera. Card. in cle. j. vj. & viij. q. de censi.

Ecclesia in ciuitate construenda iussu testatoris, an in burgis eius construi possit. Ioan. Andr. in Speculat. de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. uer. quid si testator. in antepenultima charta.

Ecclesia an, & quomodo petat executionem instrumenti post decem annos, stante statuto, quòd executio instrumenti post decem

post decem annos peti non possit, & alio, quòd instrumēta mandētur executioni de facto. Bal. in Marg. uerb. Ecclesia. uer. j. ij. col. uer. sed pone, quòd cōfessionata. ubi dicit, quòd ecclesia debet agere post decem annos uia ordinaria, non uia executiua. Ego credo contrarium, quia statutum laicorum non ligat clericos: ut suprà uerbo, Clericus agit. uer. xj. xv. xvj. & infrà, uerbo, Statutum de iudicijs. uersic. lxxxj. & uerb. Statutorum effectus. uer. xlvij. ubi melius.

Ecclesia hęres in re certa habens cohæredem uniuersalem, qui moriatur, non succedit in uniuersum per ius accrescendi, quādo alteri est legatum, plusquam ecclesiæ relictum sit, ne minus dilectus testatori in plus succedat. Bald. in l. quoties. C. de hæred. instit. & Barba. consi. Spectabilis.

310 Ecclesia semper uiuere intelligitur. Bal. in l. j. §. in primo. in fi. C. de cad. tol. sed Bar. in l. hæreditas ex die. de hęred. insti. dicit præsumi, quòd extinguatur post triginta annos, imò nunquam moritur. in Spec. de arb. §. v. uer. quid si prælatus. & de peti. & pos. §. j. uer. sed pone.

† Ecclesia habet dominium sine traditione. ita Bart. & Alex. iunctis addi. ad But. in l. ut inter. C. de sac. san. eccles. Sed nō habet possessionem, quæ sine traditione regulariter nō acquiritur. l. deniq; quibus cau. maio. & in l. cùm hæredes. ff. de acquir. possess. Panor. in c. ij. extrà. de consuetu.

Ecclesia uendens non potest dicere contractum nullum, si forma sit seruata: & si dicit nullum, libellus est ineptus, super quo debet pronunciari contra agentem, saluo iure iterum agendi per iudicem à quo, uel saltem per iudicem ad quem. Bald. in l. ij. xiiij. q. C. de rescin. uen.

Ecclesia an possit alienare titulo remunerationis. Bar. in l. iubemus. in princ. C. de sacro sanc. eccles. & suprà, Alienatio. uersic. xcvij.

Ecclesia concedens feudum in emphyteusim, potest agere rei uendicatione contra emphyteutam ad feudum. Bart. in l. legata. ff. de adi. lega.

Ecclesia uniuersalis, & Christus dicuntur possidere, destructa ecclesia, uel mortuo pręlato. Paul. de Cas. in l. j. §. fi. de acqui. pos. & ibi Bar. & Bal. in l. sicut. §. j. ad fi. ff. quod cuius. uniuer. no. Bal. in l. fi. ij. col. C. de edicto di. Adri. tol.

Ecclesia contra ecclesiam non potest petere secundum decretum. Innoc. in c. dilecto. de uerb. sign. & Bald. in Marg. uerb. Ecclesia. uersic. ij.

Ecclesia quælibet subest episcopo, in cuius diœcesi sita est. x. q. j. regenda. de reli. do. c. de xenodochijs. xvj. q. ij. in sum. & c. sanè. & ca. fin. vij. q. j. episcopus. de priui. ca. cùm & plantare. §. in ecclesijs. Paul. de Cast. consil. clxj. ij. col. † Et quid si paciscatur, quòd gubernetur ab alio, quàm ab episcopo, an & quando ualeat: uide suprà eod. in uersi. ccxxxv.]

Ecclesiæ uiolatores sunt ipso iure excommunicati. xviij. quæstio. iiij. omnes. in glos. Alias pœnas uide infrà, Violentia. uersic. xv.

Ecclesia consecrari non debet cupiditate quæstus, & lucri. de conse. di. j. si quis basilicam.

Ecclesia Romana nunquam moritur. xxiiij. q. j. pudenda. Car. † in cle. ij. §. irritū. iiij. q. j. de elec. † Adde do. Mari. Soci. in cōsil. xxxij. incip. Ex his. uer. quartò probatur. in j. parte.]

320 Ecclesia & beneficium, differunt. Car. in cle. causam. §. j. de elec. & in cle. fi. de procur. in prin.

Ecclesia non tenetur ad pœnam promissam in contractu temporali, secundū Abb. anti. in c. ij. de precario. & Bal. in Marg. uerb. Ecclesia. uer. iij.

Ecclesia uacans potest conferri loco, non personæ, secundum Abb. anti. in c. consulta. de dona. & Bald. in Marg. uerb. Ecclesia. uersic. v.

Ecclesia parochialis debet habere quartā tā de relictis, quàm de omnibus oblationibus, ut de cereis, & candelis, & alijs, quæ altari offeruntur, ubi cadauer sepelitur, secundū Abb. in cap. in nostra. de sepul. & Bald. in Marg. uerbo, Ecclesia. uersic. vij.

Ecclesia dicitur parochialis, inspecto habitu, nō inspecto actu tantùm. Innoc. & Abb. anti. in cap. de multa. de præbē. Bal. ubi suprà, uer. viij. Vide in ca. fin. de parochia. & Bald. in l. si quis. §. in omnibus. xvij. col. de episc. & cle. in uer. nunc breuiter. & omnino uide in consi. Viso pūcto, &c. quod est ante consi. lviij. Alex. iiij. parte.

Ecclesia qualiter teneatur ex contractu prælati, uel procuratoris. Innoc. in ca. in archiepiscopatu. de rapto.

Ecclesiæ hospitalium non sunt exemptæ. Innoc. in cap. ad hęc. de priuil. & Bal. in Mar. uerb. Ecclesia. uersic. x.

Ecclesiarum exemptio quod ius auferat episcopo. Bal. ubi suprà, uersic. xj. Item,

Ecclesia exempta non potest per episcopum excommunicari. cap. ij. de restitu. in integ. de priuil. cap. ex parte. & Bald. ubi suprà.

Ecclesia uendens etiam rem alienam sine solennitate à iure requisita, potest rem uendicare ab emptore per conditionem. authen. qui res. C. de sacro san. eccles. secundum Bart. in l. si alienam. ff. so. mat. nec repellitur exceptione dominij, quòd res non sit sua: ut ibi per Bar. qui idem dicit in minore.

330 Ecclesiæ nondum constructæ legari potest, non tamē donari, nec per contractum acquiri. Bar. in l. seruos. ff. de ali. lega. & j. uerb. Legatum ecclesiæ. uer. lij. Sed Bart. in l. si seruitus. §. futuro. ff. de ser. urb. præd. dicit ibi probari ualere institutionem de ecclesia construenda. & remittit se ad d. l. seruos. argu. contra, secundū eum, in c. abbate. de re iudi. in vj. ubi monasterio nondū cōstructo, nō potest donari, nec priuilegia concedi possunt. Flor. in l. si seruitus. §. futuro. de ser. urb. præd. no. in c. cùm olim. de cōsuet. & in c. ad audientiā. de eccles. ædi. in vj.

Ecclesia hæres instituta post mortem Titij, non dicitur statim hæres, quamuis sit certum, Titium moriturum. Bar. in l. hęreditas ex die. ff. de hære. insti.

† Ecclesia instituta hæres an spurio donare possit. Fran. Are. in l. si is. in v. col. uer. ubi autem ecclesia. de uulg. & pupil.]

Ecclesia excludit matrem pupilli, cui pupillo fuit ipsa ecclesia substituta. j. uerb. Mater pupilli an succedat. uersic. xxxv.

Ecclesia si est substituta, filius naturalis eam nō excludit. Istud est singulare dictum Bald. in cap. in præsentia. in penul. col. de proba. Et dicit hoc procedere, etiamsi talis filius naturalis esset legitimatus ab imperatore: & hoc propter dignitatē ecclesiæ. Quod dictum refert & sequitur Felin. in d. cap. in præsentia. in ix. col. uer. fallit primò, nisi substituta. *

Ecclesia an habeatur pro filio. Bartol. in l. si ita quis. §. ex lege. de uerborum obligatio. & infrà, uer. filiorum appellatione, uersic. decimonono. & uerb. Prohibitio.

Ecclesia est maior Imperatore. Bald. in l. eam, quam. xj. col. C. de fideicommis. & dixi in tractatu de Episcopo, iiij. lib. j. parte. xiiij. q. ubi plenè.

Ecclesiæ partes dicuntur capellæ contiguæ, & cœmiteriū, ad effectum uacationis beneficij. Rot. in deci. cc. habens gratiam. in nouis.

Ecclesia parochialis unita monasterio tanquam uicaria debetur impetranti, licet sub nomine ecclesiæ fuerit impetrata. Rot. in deci. cccclxiiij. supposito. in nouis.

Ecclesia parochialis pertinens ad monasterium, dicitur uacare, & potest impetrari mortuo clerico seculari præsentato per monachos episcopo. Rot. in deci. cccclxxij. supposito. in nouis.

Ecclesia potest uendere bona sua, si faciat conditionem suam meliorem. Bal. in auth. res, quę. ad fi. C. cōmunia de lega. per cap. ut super. de rebus eccle. non alie.

Ecclesia recipiens donationē ab alia ecclesia in proprios usus: uel in plenum ius, quod ius sibi acquirat. Inno. in c. pastoralis. de priuileg.

340 Ecclesia unita alteri ecclesiæ, quod ius acquirat. Inno. in c. pastoralis. de priuileg.

Ecclesia donata an possit impetrare separationem bonorum. Innoc. in cap. pastoralis. de priuile. not. in l. ait prætor. in fin. ff. de minori.

Ecclesia non ligatur iuramento prælati sui. Inno. in c. mulier. de seq. excom. & Bal. in Marg. uer. eccles. uer. xiiij. & in l. generaliter. in prin. C. de rebus cre. & in cap. item sacramenta. iiij. col. de pace iur. fir. in usi. feu. ubi dicit secus in fisco, uel Republica. & minore.

† Ecclesia non eget absolutione iuramenti syndici, & prælati. do. Pet. Phil. Corn. in consil. xlv. incip. In hac. in litera H. & seq. in ij. parte.]

Ecclesia aliquando est exempta, & parochiani non. Innoc. in cap. ueniens. de uerb. sig. Bal. in Marg. uer. ecclesia. uer. xv.

Ecclesia habens collegium debet habere prælatum perpetuũ, in qua prælatus habet ius episcopale. Innocen. in cap. cùm uenerabilis. de except. & Bald. in Marga. uerbo, Ecclesia. uersic. xvij.

Ecclesiam titulatam quis habere potest, & plures in cōmẽdã. Inno. in c. cùm te. de æta. & qua. Bal. ubi s. uer. antepen.

Ecclesia est priuilegiata intus & extra per triginta pedes. xvij. q. iiij. sicut antiquitùs. cùm gl. & no. in l. præsenti. & ibi Bart. C. de his, qui ad eccle. confu. Flo. in l. quidam Iberus. in fi. in prin. ff. de ser. urb. prædi. Ang. Are. in tract. Malefi. uer. in scalis. Ludo. in sing. uer. dicit statutũ, quòd uulnerans. & suprà, uerb. Cœmiterium. uer. iij. Sed Io. And. in cap. fi. de immun. eccles. & Bal. in c. iniuria. iiij. col. de pa. iur. fir. dicit, quòd nõ dicitur percussus in ecclesia is, quẽ alius traxit per mantellum de ecclesia, & percussit extra ecclesiam.

Emptor restituens instrumentum emptionis uenditori, non uidetur recedere ab emptione. Ant. de But. in c. ecclesia.ij. ut lite nõ contest.& Alex.in l.ij.ff. de pac. ubi uide omnino.

Emptor præscribit, si emit à colono bona fide, quamuis colonus non possit præscribere. suprà, uer. Colonus.uers.xj.cum duobus præcedentibus.

Emptor bonæ fidei non præscribit, si uenditor fuit in mala fide. Sed an habeat Publicianã, no.in l.ancillæ. v. op. per Bal. C.de fur.no. in auth.malæ fidei.de præscrip. trigin.an. uide tex.& Bartol. in l.eum qui.§.prætor.ff. de pub.& infrà, uer. Mala fides. uers. xliij. & uer. Publiciana. uer. xiiij. & suprà, uer.proximo,& infrà eo.uer.proxi.uer.viij.Item,

† Emptor quilibet malæ fidei tenetur ad fructuum restitutionem, nec potest præscribere.do.Maria.Soc.in cons.xxij. sequendo ordinem. uer. quartò ad prædicta. circa medium. cum uer.seq.in con.xxix.incip. Viso quodam instrumento. uer.tertiò principaliter.circa fi.cum uer.seq.in j.parte.]

Emens à possessore sine titulo,& bona fide, nõ præscribit, cùm possessor uendens præsumatur uiolentus.l.cũ quærebatur. C.unde ui.& glo.Inst. de usuc. §. quod autem ad eas.in uer. longa possessione.& s.eo.prox.uer.

Emptor, cui est facta traditio à non domino ex contractu imperfecto, licet non possit usucapere titulo pro emptore, tamen potest usucapere titulo pro suo.Bal.in l.contractus.iij. q.& ibi doct.& Pet.de Su.C.de fide instru.per l.j.& ij.ff. pro suo.& l.ij.§.j.ff.pro dote.

Emens à prælato non legitimo, incipit præscribere tempore successoris legitimi, non antè.Bart.in l.qui fundum. §. si tutor.ff.pro emptore.& Bart.in c.ij.de præscrip.

Emens ab ecclesia sine solennitate, non præscribit.Lau.de Fano, in rub.de re.eccl.non alie.in xvij.q.in ij.col.lib.vj. † Vide do.Maria.Soci.d.consi.xxix.eo.uer. tertiò principaliter. circa fi.cum uer.seq.usq; ad fi.con. ubi no.an emptor emens res ecclesię, uel minoris, sine debitis solennitatibus requisitis, præscribat saltem titulo putatiuo, & an & quando teneatur ad fructus perceptos.

Emens ab hostibus rem prius furatam per latrones, etiam quę ad hostium manus peruenit, non potest usucapere, sed debet domino restituere: quia propter uitium furtiuitatis non fuit effecta hostium: ergo nec emptoris.l.latrones. ff. de captiuis,& tenet Bal.in l.hostes.la ij.C.de postli.reuer. ubi dicit, animalia per hostes accepta,& recuperata ab amicis, debere gratis restitui dominis.quod not.tempore guerræ. Et ita iudicaui in prætura Cassiæ contra dominos Rochetæ.

Emens rem alienam à non domino sciente, an & quando præscribat.Bar.omnino in l.emptor fundi.ff.pro emptore.

Emens à procuratore an præscribat.in l.qui fundum.§.procurator.& ibi Bar.ff.pro emptore.

Emens feudum à uasallo ignoranter, an præscribat.Bal. in c.j. de feu.non ha.pro na.feudi.in usi.feu.

10 Emens pignus à domino, id est, à debitore, præscribit hypothecam contra creditores pignoris longo tempore.Bald. in auth.malæ fidei.C.de longi tempo.præscrip.

Emptor, qui præscribit rem emptã, debet se tueri præscriptione contra euincentem: aliàs non agit de euictione.l.si obligata.& ibi Bal.C.de euic.

Emens à non domino, si præscribat, dicitur rem habere titulo oneroso, scilicet emptionis, non lucratiuo, scilicet præscriptionis.l.indebiti.§.si numi.de condi.indeb.

Emens à fisco, etiam non domino, non potest molestari: sed dominus agat contra fiscum intra quadriennium.l. bene à Zenone.C.de quadri.præscrip.

Emens à furioso, uel ab alio, cui est bonis interdictum, non præscribit, nec habet Publicianam: sed si emit rem alterius ab eis, præscribit,& habet Publicianam contra omnes, non contra uendentem.Ang.in l.eum qui.in prin.ff.de publ.Vide l.ij.§.si à furioso.ff.pro emptore.

Emptor an præscribat rem sibi uenditam per metum, & quomodo.in l.iij.& ibi doc.& Bar.C.quod me.cau.

Emens ab executore testamenti an præscripserit, uel non debet inspici, si probet per coniecturas, uel famam, ad minus quòd uenditor erat executor: quia tunc dicitur bona fide emisse,& præscribit: aliàs præsumitur in mala fide,& nõ pręscribit.Bal.ibidem in l.j.C.de re.ali.non ali.& si emit in casu non permisso, quærit usucapiendi conditionem.Bal. in l. si. C.de uxo.mil.

Emptor malæ fidei non præscribit.l. si ea. C.si quis ignor.rem mino.

Emens à bonæ fidei possessore non tenetur rei uendicatione, si præscribit, aliàs secus.l.aduersus.& ibi Bar.C.de rei uen.

Emptor emphyteusis iure proprio emphyteutę, etiam per mille annos non præscribit.Bal.in addi.Spec.de loc.uer.utrum emphyteuta.

Emens à colono an præscribat.Bar.in l.cùm solus. de usuc. gl. & Bar.in l.cùm nemo.C.de acquiren.possess.

Emptor in possessionem rei emptæ non potest ingredi propria authoritate sine licentia uenditoris.l. si ex stipulatione.& ibi doc.de acqui.pos.Paul.de Cast.consil. cxxx.etiãsi soluit collectas.l.si pater. C.de ac.empt.l.ij.cum gl. & l.nec.C.de acqui.pos.

Emptor præsumitur intrasse in possessionem rei emptæ cum licentia uenditoris, maximè si uenditor sciuit, & non contradixit.Pau.de Cast.in d.l.si ex stipulatione.

Emptor uolens ingredi possessionem potest expellere colonum sibi resistentem.l.cùm fundus.§.emptorem.& ibi glo. & Bart.de ui,& ui ar.& suprà, Colonus.uer.xxviij.facit etiã uersic.xxxix.eodem uerbo.

Emptor, cui non sit tradita possessio, non auditur, si petat reuocari tenutam alteri datam, ipso non citato, quia non fuit citandus, ex quo non possidebat.Bald.fin.post Iac.But.in l. manifestissimi.in prin.C.de furtis.

Emptor possidere præsumitur ex titulo emptionis.suprà, uer. Emptor præsumitur.uer.vij.

Emens à grauato per fideicommissum postea ingresso monasterium, an possit possidere saltem uiuente ingresso. Bal. in con. In nomine Domini, amen: uiso dicto puncto, dic quòd per ingressum.

Emptor fructuum pendentium non potest propria authoritate capere possessionem eorum,& eos colligere. s. uer. Emptor fructuum.uer.xj.

Emptor nõ potest propria authoritate intrare possessionem, quando constitutus est procurator uel executor ad mittendum, secundum Bar.in l.fundi.ff.de acqui.pos.

Emptor propria authoritate intrans possessionem, an teneatur de ui turbatiua.doc.post gl.in d.l.si ex stipulatione.& gl. in l.ij.& in l.nec etiam.C.eo.tit. in Spec. de emp.& uend.§. nunc dicendum.uer. fin. ubi dicit, quòd non, etiamsi faciat contra protestationem accusatoris, nisi sciuerit illum possidere.Bal.ibi in addi.uer.antep.

Emptor habens plura instrumenta emptionum eiusdem rei factarum

factarum diuersis temporibus, dicitur ex utroque rem possidere. Bar. & Alex. in l. singularia. viij. col. si cer. pet. ubi dicit uerum, si secunda uenditio est facta pro diuerso precio, non si pro eodem: quia tunc non ualet, secundum Paul. de Cast. in l. qui bis. de uer. obl.

Emptor primus præfertur secundo, quando primus erat persona priuilegiata, scilicet ecclesia, etiamsi secundo sit facta traditio. glo. & doct. & Pet. de Sun. in l. ij. §. si duobus. ff. de pub. gl. not. & Bart. in l. fi. C. de sac. san. eccl. Io. And. in c. quia continebatur: de his, quæ fiu. à præla. Item uerum, etiamsi secundus emptor sit ecclesia, uel alia persona priuilegiata, secundum gl. Bar. & Bal. in d. l. fi. in vj. q. & Bar. & Pet. de Sun. in d. §. si duobus. Item si primus emptor sit pupillus. Bal. Ang. & Pe. de Sun. in d. §. si duobus. Item quando primus sigillauit rem emptam. Io. de Pra. in l. si procuratorem. xj. col. de proc. per l. quòd si neque. de peri. & commo. rei uen. nisi in casu l. j. §. si dolium. ff. eod. tit. uidelicet quando emptor sigillauit dolium uini. Item quando uenditor constituit se posside re precario nomine dicti emptoris primi, per gl. in l. ab emptione. ff. de pac. & in l. quædam. de rei uen. secundum Bal. no. in ru. C. de contrahen. emp. in xvj. q. ubi distinguit, quòd si est solutum precium, uel habita fides de precio, & uenditor possidet, præfertur primus, pro quo uenditor constituit se precariò possidere: secus, si uenditor non possidebat. Item secus, si non sit adhibita fides de precio. Et dicemus ĩ. uerbo, Precarium. uer. ix. & Alex. in d. §. si duobus. Item quando uenditor primo emptori obligasset omnia bona sua: quia tunc res empta cedit in hypotheca simul cum alijs bonis, & ideo non potest alteri uendi, secundum Bal. not. in rub. C. de his, quæ in frau. cre. Item nec secundus emptor est in mala fide: quia sciebat rem esse prius alteri uenditam. Bald. in d. rubr. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. & no. in l. si ea res. §. fi. ff. de act. emp. †Vide do. Ias. May. Inst. de ac. §. item si quis. nu. 16. ubi ponit limitationem ad d. l. quoties. & ad d. §. si duobus.] Item & quando primus emptor habet titulum onerosum, secundus uerò habet lucratiuum. Bal. in d. l. ij. C. de reuo. his, quæ in frau. cre. & Alex. ubi suprà. Item quando quis emit à clerico, in quo propter uariationem reprobatam præfertur primus, secundum Ioan. de Imol. in d. cap. quia continebatur. & Petr. de Sun. in d. §. si duobus. Item quando primo tradita est res à nõ domino. d. §. si duobus. & d. l. si ea res. §. fi. Item quando primus emit à domino, secundus uerò à non domino, quamuis secundo sit facta traditio: per not. in glo. in l. in accessionibus. in fi. ff. de diuer. & temp. præscrip. & gl. in d. §. si duobus. & in d. l. si ea. §. fi. Quod uerum, nisi non dominus habuerit facultatem distrahendi à domino. doct. & Pe. de Su. in d. §. si duobus. not. in l. si à Titio. de rei uen. & ibi doc. Pe. de Sun. Item quando primo fuit facta traditio, intelligendo utroque casu uenditorem esse dominũ. l. quoties. C. de rei uendi. De quo uide omnino per Pau. de Cast. consil. cclxxiij. in concessione uerò beneficij ecclesiastici is præfertur, qui habet uerum titulum, non cui est facta traditio prius. no. Abb. in c. suggestum. de iure patro.

Emptor hæreditatis primus prefertur secundo. Sal. in l. qui tibi. in fi. de hær. uel ac. uen.

Emens à fure, uel alio habente cum uitio, non prefertur primo emptori. Bal. in l. ij. C. de furtis. & Ale. in d. §. si duobus. quid in cessione facta duobus. Bal. in l. iij. C. de noua. Item,

Emptor primus uendens alteri, cui sit res euicta, ad quid teneatur. Alex. consl. lxij. ij. parte.

† Cautela pro emptore ad hoc, ut in eum transferatur omnis possessio, est, quòd notarius in instrumento nõ adijciat uerbum Precario, sed simpliciter dicat, Quam rem uenditã dictus uenditor constituit se nomine ipsius emptoris possidere, tradit Ang. de Are. in §. actionum. in materia constituti. uer. aduertas tamen, quòd aliqui notarij. Institu. de actio. dicens, quòd notarij in instrumẽtis quando dicunt, Et constituit se possidere: addunt, & precario nomine: credunt prodesse emptori, & ualde nocent. Refert, & sequitur dom. Ias. in l. ab emptione. in antep. col. uer. secundò modo concordat. ff. de pac. & simpliciter sequitur domi. Thomas Ferra. cau. xlviij. incip. Si quis uendit.*

Emptori primo non incumbit onus probandi prioré emptionem Bald. in l. matrem. C. de proba. & Alex. in l. & quę nondum. §. quod dicitur. de pigno.

Emptori prius pręsumitur facta traditio, cui constat factam esse: & præsumitur ei prius facta, qui prius emit. Bald. in l. & si quidem. de publi. Item,

Emptori primo præsumitur facta traditio, si precium prius soluerit: & ideo præfertur secundo. Bald. singulariter in c. si facta. si de feu. fu. contro. inter do. & agn. & Lu. in fin. uer. Venditio. uer. vj. l. quoties. & infrà uer. Vẽditio rescinditur. uer. xxiiij. & Alex. in d. §. si duob. & plenius in l. j. C. de edic. di. Adr. & Ange. in d. §. si duobus. de publi. Cyn. in d. l. quoties. Bal. in l. post sententiam. C. de sen. & in q. accusatus de ui turbatiua. ul. char.

Emens pignus à creditore, licet non domino, prefertur ementi illud à debitore, licet domino, si prius emerit, & tradita sit possessio. Bal. in l. si debitor. C. de pi. quod no. & Alex. in d. §. si duobus.

Emptor primò comparens ad subhastationem, uel incantationem, præfertur alijs, etiam par precium offerentibus: sed omnibus simul comparentibus præfertur is, cui iudex gratificatur. Bal. sing. in l. fi. in fi. C. de man. testa. & Pet. de Sun. in d. §. si duobus. de Publicia. vij. q.

Emptor feudi, uel alterius rei prohibitæ uendi, non agit de euictione contra uenditorem, etiamsi sibi sit promissa euictio. l. ij. §. fi. & per Bal. C. communia de lega. & ĩ. Euictio. uer. xiiij.

Emptor feudi bona fide, si non uult repetere precium, potest agere ad interesse. Bald. in c. j. §. domum. de prohi. feudi alie. per Fed.

Emens feudum à uasallo restituens illud domino, an agat de euictione contra uenditorem. Bald. in c. primo. in fi. de controue. inter do. & uasal. in usi. feud.

Emptori feudi datur iuramentum, quando est lis inter uasallum & emptorem, & uasallus deficit in probationibus. ca. si contestatio. & ibi Bal. de capita. qui cu. uen. in usi. feu.

Emens feudum à uasallo ignoranter, an præscribat illud. Bald. in c. j. de feu. non haben. propri. na. feu.

Emens ab emphyteuta, & soluens canonem domino, si nõ petijt intra annum inuestituram, an cadat à iure suo, stante decreto, quòd non petens inuestituram intra annum cadat. per Alex. consi. xiiij. ij. parte.

Emptor emphyteusis an teneatur soluere canonem. Dyn. in l. apud Iulianum. §. hæres. de leg. j. & ĩ. eo. uer. fi.

Emptor emphyteusis cum pacto de soluendo canonem intra terminum, alias res incidat in commissum, perdit rem, si deficit in solutione, etiam unius numi. Bald. in rubr. C. de contrahen. emp. x. q. per tex. cum gl. in l. res bona fide. ff. eod. tit. & s̃. uerbo, Emphyteuta soluens. uer. xix.

Emptor emphyteusis iure proprio ab emphyteu. uenditæ, etiã per mille annos non pręscribit. Bal. in addi. Spec. de loc. uer. utrum emphyteuta. & l. malè agitur. C. de quadr. præscri.

Emptor emphyteusis ecclesiasticæ an teneatur soluere canonem, sicut emphyteuta tenebatur, antequã uendidisset. Dy. in l. apud Iulianum. §. hæres. de le. j. & in Specul. de loc. §. vj. uer. ix. quæritur quis istorum. & no. in c. potuit. de loc. x. q. j. qui rem. quòd sic: non tamen refert à quo soluatur canon: qui si à neutro soluatur, post biennium reuertitur res ad ecclesiam, secundum Spec. ubi suprà.

Emptor rei furtiuæ an teneatur Publiciana. Bal. in l. in ciuilem. C. de furtis.

Emptor rei alienæ tenetur furti. l. si liberam. C. quod cum eo. & Alex. in l. rem alienam. ff. de contrah. emp. ubi idem dicit in uendente. † Raph. Fulg. in consi. clxxv. in ij. parte.]

Emens rem furtiuam à fure, debet eam restituere domino, etiam precio sibi non restituto. l. inciuilem. C. de fur. & ibi doc. Quod uerum, nisi emerit à latrunculis, uel hostib. l. mulier in opus. ff. de ca. Item nisi fuerit protestatus se emere nomine illius, cuius interest. Host. in Sum. ti. de pœnis. §. fin. uer. quid si emat rẽ. & Barth. Ce. in cau. xxiiij. adde casum l. latrones. ff. de capti. & ĩ. uer. præda. uer. j. Adde aliũ de Hebræo habente pignus furtiuum scholaris. ĩ. Priuilegium extenditur. uer. xl.

Emptor rei furtiuæ potest conueniri etiam à possessore, cui fuit res furata. gl. in l. si coloni. C. de agri. & cen. lib. xj. & Bal. in l.

in l.inciuilem.C.de fur.& not.in l.manifestissimi.§.sed cùm in secunda.eo.tit.& in l.& ideo.§.Neratius.ff.de cond.furtiua.& ibi gl.& tenet gl.& Bar.in d.l.inciuilem.

Emptor repetit precium rei emptæ à domino rei uenditæ, si precium fuit in domini usum conuersum.l.si precium.& ibi do.& Bar.C.de proc.

* Emptor rei furto subtractæ, criminis suspicione non caret. l.inciuilem.& ibi Bal.C.de fur.Iacob.Philip.Por.Imol.con. ccvj.nu.2.Æmilius Maria Manolessus.

Emens à fure an præsumatur sciens,uel ignorans.gl.& Bartol. in l.inciuilem.C.de fur.sed ab alio præsumitur in bona fide. Bal.in rub.de inuestit.de re alie fac.

* Emptor rei furtiuę,furtiuam eam non ignorans esse,eadem pœna qua fur tenetur.l.inciuilem.& ibi gl.& doct.C.de fur. Ang.in tra.Malefi.uer.& cœlestem uestem.uer.quòd si quis emit.Hip.Mar.in l.si in rixa.nu.50.ff.ad l.Corneliá. de sicar. & in l.is qui cum telo. nu.3.C.eo.& con.xxx.col.j.con.xlvij. nu.7.col.liij.nu.21. Roland.à Val.con.xlij.nu.3.uol.j. Æmilius Maria Manolessus.

Emens à fure conuentus ad rei restitutionem,non tenetur authorem in iudicio nominare,nisi ex urbanitate.l.inciuilem. & ibi Bar.C.de fur.

† Emptores rerum deprædatarũ in libello,an sint tuti in conscientia: uide Fel. in c. quæ in ecclesiarum.in ix. col.in uer. secundò no.de const.]

Emptor iuris patronatus agit de euictione tam possessionis,quàm proprietatis.Bal.in l.j.in fi. C. de peri. & com.rei uen.

Emens actionem utilem in rem, an fiat dominus sine traditione.glo.& Bal.in l.ex nominis.C.de hære. uel ac.uen.

Emptor nominis tenetur ad precium, etiam debitore cessante.Bal.in l.si ea.C.de usuris.

Emptor nominis debitoris hypothecati alteri tenetur de periculo.l.periculum.& ibi glo.& Bar.ff.de pign.

Emens ius fideicommissi à fideicommissario, quamuis non possit agere ad fideicommissum contra hæredem,potest tamen agere ad interesse,ut hæres restituat fideicommissario. Bal.fin.in l.pe.C.ad Treb.& Fran.de Ca.list.in l.j. quarta regula. C.qui admitti.& j.uerbo,Emptor hæreditatis.uer.x.

Emptor animalium acceptorũ per hostes & recuperatorum ab amicis, debent gratis restitui dominis. Bal.in l.hostes.la ij.C.de ca.& postli. reuer.& s.uer.Emptor præscribit.uersi.vij.& s.uerbo,Animal.uer.xvj.

Emens equum retrogradum,agit quanto minoris.in Spec.de emp.& uen.§.vj.uer.dicto.de act.

Emptor equi debet habere frenum,& sellam eius. Bartol. in l. eum qui.§.non solùm.de fur.tex.gl.& doc.in l.ædiles aiunt. in prin.ff.de ædil.edic.

Emptor equi non tenetur, si equus datus nuncio per uenditorem reprehendatur in itinere,& pereat. Bald. in l. pen. ff.de act. empt. nisi nuncius esset emptoris, uel nisi actum esset, quod per ipsum nuncium equus mitteretur, secundum do. Phil.in c.significante.de appel.

Emens uaccam prægnantem, uel cum partu, & fundum cum fructibus pendentibus, dicitur habere titulum in partu & in fructibus.Bal.in l.ancillæ.iiij.col.C.de furtis.

Emptor equi accipiens illum experiendum per octo dies, si currat ad pallium,& uincat,uel aliter lucretur cum equo,tenetur domino,id est,uenditori restituere lucrum,etiamsi emere uelit.l.apud Labeonem.in prin.ff.de præscrip. uerb.

Emptor equi,uel animalis,quomodo faciat instrumentũ concipi.in Spe.de emp.& uen.§.j.in iij.& iiij.forma.uer.si uerò.

Emptor animalium an agat actione redhibitoria.s.uerb. Animal.uer.j.& uerbo,Bos.& in Spec.de emp.& uen.§.vj.

Emptor hæreditatis, uel uniuersitatis non agit ad sumptus,nec de euictione.l.j.C.de euic. & ibi doc.

* Emptoris hęreditatis,est & commodum & incommodum, quod ex ea proficiscitur.l.ij.§.non solùm.§.sicuti.ff.de hęre. uel actio.uendit.Ioan.Crot.consi.lxxv.nu.31.Æmilius Maria Manolessus.

Emptor hæreditatis an & quomodo teneatur ad debita uenditoris.gl.Bar.& Io.de Pra.in l.si actor.ij.col.ff.de proc.Item etiam ad ea,quæ soluit hæres uendens creditoribus, uel legatarijs.Alex.contra Pau.de Cast.l.ij.C.de leg.

† Emptor hæreditatis, cui assignati sunt nonnulli debitores hæreditarij, cùm nonnulli mortui essent tempore contractus,an habeat regressum aliquem contra uenditorem propter talem assertionem.Raph.Cu.in con.liij.per totum.

Emptor hæreditatis an,& quando possit comparere pro uenditore.Iac.But.& Ioan.de Pra.in l.si actor.iij. col.ff.de proc.

Emptor hæreditatis à fisco conueniendus est à creditorib.hęreditarijs fauore fisci,non fiscus.l.j.& ibi Bal. C. de hær. uel ac.uen.secus,si emat ab alio.Bal.ibi,j.opp.& l.ij. & ibi Bald. eo.tit.& l.ij.& ibi doc.C.de leg.

* Emptor hæreditatis,cùm actiones hæreditariæ ita sint hæredi affixæ,ut ab eo nec pacto,nec contractu diuelli possint hæreditarijs creditoribus respondere, nec iudicium ab ijs aduersus se intentatum subire, suscipereq; compellitur.l.pacto successorum. l. ij. & ibi Doc. C.de pact.l.ij.C.de hæred. uel actio.uend.l.ij.§.si uenditor.ff.eo. l. hæreditaté.ff.de do. Ioan.Crot.con.lxxv.nu.32. Æmilius Maria Manolessus.

Emptor hæreditatis non potest conueniri à creditoribus, etiamsi sit factum pactum inter ipsum, & hæredem uendentem in contrarium, quod iudicium est agitandũ contra hæredem,non contra successoré ex contractu d.l.ij.& ibi Bald. C.de hære.uel ac.uend.

† De hoc uide regulam & fallentiam & Iaso.in l.ij.C.de pac.

† Emptor hæreditatis non cogitur inuitus respondere creditoribus hęreditarijs. Quod limita trib.modis,ut per Iacobi. de san.Geor.in l.ij.in j.not.C.de pact.

Emens hęreditatem à fisco agit petitione hæreditatis.l.ei,qui. & ibi Bar.ff.de pet.hær.

Emens à fisco bona banniti debet cassato banno bona restituere ei,qui fuit bannitus.Bartol. in l.quæcunq;. C. de fide instrum.& iure hast.fis.lib.x. Quod uerum est,restituto eis precio per fiscum.Angel.in l.senatus.ff.ad Sylla.& j.uerbo, Restitutus.uersic.j.ubi plenè.

Emptor hæreditatis dicitur procurator in rem suam. Bal.in l. pe.§.j.C.ad Treb.

Emens rem hæreditariam ab hærede hypothecatam creditoribus,an conueniatur à creditoribus actione hypothecaria. suprà uer.clausula,dictus A.

† Caute.pro emente ab hærede res hæreditarias,est, ut faciat apponere in instrumẽto emptionis ista uerba, scilicet quòd talis hæres ut hæres cum beneficio inuentarij pro satisfaciendo creditoribus hæreditarijs & legatarijs, uendidit sibi talem rem hæreditariam,& exburset pecuniam ipsi hæredi præsentibus creditoribus & legatarijs, & recipientibus dictam pecuniam ab hærede : & ita scribatur in instrumento uenditionis, siue solutionis pecuniæ factæ per emptoré: & tunc erit securus ipse emptor, quod non poterit conueniri à creditoribus hæreditarijs, uel legatarijs: ut per Paul. de Castr. in l. fina. §. licentia creditoribus. in fin. C. de iure delib. *

10 Emens hæreditatem à fideicommissario, an petat eam sibi restitui ab hærede obligato ad restituendum : & an cogatur hæredem adire,& restituere sibi. Ang. tenet quòd non : sed debet petere eam restitui fideicommissario ad suam utilitatem.l.apud Iulianũ.§.utrũ.ff.ad Treb.per tex.fin.in l.si mulier.§.ex asse.de iure do.Bal.in l.pe.in prin.j.col.C.ad Treb. & Fran.de Cap.list.in l.j. quarta regula.C.qui admitti.Sed

Emens hæreditatem ab hærede an teneatur restituere fideicommissario.Bal.in d.l.pen.§.cùm autem.ad Treb.

Emptor hæreditatis,etiam pro minori precio, potest mouere actiones hæreditarias,etiam supra precium, secundũ Bald. in l.per diuersas.iiij.q.C.mandati.

Emptor hæreditatis an teneatur petere hæreditaté.gl. & doct. in l.ij.C.de pet.hær.

Emptor hæreditatis de qua speratur quæstio, an possit conueniri à legatarijs.Bal.in l.fi.pen.col.de pet.hæred.

Emens rem hæredis grauati fideicommisso,tenetur fideicommissario in subsidium,si uenditor non sit soluendo. l. planè. §.j.& ibi Bar.la ij.de leg.j.

Emptor hęreditatis tenetur reddere uenditori collectas ab eo solutas pro hæreditate.Bal. in l. uenditor. §. si quid publici. ff.de hær.uel ac.uen.

Emptor hæreditatis non agit de euictione rei singularis, nec ad sumptus litis factos in causa euictionis, nisi ex pacto cõtrarium

trarium factum sit.l.j.& ibi Bald.C. de euic.ubi etiam dicit, quòd debet suo sumptu & periculo res prosequi.

Emptoris hæreditatis materiam supple j.uerb.Hæreditas.per discursum.

Emptor primus hæreditatis præfertur secundo: quia in iurib. prior in tempore potior est in iure.Sal.in l. qui tibi.in fin.C. de hær.uel ac.uen.sed ibi tex.probat contrarium,dum dicit dari actionem ad interesse uenditorem primo emptori.

Emptor litis non dicitur, quando quis emit pro tanto, quantum ualet. Bald. in l. per diuersas. xij. q.C. mandati.

Emptor gabellarum, uel pedagij, uidetur etiam emisse pœnas transgressorum,& fraudantium. Cyn. in addi.in l.creditor.§.j.ff.de ac.emp.& Bald. in c.ij.de feu.cogni.& j.uer. Gabellarum locatio.uer.xxj.& Bald.in l.si quis. C.de uectig.

Emptor gabellarum an ex causa teneatur ante tempus soluere fisco precium,j.uer.Gabellarum locatio.uer.xvij.

Emptori pedagij an fiat remissio precij propter guerram. Bar. in l.cotem.§.qui maximos.ff.de publica.& in l.licet.iij.q.C. loca.quòd non.Bal.in addi.Spec.de loca.uer.j. & infrà uerbo,Gabellarum locatio.uer.xxvj.& seq.& Bar.in simili in l. forma.§.j.ff.de censi.Et an propter pestem.Bal. ibi suprà. & j.uer.Gabellarum locatio.uer.xxviij.†Vide Fel.in c.significauit.de Iudæis.ubi refert Pet.de Anch.in consi.lxxxiiij.incip. Præmissa facta. quòd emptor gabellarum si excusatur à tributo consueto propter guerram,excusabitur etiam propter treugam:quia est eadem ratio.]

Emptor gabellarum tenetur pro anno sequenti reemere gabellas,si anno præcedenti,quo eas habuit, lucratus est ex earũ reditu,& alius emptor non inueniatur.l.cotem.§.qui maximos.de publicanis.

Emptor pedagij tenetur ad precium, etiamsi pauci transierint per territorium, & per consequens parum fructauit pedagium.Bald.in l.si ea.C.de usur. quia cogitare debuit paucos esse transituros. Idem est, si fuit guerra, non tamen culpa fisci uendentis pedagium:quia tunc precium defalcatur.Bal. ibi ulti.colum.

Emptor gabellarum,uel lacus, agit ad interesse contra uenditorem non patientem ipsum fructare de plenitudine potestatis.Bal.in c.ad hæc.vij.col.de pac.iur.fir.in usi feu.

Emptoris pedagij materiam uide infrà,uer. Gabella.& uerbo, Pedagium. per totũ. Et an teneatur stare pacto uenditoris. infrà uerbo,Pactum.

Emptor fructuum herbæ, & sic ante tempus, pro uiliori precio,quàm ualebunt tempore,quo erunt maturi,dicitur usurarius.doc.in c.nauiganti.& in c.in ciuitate. de usuris.Bal.in rub.C.de usur.iij.q. ubi dicit uerum esse, si præsens numeratio precij sit causa damni uenditoris:secus, si sola conuentio interueniat:uel secus, si pro iusto precio emerit.Bal.ibidem.& infrà uer.Fructus futuri. uer. antepe. & omnino per Car.in cle.j.xj.q.de usur.ubi secus dicit in emente eos ad uitam,ut ibi.x.q.

Emens fructum lacus à communi debet habere etiam scaphas piscatorias.Bal.in l.ij.C.de uer.sig.

Emptor fructuum unius anni an, & quando teneatur de periculo.Bar.in l.cotem.§.fi.de publi.

Emptor dimidiæ ficuum debet habere dimidiam ad naturam, propter communẽ usum loquendi.Iac.Bu.in l.nam & si fur. §.fi.si cer.pet.Alex.in l.singularia.v.col.eo.tit.

Emere fructus ad tempus,&

Emere usumfructum ad tempus,differunt. Car. in cle.j.§.fi.de reb.eccle.non alie.

Emere fructus dicitur arrendare.Car.ibidem.

Emptor fructuum ad tempus non tenetur stare colono, sed emptor usus fructus ad tempus sic.Car.ubi suprà,ij.q.

Emens fructus lacus, uel fluminis, debet habere etiam naues piscatorias.Bal.in l.ij.C.de uer.sig.

10 Emptor fructuum unius anni an uideatur emere corpora fructuum,uel ius fructuum.Bar.in l.pen.& in l.fundi Trebatiani. de usufru. leg. quòd primo casu non tenet emptio, si fructus non nascantur: secundo casu sic,per l.nec emptio.de contrahen. emptio.& Bar.in l.si merces.§.uis maior.ff.locati.& in l.si iactũ.de ac.emp.& j.uer. Vẽditio de quib.uer.xix.

Emptor fructuum,etiam pendentium,non potest propria authoritate capere fructus.l.qui pendentem. ff. de contrahen. emptio.Barthol.Cepol.in tracta. de ser. ru.ti.de usufru.Flo. in l.j.de usufr.

Emens fructus unius fundi pro toto tempore uitæ suæ pro du centis,si uiuat tantum quod recipiat fructus supra ducenta, non tenetur etiam in foro conscientiæ,illud plus restituere: quia potuisset mori in primo anno.arg.l.si ea.C.de usur. ubi per Bald.Paul.de Cast.& Pet.de Sun.& doc.moder.

Emens fructus,reditus & prouentus certi prædij pro certis an nis,potest colligere etiam fructus immaturos,si sunt in usu. Flor.& doc.moder.in l.si absente.§.j.ff.de usur.

Emptores lacus Perusini si multum lucrantur.Bal.in l.pen. C. de sol.& l.cotem.§.qui maximos.de publica. & si impedian tur à communi Perusij uendente, & de facto auferente, agunt ad interesse contra commune.Bal.de pace iur.fir. §. ad hæc.vj.col.& suprà §.prox.uer.pe.

Emptor fructuum pendentium habens licentiam colligendi eos propria authoritate, non propterea quærit sibi seruitutem in fundo.Flo.in l.ut pomum.in prin.ff.de serui.

Emens fructus futuros certi fundi,debet habere primos, non secundos,quando bis nascuntur in anno.Cyn. Bal. & Io.de Imo.in l.diuortio.§.quod in anno.sol.mat.& ibi Alex. & infrà, uer.Fructus futuri. uer. primo. Quod uerum, si fundus fructat bis in anno ex diuersa cultura:secus,si ex eadẽ, quia tunc debet habere primos & secundos, secundum Flo.in l. defuncta.§.fin.ff.de usufr.uide etiam Alexan.in l.dotis.ff.de iure dotium.

Emens fructus beneficij intelligitur emisse ordinarios, nõ extraordinarios, argu. l. Seio.§.medico.de an. leg. secundum Old. Bald. & Ang. in d. l. diuortio. §. quod in anno. soluto matrimonio.

Emptor uini,uel grani,si sit in mora mensurandi,sibi imputet: quia potest uenditor alteri uendere.l.j.§.licet autem.uerbo, aut uendere.& ibi.Bal.fin.ff.de peri.& com.rei uen.

Emptori fructuum futurorum an fiat remissio propter sterilitatem.Bar.in l.cotem.§.qui maximos.de publi.& in q.publicanus,&c.Bal.in l.licet.v.q.C.loca.quòd sic. & Barth. Cep. de serui.rust.tit.de usufru.& j.eo.uer.xxiij.

20 Emptor fructuum ecclesiæ non habet immunitatem.infrà, Gabella per quos soluitur.uer.xv.

Emptor fructuum ad certum tempus non potest post tempus retinere fundum pro interesse suo,si uenditor non sit passus eum colligere fructus,sed agat ad interesse,sed intra tempus potest agere ad retinendum naturalem possessionem. Car. in cle.j.§.fin.iij.q.de reb.eccle.non alie.

Emptor fructuum molendini an teneatur ad refectionem mo lendini.Bar.in l.cotem.§.qui maximos.ff.de publica.

Emptori fructuum clusij Perusini an remittatur merces ob ste rilitatem.Bar.in l.j.C.de iure emphyteutico.& in q.publica nus.& in d.§.qui maximos.

Emptori fructuum an fiat remissio propter malos fructus.Bal. in l.licet.vij.q.C.locati.

Emptor fructuum pro quinquennio si non soluit precium pro rata temporis,an possit expelli.Bart. in l.ædem. C.locati.

Emptor annuæ præceptionis an dicatur possidere.Barto. in l. cotem.§.qui maximos.de publica.

Emptor uini per quæ uerba dicatur suscipere in se periculum. Bal.in l.sicut periculum.C.de actio.empt.Sed

Emptor uini in dubio præsumitur in se suscepisse periculum: quia consuetudo est,quòd ita faciant tabernarij ementes uinum:& ideo de periculo tenetur.Bald.in d.l.sicut periculũ. C.de actione empti.

Emens frumentum pro suo uictu, si mutat propositum, & reuendat frumentum emptum,non incidit in pœnam statuti: quia attenditur primum bonum propositum, quod præsumitur in dubio,scilicet quod emerit pro suo uictu.Bar. not. in l.cætera.§.fin.ff.de lega.j.

Emens uinum in genere, non tenetur portare ad domum suis sumptibus,sed uenditoris:secus,si emerit decem salmas uini de tali dolio.Barto.singu.in l.item illa.in fin.ff.de constit. pe.& ibi per Alex.in fi.princ.

Emens granum tempore fertilitatis, ut uendat illud cariori precio tempore caristiæ, an peccet. Innoc. in c.multa.& ibi

Abb.plenè, ne cle. uel mo.& dic quòd sic.Text.est no.xiiij. q.iiij.c.quicunque.& ĩ.Vsura.uer.xlviij.

Emens fructus futuros, quomodo incipiat instrumentum. in Spec.de emp.& uen.§.j.in vj.& vij.forma, & viij.forma, ubi plenè.

Emptor pignoris emens à debitore sit cautus, ut soluat precium creditori: & faciat sibi cedi iura. Bal. in l.fi.C.de hær. uel act.uen.

Emens rē alteri hypothecatā, si eam meliorauit, potest ipsam retinere pro se,& soluere habenti hypothecam, quantum erat ei hypothecata.Bar.no.in l.ij.de pręd.& omni.re.naui.li. xj. & ibi Angel. & tenet Alexand. in l. si fundus. §. si res. ff. de pign.

Emptor rei hypothecatæ conuentus actione hypothecaria à creditorib. uendentis, non potest illis referre quæstionem dominij,& dicere,quòd uendens non fuit dominus.Angel. in l.j.ff.de publica.Ioan.de Prat.in l.qui proprio.§.item quæ ritur.ff.de procurato.

Emptor pignoris est tutus,si illud emit à priore creditore,non si emit à debitore:quia potest conueniri hypotheca.à secundo creditore sibi offerente precium solutum.l. cùm prior.& ibi Bar.ff.de distract.pig.

Emptor pignoris non tenetur pignus reddere debitori offerenti sibi precium, nisi sit fideiussor eius, qui pignus emit, tunc tenetur reddere offerenti.l. fideiussor.& l.cùm seruus. §.si secundus. ff. de dist. pig. Item nisi emptor promiserit ex pacto pignus reddere debitori, pro quo creditor uendens fuerit stipulatus:uel nisi simpliciter promiserit creditori, ut liceret recuperare pignus: quia debet tunc reddere debitori facta sibi prius cessione à creditore contra emptorē. Item nisi debitor esset minor, quia per restitutionē in integrum agit contra emptorem ad pignus,si precium offerret.l.si creditor.in prin.& ibi Bar.ff.de dist.pig.

Emptor pignoris potest ex pacto succedere in locum primi creditoris uendentis,ut sic præferatur in pignore empto alijs creditoribus, sicut præferebatur primus creditor, qui uendit.l. qui à debitore.& ibi Barto.ff.qui pot.in pign. hab. Quod est uerum, etiamsi talis emptor sit primus creditor: quia succedit in locum suimet, & potest rem emptam à debitore retinere contra quoscunq; alios creditores, secundum gl.& Bar.ibi,& ĩ.eo.uer.xiiij.

Emens pignus à creditore pro uiliori precio,tenetur in subsidium debitori ad rei restitutionem,quando uendens, scilicet creditor,non est soluendo residuū precij.l.ij.& ibi Bald. C.si uen.pig.aga.l.si uxor.& ibi Bal.eo.tit.

Emens pignus solenniter non conuenitur, sed creditor malè uendens.l.fi.& ibi Bal.C.si uen.pig.aga.

Emptor nominis hypothecati alteri tenetur de periculo. l. periculum.& ibi gl.& Bar.ff.de pig.

10 Emens pignus à creditore non solenniter, an audiatur uolens supplere iustum precium domino,id est,debitori.gl.& doc.in l.pe.C.si uen.pig.aga.

Emptor rei hypothecatæ alteri an succedat in ius primi creditoris absq; alio pacto,si ex precio rei fuit satisfactum primo creditori,& sic non possit conueniri hypothecaria à secundo. Paul. de Castr. consilio ccclxviij. & infrà, uersi. xiiij. & antepen.

Emens rem hypothecatam alteri quomodo agat.ĩ. uerb. Emptor agit.uer.j.

Emptor non acquirit proprietatem pignoris empti, nisi sit traditum.l.qui prædium.& l.seq.& ibi Bal.C.de distra.pig.

Emens pignus à priore creditore, tutus est, ut à secundo creditore conueniri non possit hypothecaria.l.j.& ibi Bal.C. si anti.cre.

Emens pignus à domino pignoris,id est,à debitore,præscribit hypothecaria contra debitores longo tempore.Bal.in auth. malæ fidei.C.de longi tempo.præscrip.

Emens rem debitoris pignoratam,efficitur dominus,si debitor erat dominus: aliàs agit de euictione contra eum, non contra debitorem, cuius causa fuit res uendita. l. si ob causam.& ibi Bal.C.de euic.

Emens rem hypothecatam, potest conueniri hypothecaria, si uendens precium dissipauit.Bal.in l.fi.§.& si præfatam.ult. co.C.de iure deli.ubi dicit sec9 esse,si de precio sit satisfactū priori creditori:quia non potest conueniri hypothecaria à priore creditore.Bal.ibidem.

Emens rem alteri hypothecatam potest agere contra creditorem,ut rem liberet, si alia bona debitoris sufficiant creditori.Bar.in l.ex prædijs.in fin.C.de euictio.

Emptoris pignoris materiam supple infrà,uerb. Pignus.

Emptor agit non de euictione, sed ad quantum interest, rem emptam nō esse alteri hypothecatam. Ang. post Bar.in l.j.§.si hæres.ff.ad Treb.

Emptor hæres uenditoris an agat de euictione contra eum. glo.Cyn.& Ang.in l.cùm emptor. ff. ad legem Falc.not.in l. diei.§.si is,qui.& ibi Bar.ff.de euictio.

Emptor hæres uenditoris an possit sibi ipsi euincere rem emptam,quia sit sua,& eam emerit ignoranter.Angel. in l.cùm emptor.ff.ad legem Fal.

Emptor quomodo agat de euictione.glo.in l.j.C.de euictio.& † ibi per doctores.† Et quomodo,& qualiter re euicta ab emptore contra uenditorem agi possit, cui non fuit denunciata lis,uide do.Alex.de Imo.in consil. lxvij. per totum.in iij. parte.

Emptor uniuersitatis non agit ad sumptus,nec de euictione.l. j.C.de euictio.

Emens ab executore testamenti potest cogere hęredem ad ratificandum.Bal.in auth.si captiui.ulti.col.C.de epis.& cler.

Emens ius fideicommissi quomodo agat.s̃. uerbo, Emptor actionis,uel iuris.uer.fi.

Emptor non potest agere actione ex empto ad tradendum sibi possessionem:sed debet agere rei uendicatione,uel interdicto uti possidetis,quando uenditor constituit se possidere nomine emptoris.Bar.fin.in l.ab emptione.ff. de pac. secus,si precario nomine.Paul.de Cast.ibi in fin.

Emptor rei furtiuæ ad quid agat. s̃. Emptor rei furtiuæ. uer. antepen.

10 Emptor dubitans de uenditore, quòd sit malæ uitæ, potest eum cogere ad sibi tradendum rem uenditam, & debet deponere pecuniam apud tertiū: ut si fortè sibi euincatur res, sit tutus de precio.Io.de Pra. in l.si reus.in fin.ff.de proc.per no. per Bart. in l.si cum Cornelius. de sol.uel potest soluere uni creditori anteriori, & facere sibi cedi iura, secundum Barth.Cep.in cau.cccxviij.

Emens hęreditatem à fisco agit petitione hæreditatis.l.ei, qui. & ibi Bar.ff.de pet.hær.

Emptor delinquens circa rem,non potest agere de euictione. gl.fin.doc.& Pet.de Sun.in l.Iulianus.aliàs,l.si hominem.ff. de rei uen.

Emptor non agit ad fructus ex contractu nullo.Barto.in l.j.C. de fide instrum.& iure hast.fis.lib.x.& l.j.in fin. C. de prædi. cu.eo.lib.& Barth.Cepo. in tractatu de contractu simula.in primo casu princ.

Emptor potest expellere colonum sibi resistentem. suprà,uer. † Colonus.uer.xxviij. † Nam ei stare non tenetur: ut per do. Pet.Phil.Cor.in consi.cxliiij. incip. Licet. in litera D. in iij. parte.uide ĩ.eo.in uer.Emptor conuentus.uer.xxxv.

Emptor agit actione de dolo contra eum, qui rem emptā ualde commendauit animo decipiendi.l.quod uenditor. & ibi Bar.ff.de dolo.

Emptor an petat reuocari tenutam.s̃.uer.Emptor in possessionem.uer.iiij.

Emptor petens rem emptam, non tenetur in libello offerre precium,sed tunc demùm si excipiat uenditor de precio nō soluto.Bal.in l.j.in fi.C.de his, quæ sub mo.qui dicit, quòd §.offerri.in l.Iulianus.de ac.empt.sic debet intelligi.Bald.in l.ij.xv.q.C.de resc.uen.dicit in processu posse offeri, & libellum ualere etiam sine oblatione.& Bal.in l.j.iiij.col.C.de usur.& fru.lega.& in l.si traditio.iij.q.C.de ac. empt.ubi dicit actionem dari, etiam precio non soluto, licet obstet exceptio precij non soluti. & tenet Lu. Pon. contra Rapha. Ful. in l.filiæ licet. C.de colla.& Bal.in l.j.C.ne lice.tertiò prouo. & Bart.in l.si duo.§.si quis iurauerit.de iureiur.& Ange.in l. iuris gentium.in princ.ff.de pac.& Rapha Cu.in l.eum,qui ita.§.qui ita.de uerb.obli.& Alex. de Im.in d.§.offerri.in addi.ad Bar.Sed si iudex uidet precium non esse solutum, potest uenditore reo non opponente,mandare emptori agenti quòd soluat preciū,licet ad illud non sit actum in iudicio.

l.si pater.

l.si pater.in fi.C.de ac.emp. secundũ Bal.ibi.Sed Sali.& Ful. ibi contrà:sed ꝓ Bal.facit,quod no.Bar.in d.§.qui ita.Vnde potest iudex in sententia dicere,Condemnamus uenditorẽ ad tradendum rem emptori soluenti precium,nõ aliter: secundum Bar.sing.in d.§.qui ita.ita Alex.de Imo.ubi s̃.Alex. in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.tenet, quòd non ualet libellus,in quo non offertur precium:secundum Rap.in d.l. filiæ.Item nec tenetur illud offerre,uel soluere uenditori nõ fide digno.Bal.fin.in l.si soluturus.de sol. sed liberatur illud deponendo,secundum Bar.ibi:sed gl.in d.§.offerri.tenet,ꝙ debet illud dare emptori. & hoc tenet Azo in Sum. de ac. em.& ꝑ Fel.de omnib.prædictis.in c.in tantũ.ad fi.de simo.

Emptor cadens à possessione, qua actione agat contra uenditorem,ad quem res reuersa est.gl.fin.in auth.sacramenta.C. si aduer.uen.& Bart.in l.ab emptione. ff. de pac. ubi dicit agendum esse rei uendicatione, uel Publiciana, & dicetur j̃. eo.uer.xlv.nisi ceciderit culpa sua.Bal.post Cyn. in l.si controuersia.de euict.

Emptor rei alienæ præscriptæ per ipsum habet Publicianam contra possessorem, etiam stante statuto, quòd præscriptio non currat ignoranti.Bal.in l.ancillæ.ij.col.C.de furtis.

20 Emptor habens obligatum uenditorẽ pro euictione, & omnibus damnis, & sumptibus,non potest ab eo petere sumptus,quos fecisset in aduocato,si ipse non fuisset aduocatus Dy.in l.pe.§.alumno.de leg.iij.no.in simili,in l.fi.per Bar.C. de fru.& li.expen.& j̃.uerbo, Expensarum litis petitio. uer. xxxij.

Emptor agere potest contra fideiussorem non citatum in processu euictionis,nec tenetur ei notificare litẽ motã,sed sufficit notificasse uẽditori.l.authore.& ibi gl.& doc.C.de euic.

Emptor potest agere de euictione contra uenditorem,uel uendicare rem ab euincente, qui obtinuit in causa euictionis cõtra uenditorem.Ioan.de Pra.sing.in l.qui absente.vij. col.de procur.

Emptor ex cõtractu à lege reprobato re sibi euicta,potest precium repetere, si illud fuerit stipulatus in causa euictionis. Bart.in l.j.in fi.C.in qui.cau.colo.censi.li.xj.aliàs illud perdit in l.j.in fi.C.de præscript.trig.an.l.iubemus.§. sanè.de sacrosan.eccl.Bal.in l.ij.§.fi.C.communia de leg.

Emptor non potest prius agere ad duplum nomine euictionis cõtra uenditorem,nisi res sit ab ipso euicta, & abdicata: nec sufficit esse latam sententiam contra ipsum ad restituendum.l.iiij.uer.abest.de ac.emp.& l.euicta.§.fi. & l. habere licere.& l.si seruus.§.j.ff.de euict.& Barth. Cepo. in cau.clj.& j̃.uerb.Venditor.& j̃.eod.uer.lxxvj.

Emptor potest agere actione ex empto contra uenditorem, ut sibi res libera tradatur,quãdo res est alteri obligata.Item potest excipere contra eum de dolo, quando precium petit.l. ex prædijs.& ibi doc.C.de euic.

Emptor habet regressum de euictione contra uenditorem ad interesse, quando conuenitur à creditore uendente hypothecariam, si offerat ei precium. l. cùm tibi. & ibi Bald. C. de euict.

Emptor aduocatus succumbens in causa euictionis, non repetit sumptus litis à uenditore. Bart. in l. quòd si domus loca. Quod uerum, nisi uenditor sit ei obligatus ad omnes sumptus litis.& ex.Bald.in l.fi.C.de fru.& li.expen. & s̃.eo.uer. xx.& j̃.uerb.Expensæ litis.uer.xxij.Vide in Spec.de expen. uersic.quid si ab emptore.& ibi Bal.uer.an emptor.

Emptor feudi an agat de euictione.s̃.uer.Emptor feudi.uer.j.

Emptor non agit de euictione,quando facto suo res est sibi euicta.l.tenetur.§.si tibi.& ibi Bar.ff.de ac.emp.

Emens rem pro pluri precio,quàm habuerit in mandato, licet iusto,non repetit plus,quàm expendit. Bal.in l.fi. C.de neg. gest.sed potest retinere rem emptam, etiã pro illo pluri, pro quo licet non habeat actionem,habet retentionem. Bal.fin. in l.qui aliena.§.libertos.ff.eod.tit.& s̃.uerb. Emptor præsumitur.uer.antepen.

Emptor gabellarum an agat ad pœnas fraudantium.s̃.uer.Emptor gabellarum.uer.j.

Emptor an agat de euictione ante sententiam latam contra ipsum ad restituẽdum rem emptam.in l.si seruum.& in l.emptorem.§.j.& ibi Bart.& Alex.ff.de ac.emp.quòd non,cùm sentẽtia requiratur,nisi sit notorium, quòd foueat iniustam causam.glo.in l.cùm quæstio. C. de euic.per l.emptorem.in prin.de ac.emp.& Bart.in l.utiq;.de rei uen. & in l.at qui natura.§.j.de neg.gest.ubi dicit sententiam non esse necessariam,sed emptorem grauari: quia agens de euictione, debet probare rem esse euincentis: tamen uenditor potest ostendere contrarium,uel adducere legitimam probationem, secundum Bart.ibi, in §.cùm me absente. ubi etiam subdit, ꝙ positionibus de dominio euincentis non est cogendus emptor respõdere.& per Alex.in l.stipulatio.§.si quis fortè.pe. col.de uer.ob.Item dicit ibi Bar.in fi.quòd etiam ante litem motam de euictione potest emptor agere ex empto contra uenditorem,qui scienter uendidit rem alienam. per l. si seruus,quem.§.fi.de ac.emp.& ibi Bar.in l.si seruum.in prin.ff. de contrah.em. Item ad instantiam emptoris, qui est reus in causa euictionis,debet ferri sententia, etiamsi actor euincẽs nolit:quia interest emptoris ferri, propter euictionis stipu-

† lationem.Bar.post gl.in d.l.utiq;.& j̃.eo.uer.cxv. † Vide do. Alex.de Imol.in consil.xl.in j.& ij.col.iij.parte.]

Emens in subhastatione cum authoritate iudicis pro maiori precio ultra dimidiam iusti,an dicatur læsus,& an agat condictione ex lege.ij. C. de rescin.uen.uide Bal.in d.l.ij.& per Bar.& doc.in l.si quis cùm aliter.de uer.obl.& ibi per Alex.

Emptor non agit de euictione contra uenditorem, si euincenti detulerit iuramentum,& euincens iurauerit rem esse suã. Bar.in l.manifesta.de iureiur.

Emens à fisco an agat de euictione.gl.Bald.& doc.in l.fin. C.si aduer.fis.& j̃.eo.uer.lv.

Emptor scienter deceptus, non habet actionem ex contractu. Bart.in l.cum lex.ij.q.ff.de fideiuss.Io.de Por.in l.si id,quod. de uerb.obl.

† Emptor si sciebat rem nõ posse uendi, an uenditor, qui rem uenditam de iure repetere potest, teneatur nihilominus de euictione,uel ad pœnam : uide do. Alex. de Imol. in consil. cxiij.in ij.col.in iij.parte.]

Emptor agere potest,ut sibi fiat promissio duplæ. de euict. gl. no.in l.rem alienam.de contrah.emp.

Emptor fundi cum omnibus iuribus eius non uidetur emisse ius exigendi pedagij competens uenditori in fundo,nec iurisdictionem domino competentem in fundo, in quo sunt erectæ furcæ: & ideo non potest prohibere uenditori exactionem pedagij in fundo,sed debet locare domos in eo cõditas pro exigendo pedagio, recepta tamen pensione: nec potest furcas amouere, sed debet pati dominum uenditorẽ in eo suspendere latrones, & iurisdictionem exercere, ut prius.Bald.sing.in l.à procuratore. C. man. Sed cautela est, quòd expressim ematur cum fundo ius pedagij, & iurisdictio fundo cohærens.

Emptor debet intra sexaginta dies refutare uenditori rem emptam,aliàs non agit post,nisi aliud tempus fuerit præfixum à partibus.l.quod si nolit.§.si quis.de ædil.edi.

40 Emptor an,& quare possit expellere colonum.Bar.in l.j.§. † quod autem.ff.de superfi.† Vide s̃.eo.in uer.xiij.]

Emptor uendens alteri rem an & quãdo re euicta secundo emptori,agat statim de euictione contra uenditorẽ suum. Bar. in l.si pro re.§.si pro euictione.de euictio.

Emptor,cui sit facta uenditio cum clausula,Vendidit,& tradidit rem liberam & expeditã,licet re euicta non possit agere de euictione,quia non denunciauit litem sibi motam uenditori,potest tamen agere actione prima ex cõtractu emptionis ad interesse,propterea quòd res non sit sibi tradita libera,sed hypothecata alteri, qui eam per hypothecariam auocauit.gloss.not.in l.ex prædijs.C. de euict. per l. creditor. §. prædium.de act.emp.& ibi Cy. & tenet Bal.in l.j.ad fi. C.de peric.& commo.rei uen.uer. quartò quæro. & probatur per not.per Bart. in l. qui concubinam. §. si hæres.de le.iij.& l.si domus.§.de euictione.de le.j. l. Iulianus. §. qui fundum. de uerb.oblig.l.etiam.de solu. per Dy. in l.huiusmodi.§.ædes. de le.j.per Cy.in l.exhibitionis.C.ad exhi.l.iij.§.si redditur. ff.commodati.l.eleganter.§.non solùm.cum gloss. ff.de dolo.secundum do.Ant. de Syluestris de Pisauro, in consil.Antonius Zabarini.& Benedict.de Barzis in consil.cj. subscripto.quod incipit,Substantia litis loquendo. quod & in terminis alle.Iac.Bu.in l.si tibi.C.de euic.& Ant. de But.in Repertorio iuris ciuilis,uerbo Emptor.

Emptor cui sit res tradita alteri hypothecata, agit contra uenditorem tradentem ad interesse, ad precium, & ad interesse quanti minus ualet res propter onus hypothecæ. Ang. not. in l.j.§.si hæres.ff.ad Tre.no.per Bar.in l.cùm stipulatus sim mihi à Proculo.de uerb.obl.& per d.§.si hæres. Quod uerũ, etiamsi res erat hypothecata sub cõditione, quæ adhuc pen deret.d.§.si seruus.& l.si seruus.in prin.de cond.fur.propter quod deciditur quæstio Bal. indecisa in l. si ex prædijs.uer. sed pone, quòd uendo. C.de euict. & Alex. consil. Fortificatur prædicta conclusio.

Emptor potest petere contra uenditorem, quòd res sibi uendita, & alteri hypothecata, liberetur, etiamsi non fuerit facta denunciatio litis motæ.gl.in l.qui Romę.C.de euic.& quod per Io.And.in addi. Spec. de empt. & uend.§.j.in addi.quia iste.§.& quod per Bald.in l.ex conuentione.in fi. C.de pact. & Alex.in d.consil.& s̄.eo.

Emptor, qui cecidit à possessione rei emptæ, quę est reuersa ad uerum dominum, an agat Publiciana. Bart. in l.sed si lege.§. fi.in ult.col.ff.de pet.hær.& s̄.eo.uer.xviij.

Emptor factus procurator in rem suam per clausulã, Qui uenditor cessit omne ius, & omnem actionẽ, quod, & quam habet in dicta re, dicto emptori, quæ facit procuratorẽ in rem suam, potest agere rei uendicatione.& s̄.uer.clausula, Cedit emptori omnia iura, &c.in clausulis Contractuum.

Emptori debet precium restitui, quando agitur redhibitoria, uel contractus rescinditur.Bald.in l.ij.§.fi. C.communia de leg.& probatur in l.j.C.de reputat. quæ fi.in iud.l.emptorẽ. §.ibidem.de ac.emp.& per Bal.in c.j.§.notandum.qui feud. da.pos.& in l.geri.§.si ita.de le.j.

Emptor fructuum an petat sibi remitti precium ob sterilitatẽ. s̄.uer.Emptor fructuum.uer.xix.

Emptor hæreditatis pro minori an agat actionibus hæreditarijs in totum.s̄.uer.Emptor hæreditatis.uer.xij.

50 Emens scienter rem fideicommisso subiectã, euicta re repetit precium, sed non agit de euictione, etiam sibi promissa.in l.ij.§.emptor.& ibi doct.Bar.C. communia de leg.in l.si fundum sciens.& ibi Bald. C.de euictio.l.emptorem.§.ibidem. de ac.emp.Bal.post gl.in l.non dubitatur.C.de euict.

Emens scienter rem alienam precium nõ repetit, si de euictione non agit, sed agit ex capite rei non defensæ ad interesse, secundũ Bal.ibi:& in l.si status.in fi.C.de euic.Vide Bald.& Bar.in l.si fundus.C.eo.tit.ubi dicit idem quod in d.l.Et dic secundum gl.ibi, quòd sciens agit de euictione, si stipulatus est, aliàs non. Vide in d.l.ij.§.fi.communia de leg. Item uide Alex.consil.lv.iiij.parte.

Emens scienter rem fideicommisso subiectam, perdit melioramenta.d.l.ij.§.emptor.& ibi Bald. nisi fuerit in bona fide: ut ibi per tex.& Bal.uide Paul.de Castr.in consil.x.& ibi etiam dicit, an teneatur ad fructus perceptos, & quomodo conueniatur.Paul.ibidem.

Emens an teneatur credere protestanti, ne emat.gl.& Bal.in l. si fundum.C.de rei uendi.

Emens rem litigiosam si cadat à possessione, non potest eam recuperare: quia sibi obstat uitium litigiosi. Ang. in auth.de litig.col.iij.coll.viij.

Emens à fisco rem alienã sciẽter, licet sibi caueat de euictione, & stipulet à uenditoribus, nõ habentib.mandatũ speciale ad promittendũ de euictione, si sibi euincatur, non agit de euictione.Bal.in l.si fundum sciens.C.de euictio.

Emptor denuncians litem motam hæreditati iacenti, an agat de euictione.Paul.de Castr.in consil.ccclxxvj.

Emens ad mensuram an agat ad diminutionẽ precij, si fundus sit minoris mensuræ.Paul.consil.ccclxxv.

Emptor quando potest recuperare sumptus ab euincente, nõ potest habere regressum contra authorem suum, nisi author fuerit sciens.l.Titius.& ibi Bar.ff.de act.empt.

Episcopus de cōsensu fundatoris ecclesiæ potest in fundatione ecclesiam illam alteri subijcere. no. Card. in cle. ij. in prin. xj. no. de reli. do.

Episcopo non debetur procuratio pro reconciliatione ecclesiæ uiolatæ. Car. in cle. j. xiiij. q. in fi. de celeb. mis. nisi sit consuetum. ibi. q. xv. in fi. sed pro consecratione ecclesiæ, uel altaris sic: ut ibi. quæst. xv.

Episcopus receptans furem incidit in excōmunicationem uigore constitutionis, quòd furans sit excōmunicatus: & hoc indirectè, propter participationē. Bal. in d. §. ad hæc. vj. col. & in d. l. digna. de legi. & Io. An. j. q. Bononiensis episcopus. licet Arch. in c. j. de consti. in vj. dicat eum ligari etiam directè: sed ibi Io. And. reprobat. & Bal. ubi s. Item,

Episcopus faciens contra constitutionem suam imponentem pœnam excōmunicationis, non incurrit pœnam excōmunicationis, secundum Bar. in l. Lucius. §. Titius. ff. de fideic. liber. Host. de sen. excō. §. quid ualeat. & Cy. in d. l. cùm ipse. de contrahen. emp. Sed Cyn. ipse tenet contrarium in auth. quibuscunq;. de sac. sanc. eccl. Ioan. And. in regula, cui licet. in vj. tenet idem. Vide plenè per Io. de Ligna. in trac. de sen. exc. iij. char. uer. sed circa hoc consueuit dubitari.

Episcopus incurrens excommunicationem etiam minorem ex participatione, non potest seipsum absoluere. Bal. in d. l. cùm ipse. de contrahen. emp.

Episcopus potest excommunicare scientes furtum, & non reuelantes, sed non potest excommunicare scientes furtum. Bar. & Bal. in l. in ciuilem. C. de furtis.

Episcopus potest excommunicare extra diœcesim subditum suum. gl. ix. q. ij. episcopum. xj. q. iij. si episcopus. & c. si quis presbyter. & c. si quis uerò. Hosti. in c. j. de rapto. Ioā. de Lig. in tractatu de sen. exc. vij. parte. uer. consequenter queritur, nunquid superior. Inno. in c. fi. de fo. comp. Paul. de Cast. in l. fi. de iuris. om. iud.

Episcopus potest excōmunicare & absoluere subditos. c. cùm in ecclesijs. de ma. & obed. Sed an absoluat extra diœcesim. Car. in cle. j. ij. q. de foro compe. quòd non, nisi de consensu diœcesani.

Episcopus præscribit contra libertatem ecclesię inferioris exemptæ per quadraginta annos, licet non ad præiudiciū ecclesiæ Romanæ. doct. Sicul. & Bald. in cap. ad audientiam. de præscript.

70 Episcopus prælaturam nullo tempore præscribit. Bal. in l. j. C. de emanci. lib.

Episcopus potest iurisdictionem suam totam abdicare à se, & alteri concedere, & ecclesiā, scilicet per sententiam, qua cōuincatur, nō aliter. c. cùm inter. & ibi doc. & Sicu. de re iud.

Episcopus possidens decimas in sua diœcesi, non iuuatur quasi possessione, nisi doceat de titulo, uel priuilegio. c. si ad decimas. de rest. spol. in vj. Bal. in l. uis eius. C. de proba.

Episcopus dicens aliquam ecclesiam, uel personam esse suam, potest conueniri negatoria. Bal. in l. ij. C. de serui. iiij. q.

Episcopus non potest cōferre beneficium ecclesiasticū, quod uacauit in curia Romana. Bar. in l. j. ff. de testa. tu.

Episcopus uiolans interdictum, est ipso iure suspensus ab officio,

ficio,& iurisdictione,nec poteſt excõmunicare, & eius ſententia eſt nulla.cap.tanta.de exc.præla.

Epiſcopus extra diœceſim an utatur proprijs inſignijs, id eſt, mitra & baculo, & pallio, ſi eſt archiepiſcopus. Car. in cle.j. j.q.de fo.compe.quòd non,ſine licentia papæ:poteſt tamen cantare miſſam,& prædicare de conſenſu diœceſani : ut ibi uide Car.in cle.ij.§.pe.de priuil.

Epiſcopus debet inquirere de hæreſi.infrà,uerb.Hæreſis.

Epiſcopus audiens miſſam à malè ordinato, non uidetur cum eo diſpenſare.Car.in cle.fi.§.fi.in fi.de ſen.exc.poſt gl.ibi.

Epiſcopus debet eſſe ſolicitus ad cultum diuinũ. vij. q.j. quia frater.de conſt.ex parte.clem.j.§.j.& ibi Car.de celeb.miſ.

80 Epiſcopus ex poteſtate ſibi à papa conceſſa poteſt concedere indulgentias ad certum numerum.Card. in cle.j.§.fin. pen.q.de reli.& uen.ſan.

Epiſcopus abſoluit excommunicatos in caſu cle.j. de conſan. &affi.ſecundum Car.ibi,pe.q.

Epiſcopus non abſoluit irregulares. Card.in d.cle.j.pe.q.no. in c.iij.de cle.excommu.mini.

Epiſcopus non gaudet priuilegijs à ſe conceſsis. infrà uerbo, Indulgentiæ.

Epiſcopus nõ poteſt pro ſe retinere beneficia uacantia,ſed debet alijs conferre.c.fi.de inſtit.c.relatum.de præben. ſcilicet cum conſenſu capituli,licet ſecus ſit in papa,& legato.c.j.& ij.de offi.leg.in vj.& Lau.in rub.de reb.eccle.non alie. in vj. Sed Bal.in Marg. uerb. epiſcopus.uer.ij. dicit epiſcopũ cõferre ſine conſenſu capituli : ſecus in prælatis inferioribus, ſecundum Inno.in c.cùm ſatis.de of.arch.Item,

Epiſcopus ſolus in eccleſijs minoribus habet ius inſtituendi, & deſtituendi. Inno. in ca.nouit.de his, quæ fi.à prælatis,& Bald. ubi ſuprà.

Epiſcopus promouens ſcienter excõmunicatum ad ordines ſacros, nõ uidetur cum eo diſpenſare. Inno.in c. cùm ſuper, de offi.deleg.& Io.Papi.in Summa,in ſecundo lib.uerſi.nec fuiſſe iudicem competentem.Item,

Epiſcopus ſcienter aliquid faciens,nõ uidetur diſpenſare.Bal. in addi.Spec.de diſpen.§.qualiter. uer.nunquid ſuperior.& in Spe.uer.dicunt autem.& uerſi.nunquid.

† Epiſcopus an poſsit reſtituere poſt diſpoſitionem , item an poſsit reſtituere ad famam, item an poſsit diſpenſare ſine capitulo.Dec.in ca. at ſi clerici. §. de adulterijs. colum. xij. & ſeq.de iud.

Epiſcopus non poteſt inſtituere aliquem in beneficio patronato intra tempora præſentandi, etiamſi patronus nullũ præſentet intra tempus.c.aliud.de iure patro.& domini de Rota in deci.ccclvij.& in deci.cccix. Item , quòd permutatio, tenet Sicul.in c.cùm Bertoldus.de re iud.Et ſi reſtituat,poteſt pręſentans,id eſt,patronus, & pręſentatus petere illum remoueri , etiamſi inſtitutus eſt idoneus , & præſentatus ſit idoneus : aliàs patronus eſſet priuatus iure præſentandi: & epiſcopus poteſt alium inſtituere. Car.no.in cle.j.§. præſentatos.v.no.& in ij.q.de exceſ.præla.

Epiſcopus tenetur confirmare rectorem præſentatum à patronis,ſi reperiat eſſe idoneum.xvj.q.vij.monaſteriũ.& ca. decernimus. & Inno.& doct.in c.cùm Bertoldus.de re iud. Itẽ non poteſt eum repellere pro libito ſuo.Car.in cle.dudum. §.ſi idem.vj.q.de ſepul.per ca. paſtoralis.de iure pat. & cle.j. §.ij.& ibi Car. de exceſ.præla. ubi etiam dicit,quòd tenetur reiecto præſentato de alio beneficio prouidere.

90 Epiſcopus poteſt inſtituere rectorem in beneficio nõ præſentatum à patrono,ſi ad epiſcopum ſit deuolutum ius inſtituendi ex delicto patroni, qui indignum præſentauit, ſecundum Abb.Sicul.in d.c.cùm Bertoldus. de re iud.per c. cùm uos.de offi.ord.uel ex negligentia patroni.ca.j.ij.& iij.& ca. eam.te.de iur.pa. Item,

Epiſcopus poteſt inſtituere rectorem poſt elapſum patronis tempus præſentandi,ſi patronus præſentauit indignum: ut ſuprà proxi.uerſi.niſi tempus ſuperſit patrono iterum præſentãdi: quod poteſt.d.c.cùm uos.per Inno.& Bal. in Marg. uer.Patronus.uer.j.facit c.cùm in cunctis.de elec.uide Angel.in auth.de epiſc.& cleri.§.ſi quis orat.

Epiſcopus habet ſex menſes ad inſtruendũ in beneficio poſt tempus patronis præfixum: quod ſemeſtre currit à die finiti temporis patroni,non à die ſcientiæ epiſcopi pręſentis in diœceſi. Rota in deciſi.cclxvij. quæ incipit, ſi propter.Item habet unicum ſemeſtre epiſcopus ad eligendũ, etiamſi ſit legatus natus.Rota in dec.cccxvj.fuit dubitatũ, &c.in nouis.

Epiſcopus lite pendente de patronatu eccleſiæ poteſt inſtituere rectorem in ea ſine præiudicio obtenturi in cauſa pro alia uice.ca. quoniam.& ca. cùm propter . & ibi doct. de iure patron.

Epiſcopus non confirmans præſentatum à patrono,ſed alium eligens, deponi debet.gl.xxj.q.ij.c.j.xvj.q.vij. decernimus. & debet ei prouidere de alio beneficio. Card.in cle.j.§.præſentatos.iiij.no.de exceſ.præla.

Epiſcopus lite pendente inter ipſum & patronũ eccleſiæ, poteſt interim dare œconomum,qui fructus conſeruet,& recipiat.c.cùm uos.de of.ord.gl.in c.eam te.de iure patro.

Epiſcopus ſolutionem decimarum prohibens tenetur interdicto unde ui,& debet reuocare prohibitionẽ.Inno.in c.querelam.de elec.Flo.in l.ſeruitutes.quemad.ſerui.am.Io.And. in ca. conquerente.de reſt.ſpol.in Nouella.

Epiſcopus non diſpenſat cum corrupta, ut eligatur in abbatiſſam.Car.in cle.ij.§.ſtatuimus.xj.q. de ſtatu mona.

Epiſcopus non ingerit ſe de iuriſdictione prælatorum inferiorum , niſi eis negligentibus. cle.j.§. ne igitur. & ibi Card.de cele.miſ.

Epiſcopi non conferunt beneficia de menſa religioſorum. cle. j.§.præſentatos.& ibi Car.ix.not.de exceſ.præla. & de præben.in vj.c.cùm de beneficio.

100 Epiſcopus habet poteſtatem in beneficijs exemptorũ in caſu cle.j.de ſupplenda neglig. præla. ſecundum Card. ibi: ſed aliàs

Epiſcopus nõ poteſt ſe intromittere in exemptis. Car. ibi.iiij. opp.per c.quod ſicut.eod.tit.de præb.c.cùm ſingula.in fi.in vj.ſed hoc iure antiquo,ſecundum Car.ſ.ubi uide omnino.

† Epiſcopus an poſsit unam eccleſiam ſuæ diœceſis in totum eximere.Dec.conſil.clij.per totum.ubi amplè,quòd ſic,intercedente conſenſu totius capituli: aliàs ſecus.Item,

Epiſcopis ſubſunt omnia beneficia inferiora. xvj. q. viij. omnes.x.q.j.& ij.per totum.Car.ubi ſ.

Epiſcopus dum ſacra miniſtrat, nõ poteſt in ius uocari.in Sp. de reo.uer.item epiſcopus.

† Epiſcopus uſurario licentiam dare non poteſt,ut teſtamentum faciat ad pias cauſas contra formam c. quanquam. de uſuris.li.vj.Franc.Are. in l.ex duob.in §.etiam. in ij.col.uer. confirmatur iſta concluſio.de uul.& pup.]

Epiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum proprio motu.Bald.in l.ſi pacto.j.col.C.de pac.ubi dicit uerũ,etiam nemine citato:ſecus tamen, ſi fuit excommunicatus ad inſtantiam alterius.

Epiſcopus poteſt abſoluere ab omni excommunicatione lata à iure,non ſi per ſententiam alterius: quia debet tunc abſoluere excommunicatus,uel eius ſuperior. Hoc uerum,ſi eius copia poteſt haberi, uel niſi in articulo mortis. Cardi.in d. clem.j.§.j.vij.q.& in Spe.tit.ij.§.nunc oſtendendum. uerſic. xxv. Inno.in ca.prudentiam. de offic.deleg.& Bald.in Mar. uerſic. Abſolutio.uerſi.ix. Arch.in c.ij.de ſenten.excommu. in vj.& doct.in c.nuper.eod.tit.in antiq. ubi etiam idem dicitur, niſi ſit abſolutio reſeruata papæ. Vide in ca.tua. & ibi doct.eod.tit.& tenet Card. in clem.j.§.j.iiij.q.& ſeq. de reb. eccleſ.nõ alie.Item poteſt relaxare pœnam conſilij prouincialis:ibi.q.vj.Item abſoluit à pœnis.clem.j.de re. eccleſ.nõ alie.ut ibi per Card.

Epiſcopus perdit ius clerico eccleſiæ exemptæ, ſicut eccleſię, Inno.in c.recipimus.de priuil. Bald. in marga. uer. eccleſia. uerſic.xj.

Epiſcopus non poteſt concedere licentiam celebrandi diuina in loco interdicto. gloſ. & doct.in c. ad hæc. de appel.Imò ſi uiolat interdictum,eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio:nec poteſt excommunicare.ca.tanta.de exceſ.præla.

Epiſcopus poteſt ſibi celebrari facere diuina tempore interdicti.ca.quoniam epiſcopus.& ibi Ioan.And.in Nouel.de priuil. Item,

Epiſcopus poteſt tempore interdicti celebrare diuina ianuis clauſis , niſi ipſe fuerit cauſa interdicti. ca. quod nonnullis. de priuileg.

110 Epiſcopus poteſt tempore interdicti conficere chriſma die cœnæ.

cœnæ.c.quoniam.de sent.excom.in vj. Sed an possit facere benedictionem.suprà eod. uer.xxvij.

Episcopus solus sine capitulo non potest in ecclesia nouam di gnitatē creare. Comp.Innoc.& Hosti.in c.cùm accessissent. de consue.nisi de mandato papæ. Bal. in c.cùm olim.eo.tit.

† Episcopi & capituli potestas in augēdo, seu creando nouas præbendas, uel dignitates, qualis esse debeat. Feli.in c.cùm accessissent.circa medium.iiij.col.de const.]

Episcopo subsunt monasteria diœcesis, quo ad legem iurisdictionalem, id est, quo ad canonicam subiectionem, obedientiam, reuerentiam, institutionem, correctionē, reformationem, iurisdictionem, pœnitētiam, & omnium sacramentorum collationem.c. cōquerente.uer.nos autem.de offi.ord. c.dilectus.eod.ti.xv.q.j.peruenit.& c.interdicimus.xviij.q. ij.hoc tantum.& per totum.xij.di.de his.c.cùm personæ.de priui. Item quo ad uisitationem. xviij. q.ij. monasteria.Itē quo ad decimas non soluendas monachis sine consensu episcopi,& quo ad ecclesias eis non dandas.xvj.q.vij.decimas. Item quo ad translationem monasterij de loco ad locum. xvj.q.ult.si quis uult.Item,

Episcopo subsunt ecclesiæ, & capellæ monasteriorum.50.dist. accedens.xviij.q.ij.hoc tantum.xvj.q.j.interdicimus.

Episcopus habet de iure cōmuni fundatam intentionem curam subiectionem omnium ecclesiarum, & beneficiorum in sua diœcesi existentium. Dec.latè consil.cxxj.in princ.& consil.clij.in prin.

Episcopus potest corrigere monachos delinquentes, abbate negligente, non aliàs.c.quāto. de offi.ord.c.j. de statu mon. nisi ex consuetudine.c.non est.de consue.in vj.

Episcopus sine capitulo non potest cōferre beneficia.c. ea noscitur.de his,quæ fi.à præla.& ibi per.doct.nec ordinare clericos.xxiiij.dist.episcopus sine.

Episcopus an possit inferioribus concedere potestatem conferendi beneficia.Inno.in ca. constitutus.de concess. præbē.

Episcopus cōfert beneficia, etiam præsente legato, & exercet iurisdictionem contentiosam,quam solus papa præsens potest lædere,non legatus. Car.in cle.j.v.no.ut lite pen.

Episcopus confert beneficia etiam filio legitimo, uel nepoti, Abb.post gl.in c.quia clerici.de iure patro

Episcopus non impedit se de exemptis.c.graue.de offi.ord.

120 Episcopus an habeat potestatem in hospitalibus, sicut in ecclesijs,& an procurationem ab eis uisitatis. Card.in cle.ij. in prin.q.xij.de rel.do.& in q.xiiij. ubi plenè.

Episcopi licentia requiritur in fundatione monasterij.xviij.q. ij.quidam.& §.monasterium.c.de monachis.& c.seq.de cōse.dist.ij.nemo. Quod uerum est: quando de nouo construitur, non quando reparatur. glo. in d.c. de monachis. xvj. q. ult.si quis.de Iudæis.c.Iudæi.

Episcopo nō subsunt monasteria, quo ad legem diœcesanam, uidelicet quo ad exactionem cathedraticam, quo ad tertiā, uel quartam decimarum, & quo ad hospitium. xvj.q.j. pro utilitate.x.q.iij.inter cætera.secus in capellis monachorū.c. conquerente.de offi.ord.xv.q.iij.statuendū.nisi monasteria sint exempta cum capellis.gl.or.in d.c.dilectus. de offi. ord.

Episcopo debentur seruitia antiqua à monasterijs.xviij.q.ult. seruitium.Item & census ordinatus. xviij.q.ij. Eleutherius. gl.or.x.q.j.in prin.

Episcopus reuocare nō potest,quæ concessit monasterio. xij. q.ult.quia Ioannes. secus in cura cōcessa monacho. Bald.in Mar.uerb. Episcopus.uersi.xxiij.

Episcopo si non uelit subesse abbas,non debet habere iura episcopalia ab eo, uel alio.xviij.q.ij.abbatibus.

Episcopus non potest in monasterio publicè missam celebrare,nisi de licentia abbatis.xviij.q.ij. abbas.& seq. & c.luminosa.vij.q.j.pōtifices.uide gl.& Car.in cle.ij.§.j. de priuil. ꝙ potest in loco exempto celebrare in pōtificalibus: & an extra suam diœcesim, uide ibi per gl.non potest tamen coram se facere celebrari in pontificalibus in loco exempto. glos. & Card.ibi.q.vij.

Episcopus ubi utatur pontificalibus.Car.ubi suprà.viij.q.

Episcopi licentia requiritur, quādo abbas uult monasterium linquere.xviij.q.ij.abbas.uel quando alius prælatus prælaturam suam.de renun.c.admonet. xvj.quæst. fi.ca.fi. lxxj.d. cap.j.& ij.

† Episcopus an possit deputare monachum in suum cubicularium uel camerarium, inuito abbate.Fel.in ca.cùm I.& A. de re iud.circa fi.in uersi.ult.dum.]

Episcopi excōmunicatio, etiam iniusta, timenda est.xj. q.iij. sententia.&c.episcopus.§.si ergo.& §.cùm autem.& c. quibus episcopi.de sen.excom. gl.ord.de offi.ord.in vj.c.j. & in c.j.quod metus causa.Bal.in addi. Spec. de app.uer.si appellans. Quod uerum,nisi contineat errorē intolerabilem.glo. in d.c.sententia. per c.per tuas. de sen.excom. Item nisi lata sit pro indebitis exactionibus.d.gl.per c.cùm ad quorundā. de exces.præla.Sed

130 Episcopus non debet ex causa leui, uel iniusta excommunicare sacerdotes: aliàs debet suspendi per episcopus uicinos usq; ad synodum.xj.q.iij.episcopi.si sacerdotali.Item,

Episcopus alium iniustè excōmunicans, uidetur seipsum excōmunicare.xxiiij.q.iij.comparauimus.Item,

Episcopus iniustè excōmunicans qua pœna puniatur. xxiiij. q. iij. de illicita. c. episcopi si sacerdotali. xj. q.iij.quia debet abstinere à communione, quamdiu uideatur superiori.d.c. de illicita.hodie debet arceri ab ingressu ecclesiæ.c.sacro.de sen.excom.& ſ. Excommunicatio.uer.xvj.

Episcopus non nisi generali uicario suo potest dare licentiam conferendi beneficia uacatura.ſ.uerb.Licentia.uersic.lxxij. & Old.consil.lxxvij.

Episcopus an possit in totum eximere ecclesiam, quando de cōsuetudine requiritur sciētia superioris. Old.in cōs.clxxij.

Episcopus supplet negligentiam fundatoris, secundum Card. in cle.ij.§.j.de reli.do.

Episcopi licētia requiritur, ut clericus forensis celebret in sua diœcesi.xvj.q.j.cunctis.& ibi per gl.uide vij.q.j. episcopi.& ca.nullus primas.ix.q.ij.nisi priuatim:ut c.fi. de cleric.pere. secundum d.glo.

Episcopus promouens indignum scienter,uel ei conferens beneficiū, peccat mortaliter. Card.in cle.j.x.q. de æta. & qua. ubi etiam dicit eum teneri ad interesse ecclesiæ, cui prouidet de indigno.quod nota.

Episcopus non potest ecclesiam dare loco inopi.suprà,Ecclesia.uersic.vij.

Episcopus non potest sine consensu capituli transferre ius ecclesiasticum.Car.in cle.ij.in princ.de reb.eccle.non ali. ij.q.

140 Episcopus sine consensu capituli non potest conferre ecclesias, etiam de consuetudine, nisi sit tanti temporis,quod non sit memoria in contrarium. Car. in cle.ij.in prin.q. viij. de reb.eccle.non alie.ubi idem dicit de alienatione.

Episcopus an possit diuidere parochiam. infrà, uerbo, Parochia.uersic.xiij.

Episcopus admittens in sua diœcesi clericum peregrinū, non habentem literas testimoniales,punitur.xxj.q.ij.c.j.cum gl.

Episcopi consensus requiritur, quando archidiaconus,uel archipresbyter,uel decanus confert alicui curam animarum, uel præbendas ecclesiæ. xvj. quæst. vij. nullus. & ibi glos. ordi. quia

Episcopus debet conferre prębendas, & curam animarum,secundum dictam gl.& c.inuentum.ea.q.& j.q.iij.c.iij.x.q.j.c. ij.& ca.regenda.xij.q.j.præcipimus.& c.uendentes. xij.q.ij. quisquis.

Episcopus unam ecclesiam potest alteri subijcere. de excess. præla.c.sicut.& glos.xviij.q.ij.abbas.& glos.xij.q.ij. Apostolicos. Item,

Episcopus potest unire ecclesias diœcesis suę.c.sicut.de excęs. præla. Sed

Episcopus non potest res unius ecclesiæ dare alteri.c.j.de reb. eccle.non ali.

Episcopus diœcesanus potest, & debet consecrare ecclesiā in sua diœcesi subditam, & sitam, etiam ab alio episcopo constructam,& similiter unio,& institutio.glo.in c.sicut.de excess.præla.per c.si quis episcoporum.xvj.q.v.

Episcopus potest locare laico cōmoditatem decimarum.glos. j.q.iij.peruenit.Bal.& Imol.in l.usufructu.sol.ma.no. in c.ij. de loca.& c.causam.de præscri.ca.ij.c.quāuis. & c. prohibemus.de decimis.& ſ.uerbo, Decimæ.uersi.lxxij.& seq.

150 Episcopus potest cōcedere decimas pauperi in alimoniā. x.q.j.ca.pe.& fi.doct.in c.causam.de præscrip.

Episcopo debetur quarta pars de decimis.ca. iiij. de præscrip.

Episcopus

Episcopus dum celebrat, si cadit ex morbo, potest alius pro eo missam cœptam perficere. vij. q. j. c. pe. & fin. c. illud. & c. nihil. xxv. dist. ca. j.

Episcopus sine causa non potest dimittere missam inchoatam imperfectã, sed ex causa sic, ut quia cadit ex morbo, uel quia uideat puerum morientem sine baptismo: aliàs est excõmunicatus. vij. q. j. cap. nihil. de conse. dist. j. c. nullus episcopus. cum glos.

Episcopus non potest celebrare missam sine præsentia, saltem trium diaconorum, & aliorum presbyterorum, & ministrorum. de conse. dist. j. episcopus Deo. & c. iubemus.

Episcopus metropolitanus dicitur superior, & ordinarius in prouincia. viij. q. vij. per singulas.

† Sing. Episcopus ex causa superueniente nouiter potest statuere contra ius canonicum. Ita dicit Bal. in l. omnes populi. in iij. col. uersi. sed hîc dubitabatur, an episcopi. ff. de iusti. & iure. Istud dictum Bal. pro ualde no. & sing. sequitur And. Barb. in consil. xxxvj. in xvj. col. uer. & ideo sing. dicit Bald. in ij. uol. & similiter sequitur do. Ias. dicens esse ualde singulare in d. l. omnes populi. in j. lec. in ult. col. uer. item conclu dit Bartol. *

Episcopi inferior potest præscribere sibi ius interdicendi, excõmunicandi & absoluendi in ecclesia seculari, & quo ad clericos sibi non subditos. c. cùm olim. & ibi doct. & Sicul. Adde Abb. in c. quanto. de consue. quòd non acquirit ex cõsuetudine ea, quæ sunt ordinis episcopalis.

Episcopus potest habere ius patronatus in aliena diœcesi, & sibi præsentare etiam forensem idoneum. per Abb. in c. significasti. de iure patro.

Episcopo est reseruata potestas dispensandi malè ablata incerta. ĩ. uerb. Episcopus execu. uersi. xxx.

Episcopus potest denunciare excõmunicatum laicum clerici offensorem, donec satisfaciat clerico de iniuria. infrà, Excõmunicatus denunciatur. uersic. ij.

160 Episcopus metropolitanus non potest inconsulto episcopo suffraganeo intromittere se de causis subditorum eius. ix. q. iij. conquestus. nisi in casibus exceptis. ca. pastoralis. de offic. ord.

Episcopi possunt corrigere metropolitanum suum. ix. q. iij. sal uo. xiij. dist. Solonitanæ. xj. q. vij. præsumunt, scilicet cum charitate: ut ibi, & glos. in c. si autem. ix. q. iij.

Episcopo recusante ordinare clericũ, potest metropolitanus ordinare. ix. q. iij. cùm scimus.

Episcopus metropolitanus non potest absoluere excõmunicatum à suo episcopo suffraganeo. ix. q. iij. nullus primas. cũ gl. nisi eo recusante. ca. qua fronte. de app. uide in c. uenerabilibus. de senten. excom. in vj.

Episcopus potest absoluere excõmunicatum ab archidiaco. gl. in d. c. nullus primas. uide gl. xxv. dist. perlectis.

Episcopi suffraganei subsunt metropolitano, etiam quo ad ordinem psallendi, & cantandi in ecclesia. xxij. dist. de his.

Episcopi suffraganei nõ possunt à populis erigere aliquid præter solitum, nec à presbyteris parochialibus. x. q. iij. quia cognouimus. c. cauendum. & c. inter cætera. & c. relatum.

Episcopo cogitur subditus parére, cogente metropolita no, qui eum absoluerit. ca. ad reprimendam. de offi. ord.

Episcopi sententiam notoriè iniustam potest metropolitanus corrigere. c. solicitudinem. de app.

Episcopus potest eximi à iurisdictione metropolitani per papam. xij. quæst. j.

170 Episcopus potest sine cõsensu metropolitani ordinare clericos suæ diœcesis, & de causis cognoscere. ix. q. iij. per singulas. lo secundo. Item potest subditos anathematizare. gl. ibi. licet olim secus. x. q. iij. nemo episcoporum.

Episcopus debet ordinare ecclesias sibi subditas. lxxij. dist. sanctorum. glo. & doct. in c. sicut. de exces. præla. Quod uerum, etiamsi fundator laicus contrarium disposuerit. x. q. j. ca. j. ij. iij. & iiij.

Episcopus excommunicatus potest conferre sacros ordines, licet sit extra gremium ecclesiæ, sicut & hæreticus. ix. q. j. ab excommunicatis. & c. ordinationes.

Episcopus quibus causis possit dispensare: uide plenè in Spe. de dispen. §. nunc de episcoporum. per totum. & dixi plenè in tractatu de Episcopo, iiij. lib. ij. parte. penul. q. Item in uotis ultramarinis. ca. j. & c. ex multa. de uoto. Car. in cle. ij. §. j. de pœniten. & remis.

Episcopus in quibus possit dispensare, & circa quas personas. Decius latè in c. at si clerici. §. de adulterijs. extrà, de iud. ubi ponit de incestu, de adulterio, de sortilegio, in eo qui in sacris contraxit matrimonium, & in alijs pluribus.

Episcopus dispẽsat cum illegitimo ad ordines minores, & ad beneficia sine cura: in alijs requiritur dispensatio papæ. c. j. de filijs presby. in vj.

Episcopus dispensat cũ studente assecuto ecclesiam parochialem, ut intra septennium non teneatur promoueri ad sacerdotiũ. c. ex eo. cum gl. de elect. in vj. nec potest reuocare dispensationem, nisi ex causa, ut ibi per gl.

Episcopus dispensat circa canones pœnitentiales, & illos potest pro suo arbitrio moderari. Decius post glo. & Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. iij. extrà, de iudic.

Episcoporũ priuilegia posui plenè s̃. d. tractatu, ea. j. par. ult. q.

Episcopus circa personas quam potestatem habeat, dicemus ĩ. eod.

Episcopus debet esse solicitus in puniendis delictis enormibus. de pœnis. quod in dubijs. cle. j. & ibi Card. de offic. ord. & in viij. notab.

Episcopus negligens in puniẽdis criminibus uidetur promittere impunitatem. clem. j. de celebrati. mis. Car. ubi s̃. & peccat mortaliter. d. cle. j. de offi. ord. & ibi Card. ix. no. & debet punire clericos delinquentes in diœcesi, etiam forenses, ut ibi, in viij. nor. quia eius officiũ est corrigere. ut ibi. in xj. not.

Episcopo si est commissa correctio, an superior possit procedere. Car. in cle. j. iiij. q. de offi. ordi.

Episcopus non intromittit se de iurisdictione prælatorum minorum. Car. post gl. in cle. ij. §. j. de reli. domibus.

Episcopus non potest punire religiosos non seruantes interdicta ecclesiastica. Car. in cle. j. in prin. ix. q. de sen. excom.

Episcopo mandanti seruari interdictum, debet potius obediri, quàm capitulo mandanti contrarium. Car. ubi s̃. xviij. q.

Episcopus concedens licentiam studendi clericis precio, peccat mortaliter, sed non dicitur committere simoniam, licet turpe sit lucrum. Car. in cle. j. §. qui autem. de statu mona.

Episcopi soli exequuntur canones circa correctionem clericorum. cle. j. & ibi Car. de ui. & hon. cle.

10 Episcopus repetit suos clericos detentos per alium. c. dilectis. de app. & c. si iudex laicus. & ibi. gl. de sen. excom. in vj. Quod uerũ, etiam inuitos. Bal. & Pet. de Sun. in l. j. ff. de rei uendi. & Bar. in l. præcepit. de cano. præstan. lib. x. Item nisi sint facti monachi. xix. q. j. c. j. xix. q. ij. c. j.

Episcopus potest clericũ carcerare. Bal. in auth. causa, quæ. de epi. & cle. nisi uelit fideiubere. c. si clericus. de sen. excom. gl. † in c. si episcopus. de offic. ord. in vj. † Et quæ requirantur ad ad hoc, ut possit capere, & incarcerare clericũ, uide do. Pet. Phil. Cor. in consil. ccxxv. in litera C. & D. in iiij. parte. ubi etiam quòd ad eum pertinet corrigere excessus.]

Episcopus habet merum imperiũ. Auth. causa, quæ. & ibi Bal. de epi. & cle. & punit fraudes artium. Io. An. in c. j. de empt. & uen. & ibi Abbas.

Episcopus non fit irregularis, si clericus moriatur in carcere. Bal. in l. j. C. qui ad lib. perue. non po. & in l. pe. ad leg. Aquil. nisi posuerit eum in loco arcto, in quo de facili potuit mori.

Episcopus nõ potest inijcere manus contra clericum. lxxxvj. dist. non liceat. sed neq; de epis. & cle. & gl. in c. cum episcopus, de offic. ord. in vj. si habeat alium, per quem faciat capi, uel uerberari: aliàs sic. gl. in d. c. non liceat.

Episcopus potest citare suum subditum repertum in curia papæ. Abb. in c. meminimus. de appel. Quod uerum, etiam realiter faciendo eum capi, secundo doct. Bal. & Phil. ibi. Item uerum etiam extra Romam, ubicunq; sit papa, per capitulum secundum de appel. in vj. Philip. ubi suprà. Innoc. in c. ego. de iureiur.

Episcopus potest ordinare clericum suum etiam in curia papæ. Abb. antiq. in c. in omnibus. de app. Bal. in Marg. uer. episcopus. uersi. pen. Sed an cogat eum ordinari ab alio episcopo. Car. in cle. j. vj. q. de fo. compe.

Episcopus sine capitulo non potest corrigere clericos suos. c. nouit. de his, quæ fi. à præla. c. j. de exces. præla. nisi consuetudo sit in contrarium. & ibi, & c. non est. de consue. in vj. & tex.

tex. & gl. ord. in c. irrefragabili. de offi. ordi.

Episcopus potest corrigere etiam monachos de cõsuetudine. c. non est. de consuet. in vj.

Episcopus non potest sine capitulo causas diffinire. xv. q. vij. episcopus.

20 Episcopus, qui non potest corrigere clericũ, non potest corrigere populum. viij. q. j. quid autem.

Episcopus potest inuestire sine capitulo. Bal. in l. pe. ad Treb. & in Mar. uer. prælatus. uer. fi.

Episcopus sine capitulo quid possit facere. not. lxxv. distin. si quis. xij. q. ij. sine. c. alienationes. & c. nos. xv. q. ij. episcopus. & c. nullus. & in tit. de his, quæ fi. à præla. sed in quibus casibus requirat consensum capituli, uide Abb. in c. j. & in c. nouit. eod. tit.

† Episcopus an possit dispensare contra constitutionem concilij, uide Dec. quòd non, in ca. at si clerici. §. de adulterijs. col. iiij. de iud. cum prin. seq. & col. vij. uersi. quartò fallit. ubi dicit, quòd etiam legatus de latere non potest, nisi ex causa magna. uide ibi latè.

† Episcopus an dispensare possit cum muliere notoriè corrupta, & per matrimonium, ut inter uirgines consecretur. Felin. in c. at si clerici. §. de adulterijs. in fi. ult. col. in fin. in uer. item not. de iud.]

Episcopus cum infami dispensat. gl. 50. dist. domino sancto. ij. q. ij. §. hic autem. gl. xv. q. viij. hi, qui. in Spec. de sen. præla. §. id autem. Io. de Imol. in c. cùm te. de re iud. Quod est uerum accessoriè, secundum Abb. Sicu. ibi. † In d. c. cùm te. in prin.

† vij. col.] † Vide Deci. in cap. at si clerici. §. de adulterijs. col. xiij. uersi. successiuè. extrà, de iud.

Episcopus dispensans cum adultero, uidetur etiam infamiam

† remittere. c. at si clerici. §. in adulterijs. de iudi. † Et ibi uide Felin. in princ.]

Episcopo repetenti hominem tanquã clericũ, creditur de clericatu. per Bal. in l. si qua per calumniam. C. de epi. & cle.

† Episcopus an cum incestuoso dispensare possit. & in c. at si clerici. de adulterijs. in iij. colum. in medio. in uersic. episcopus. de iud.]

Episcopus debet cognoscere de quæstione clericatus incidenti coram iudice seculari. Bald. in l. si qua per calumniam. de epi. & cleri. & no. in ca. si iudex. de sen. excom. in vj.

Episcopus non potest imponere clericis onera insolita. cle. ij. & ibi Cardi. de censi.

Episcopi officium est, punire transgressorem canonum. clem. ij. §. locorum. & ibi Card. de pœnis. xviij. dist. per totum. de æta. & qua. cle. j.

Episcopi nihil possunt contra priuilegiatos. cle. j. §. nonnulli. & ibi Car. de exces. præla.

Episcopus debet charitatiuè tractare subditos. Cardi. in cle. j. ad fi. & ibi no. de exces. præla.

30 Episcopus an procedat contra monachos retinentes quartam ecclesijs parochialibus. Car. in cle. j. iij. q. de offi. ord.

Episcopus potest mittere clericum in exiliũ. de iud. c. cùm nõ ab homine. de iur. calu. c. j. in fi. 50. dist. accedens. de pœnis. in vj. c. felicis. Car. in cle. j. pen. q. de offi. ord. Item,

Episcopus potest subijcere clericos uerberib. Card. ubi suprà, xxiij. q. v. circuncelliones. de pœnis. licet. xlv. dist. cùm beatus. xxiij. q. v. si quos. v. q. j. c. j.

Episcopus non potest corrigere clericos subiectos exemptis. xvj. q. ij. c. j. Car. in cle. j. §. j. de exces. præla.

Episcopus capiens exemptos, est excommunicatus. de sentẽ. excom. in vj. c. si clericos. & Car. ubi s.

Episcopus præcipere potest subditis sub uirtute obedientiæ. Car. in cle. ij. §. deniq;. vj. q. de re iud.

Episcopus succedit in gubernio scholarũ collegij, mortuo rectore collegij testamentario. Pau. de Cast. in consi. cxliij.

Episcopus agit pro iniuria illata suo clerico, uel uicario. Inno. & doct. in c. dilectis. de appel. c. contingit. de senten. excom. Ioan. And. in c. ad Apostolicæ. de re iud. in vj. in Nouella. & Bald. in Mar. uerb. Clericus. uersic. xj. Quod uerum est, si iniuria fuit facta in contumeliam episcopi, aliàs non. Bar. in l.

† j. §. fi. ff. de iniurijs. ubi etiam per Alex. † Et per Feli. in d. ca. contingit.]

Episcopus potest remittere iniuriam illatam clerico, scilicet cum consensu capituli. Bal. in l. præses. C. de transact.

Episcopus non remittit sine capitulo, etiam sibi illatam iniuriam. c. non dubium. de sen. excom. nec illatam sibi, & capitulo. Io. And. in Nouel. in c. cùm cõsideres. Bal. in c. j. vj. col. qui feu. da. pos. sed illatam ecclesię sic, quatenus suã propriã concernit. Inno. in c. olim. de iniur. & dam. da. Card. in cle. j. de fo. compe. in vj. no. dicit eum posse remittere iniuriã sibi factam, quatenus concernit personam suam, non quatenus ecclesiam: & quòd potest punire iniuriantem, quatenus cõcernit ecclesiam, nõ personam. & ibi gl. & j. uerb. Pax à qui-

† bus. uer. xxij. † Et per Feli. in c. contingit. de sen. excom.]

40 Episcopus potest sequestrare cadauer usurarij, donec caueatur de usuris restituendis. Ang. in auth. ut defun. nõ iniur. à credi. colla. v.

Episcopus potest punire clericum forensem pro delicto cõmisso in sua diœcesi. Bal. in auth. qua in prouincia. C. ubi de criagi oportet. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. in vj. cum gl. ca. j. de rapto. c. postulasti. de fo. comp. Item Card. in cle. j. de offi. ord.

Episcopus potest condemnare clericum delinquentem in sua diœcesi, licet sit forensis, sed executio pertinet ad episcopũ, in cuius diœcesi beneficiũ habeat. d. c. postulasti. & ibi doct. & Imol. de fo. compe.

Episcopus exequitur sententiam latam per laicum iudicẽ contra clericum reconuentum, uidelicet ad literas iudicis laici. Ioan. de Imo. in d. c. postulasti. de foro compe. & ibi Abbas, & Ioan. And. in c. j. de mut. pet.

Episcopus debet potius uerberaliter, quàm realiter corrigere clericos. xlv. dist. in summa. c. j. ij. & iij. & ca. episcopum.

Episcopus non debet incipere à correctione. lxxxvj. distin. si quid uerò.

Episcopus potest excommunicare subditum alterius episcopi ob prędam factam in sua diœcesi, uel alibi, si in suam diœcesim sit portata per eum. vj. q. iij. c. fi. c. j. de rapto.

Episcopus potest punire exemptum in sua diœcesi delinquentem. d. c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in vj. ca. j. iij. q. vj. de hære. c. ad abolendam. de priuile. tuarum. in fi. xj. q. iij. priuilegium. Vide omnino per glos. vj. quæst. iij. c. fi. & Card. plenè in clem. j. iij. quæst. de offic. ord. & glos. & Card. in cle. j. de ui. & ho. cle. quòd potest punire exemptum in loco non exempto.

Episcopus non potest punire exemptos, sibi resistentes, sed recurrat ad superiorem, ut eos cogat ad parendum. Car. in cle. ij. §. fi. in fi. de priuileg.

Episcopus ponens clericum in gabbia, uel durissimo carcere, est homicida, & irregularis. Laud. & Cardi. in cle. j. vij. q. de pœni. & remis.

Episcopus solus sine capitulo potest requirere clericũ absentẽ ad residendum, & eum spoliare. s. Clericus absens. uer. v.

Episcopus non potest facere exactiones insolitas à clero. cle. j. §. j. & ibi Car. de exces. præla. & ibi glos.

Episcopus non potest imponere nouum censum pro ipso, sed pro alijs sic. Car. in d. §. j. not. post glos. de exces. præla. per c. cùm clerici. eod. tit.

Episcopus debet parere sentẽtijs executorijs Apostolicis etiã iniustis, non autem debet earũ executioni assistere, sed ipse debet exequi. de offic. dele. si quando. & c. pastoralis. §. quia uerò. & Card. in cle. j. x. not. de exces. præla.

Episcopus negligens in corrigendo peccat, & punitur. not. in cle. j. & ibi Car. de ui. & ho. clericorum.

Episcopus debet tueri implorantes auxilium suum, & ecclesiæ, scilicet uiduas & pupillos. lxxxvij. dist. ca. j. 88. dist. c. j.

Episcopus non per se, sed per alium debet agere curam orphanorum & uiduarũ. lxxxviij. dist. episcopus gubernationẽ.

Episcopus debet refutare bona opprimentium pupillos & uiduas. xc. dist. eorum.

Episcopus potest corrigere monachos. s. uerbo, Episcopus in spiritualibus. uersic. cviij.

Episcopus non potest transigere de clerico suo uel conuerso, sine decreto. Bal. in l. si hæredes. C. de test. manu.

60 Episcopus non potest dare in obsides clericos suos, nisi cũ authoritate papæ. c. ex rescripto. de iureiur. xxviij. q. viij. c. & pridem. cum glos.

Episcopus an clericis secularibus uel religiosis duriorem, uel strictionẽ uitã indicere possit: uide Fel. in c. iij. in prin. de ap-

Episcopus

Episcopus circa res, & bona ecclesię, quam potestatem habeat, dicetur ĩ.eod.

Episcopus cum familia sua debet ali de bonis ecclesiæ. xij.q.j. illi autem, qui.xvj.q.j.quoniam quicquid. j. q.ij.clericos.& c.pastor.in Spe.qui fil.sint le.uer.econtrà. Quod uerum est, si bona patrimonialia sibi non sufficiant: aliàs debet de illis uiuere.dicto cap.pastor.

Episcopus non lucratur fructus beneficij, nisi quatenus sufficiant pro eius uictu. Bal. in auth. excipitur.de bo.quæ libe. xliiij.dist.in prin.uer.sacerdos.

Episcopus cõputat fructus cum sumptibus factis in rebus ecclesiæ.Bal.in d.auth.excipitur.in fi.

Episcopus debet superfluos fructus à uictu pauperibus erogare.xxij.q.iiij.sicut non sunt.uide Io.And.in c.ij.de præscrip. & in c.ij.de dona.

Episcopus debet prouidere generaliter pauperibus, & infirmis.lxxxij.dist.c.j.in prin. & lxxxviij.dist.c.j. & ij.nõ ei, qui potest laborare.v.q.v.non omnis.

Episcopus qui patitur pauperem esurire, dicitur homicida. lxxxiij.dist.c.j.in prin.l.necare.& ibi Bart.de lib.agno.

Episcopus debet dare pauperibus, non uni tantùm, lxxxvj.di. §. in ipsa.

Episcopus non dicitur, qui pauperibus non subuenit. lxvj.di. c. fratrem.

10 Episcopus debet potius prouidere pauperibus, quàm parẽtibus.xij.q.ij.gloria.

Episcopus non debet de bonis ecclesiæ dare uenatoribus, histrionibus & cantatoribus. lxxxvj.dist.donare.cum gl. & c. cum uenatoribus.

Episcopus an possit præiudicare ecclesiæ. Bar.& Bal.in l.iubemus.in fi.C.de sac.san.eccle.gl.& Bar.in l. si quis in tantam. C.unde ui.& in l.meminerint. eod. tit. per Bal.quem etiam uide in c.firmiter. in fi.de prohi. feu.ali.per Freder.ubi dicit in acquirendis feudis præiudicare ecclesiæ per episcopum, maximè in pœnis quærendis, nisi uertatur magnum præiudiciũ ecclesiæ.& adde s̃.uerbo, Delictum.uer.lj.& seq.

† Episcopus uel prælatus uolens alienare bona ecclesiæ, etiã ex causa remunerationis, illud nõ potest facere, nisi obseruata solennitate.ca.j.extrà, de his, quæ fiunt à præla. sine consen.cap.& ibi Pan.& in c.nouit.eo.ti.& in c.nulli.de reb.eccles.non alien.& in auth. hoc ius porrectum.& ibi Bal.C.de sac.san.eccles.

† Episcopi cõsensus, ubi ecclesia grauatur enormiter propter eius pręiudicium, & successorum, non debet attendi. domi. Barth.Soc.in consil.cclx.incip.In causa Manutensis.uersic. ex quibus infero.in ij.parte.]

Episcopus nõ potest impedire de fructibus religiosorum, etiã subiectorum.not.Card.in cle.j.§.præsentatos.xj.not.de exces.præla.

Episcopus inuadens cũ armis bona religiosorum, tenetur de ui publica & interdicto. gl.& Card.in d.§. præsentatos.xiij. not.nec debet ea deluere. ibidem.

Episcopus an donet mensæ suæ, &c. s̃.§.proximo.

Episcopus potest donare capitulo rẽ mensæ: ut plenè per Car. in cle.j.§.j.vj.q.de reb.eccle.non alie.

Episcopus non habet ius in bonis hospitalis ædificati per aliquem ante hæresim, postea confiscatis ob hæresim, si ea inquisitores præscripserunt. Car.in cle.j.§.sanè.de hæret.

Episcopus potest cogere diuites ad alendum pauperes, scilicet per denunciationem ecclesiæ factam, non eos cogendo ad instantiam pauperis petentis sibi dari. gl. xlvij. dist.sicut hi.j.q.vij.exigunt.in gl.xij.q.ij. dulcissimus.in Sp.de instru. edi.§.nunc uerò aliqua.uer.lxiiij.

Episcopus debet in iure suæ ecclesiæ conseruare omnia, quæ fuerint de bonis ecclesiæ, uel fructibus, uel agris eius, uel de oblationibus.xij.quæst.j.episcopi.de rebus. §. si ergo. uide Arch.Ioan. And.& doct. in ca. statutum.§.assessorem.de rescript.in vj.

20 Episcopus potest testari de fructibus ecclesiæ, & eos relinquere seruitoribus pro mercede, sed non coniunctis, etiam pro benemeritis.in Spe.de sta.mo.uersi.lviij.sed coniunctis pauperib. dare potest liberè. Abbas antiq.in c.ad exhibẽdũ. de coha.cle.& muli.& Bal.in Marg.uerb. Clericus.uer. xvj. x.q.ij. episcopus. xij.q.j.ex his. non diuitibus, quibus dare præsumitur ex instinctu carnis.gl.ibi.& Bar.in l.tutor petitus.§.j.de excusat. tut.

Episcopus non potest testari, scilicet de bonis ecclesiæ.c.cùm in officijs.& ibi doct.& gl.& Io.And.de test.xij.q.j. sint manifestæ.xij.q.v.nulli dubium.c.obitum.& c.fixum.ubi dicitur uerum de acquisitis post acquisitam ecclesiam. Vide in Spe.de sta.mon.uersi.xxiij.& in auth.de eccles.tit.§.interdicimus.in auth.licẽtiã.de epi.& cle.& ibi doct.in c.quia nos. de testa.xij.q.iij.quicũq;.in c.ij.& ibi gl.ord.de succes.ab intest.& c.j.eod.tit.& c.j.de pec.cle.sed de fructibus sic.s̃.proxi.uer.& in c.relatũ.el ij.de testa. xij. q. ij.hæc huius placiti. c.charitatẽ.& c.quicunq; suffragio.de sac.san.eccles.l. iubemus nulli.& l.uicissitudinem.

Episcopus cùm acquirat ecclesiæ, nõ potest alteri dare, & datum successor aufert.in Spe.de pecu.cle.in prin.

Episcopi bona præsumuntur esse ecclesiæ, nisi contrariũ probetur. Arch.in d.c.statutum.§.assessorem. de rescript. in vj. Inno.in c.cùm in officij. de test.c.j.ij.& iij.de pecu.cle. Host. in Summa, eod.tit.§.fi.Bald. in l. si quis presbyter.de epi.& cle.in auth. licentiam.eod.tit.& gl.in l.etiam. de dona.inter uirum & uxo.in Sp.de testa.mo.uer.lviij.xij.q.iiij.ca.j. Bar. in l.facultas.C.de iur.fis. lib.x. Bald.in c.j. de lit.inter do. & feu.nisi sint acquisita ex opera sua. Inno.ubi s̃. Item etiamsi sunt feudalia.Bald.in c.j.de cle.qui inuesti.feu.

Episcopi bona post mortẽ qualiter diuidantur.gl. ordi. in c. ij. de pecu.cleri.xij.q.iij.sacerdotes. Ang.in d.§.interdicimus.

Episcopus non potest applicare ecclesiam mensæ suæ. Car. in cle.j.de rescriptis.xx.q.

Episcopus tenetur ad decimas.Inno.in c.nouũ genus.de decimis.Car.in cle.dudum.§.uerum. xix.q.de sepul.

Episcopus nõ potest occupare bona beneficiorum uacantiũ, sed debet ea restituere successori in beneficio, non obstante cõsuetudine contraria. Card. in cle.j.§. abbates. in fi.de exces.præla.

Episcopus non debet grauare monasteria, ponendo ibi homines, uel animalia. Cardi.in cle.j.§.præsentatos.& ibi Car.de exces.præla.

Episcopi diœcesani possunt absoluere à sententia cõcilij prouincialis. Card.in clem.j.§.quod etiam interdictis.in fin.de senten.excom.

30 Episcopi bona transportata per eius coniunctos ad domos eorum, præsumuntur esse ecclesiæ. Iac.But.in authen.licentiam.C.de epi.& cle.Barth.Cæp.in c.j.de testa.

Episcopus monachus non potest testari. Bald. in addi.Spe.de statu mo.uersi.cui quæret.& ibi Spe.uersi.xxiij.

Episcopo in extremis laborante, non licet alicui auferre bona de eius domo. xij.q.ij.hæc huiusmodi. & c. de laicis. Quod uerum, etiam ut non liceat metropolitano. ea.q. non liceat, sed bona debent per clericos describi, nõ subtrahi: aliàs datur actio furti. xij.q.ult.sicubi.

Episcopo intestato succedit ecclesia.xij.q.ult.c.fi. & c.j. de succes.ab intest.gl.ord.in c.ij.eod.tit. Quod uerum est etiam in patrimonialibus, non extantibus legitimis. xij.q.j. manifesta.uide glo.ubi suprà.

Episcopus patiens præscribi res ecclesiæ, tenetur ecclesiam conseruare indemnem. glo.xvj.q.iiij. placuit. el ij.xij.q.iiij. quicunq;. cum gl.xij.q.ij.monemus. gl.in l.quicquid. C.arbi.tu.Sicu.in c.auditis.de pręscrip.adeò quòd bona propria sunt obligata ecclesiæ.glos.in c.ex literis. de pig. Bald.in l.si quis presbyter.de epis.& cleri.

Episcopus si malè agit, tenetur ecclesiæ ad interesse.gl.Barto. Ang.& doct. in l.non est ignotum. C. de admi.tu.ubi etiam dicunt eum condemnatum in causa ecclesiæ pati executionem in bonis proprijs pro expensis, si malè egit.

Episcopus potest renunciare præscriptioni, etiam in præiudicium ecclesiæ præscribentis, scilicet cum consensu capituli.c.ueniens.& ibi gl.& doct.de præscrip.& infrà, uerb.Prælatus alienat.uersi. xxij.

Episcopus non potest solus renunciare iura ecclesiæ.cap.ij.de dona.c.accedẽtibus.de exces.præla. nisi parum læderet ecclesiæ.c.cæterùm.de dona.xij.q.ij.terrulas.c.bona.d.ca.ueniens.de præscrip.no.in c.ij.de his, quæ fi.à præla. Item nisi ex causa, puta ut indignatio superioris uitetur.Inno.& doc. & Io.And.in d.c.ueniens.licet Inno.contrà, Item nisi renũ-

ciandò redeat ad ius commune, secūdum Inno. & Sicul. ibi & Fed. de Sen. consi. cij.

Episcopus renuncians liti pro ecclesia restituitur in integrū. gl. & Bal. in l. postquam liti. C. de pactis.

Episcopus non potest renunciare appellationi in præiudiciū ecclesiæ. Bal. & Pet. de Sun. in l. fi. §. fi. C. de temp. app. per c. ij. de dona. nisi tacitè, scilicet nō prosequendo: ut ibi. & not. ij. quæst. vj. biduum. c. sæpe. de app. glos. & doct. in c. j. ut lite non contest.

40 Episcopus possidens rem ecclesiæ suæ legatā, debet illam restituere, nisi probet factum legatum intuitu suo, nō respectu ecclesiæ. c. requisisti. de testam. xij. q. iiij. pōtifices. in Sp. de proba. §. j. uer. secundum l. annua. §. à Titia. & ibi Bart. ff. de an. lega. l. iij. ea. & ibi Bal. de compensa.

Episcopus institutus hæres contemplatione ecclesiæ, non tenetur conficere inuentarium, nec tenetur in solidum, eo nō cōfecto: secus, si instituatur respectu sui, uel sanguinis. Bart. in l. j. iiij. quæst. quartæ princ. C. de sac. sanc. eccles. & in l. fin. §. fin. C. de iure delib. & in authen. sed cùm testator. ad legem Falcid.

Episcopus potest repudiare legatum factum ecclesiæ, uel sibi respectu ecclesiæ. Fede. de Senis consi. Casus talis est, res ali qua immobilis. Lapus in deci. xxvj. Lau. de Fan. in rubr. de reb. eccles. non alie. in vj. ij. q. prin. Sed Bal. contrà, quòd nō potest repudiare, etiam non agnitum, sicut nec tutor: per l. magis. §. fundum. de re. eo. in l. contra iuris. §. si curator. ff. de pa. uide Bald. in l. pupillorum. C. de repudian. hære. & in c. j. vij. col. qui feu. da. po. quòd non potest repudiare, cùm dicatur factum ad usum pauperum. uide Barthol. Cæp. in sing. uersic. cxxx.

Episcopus dispensans, uel suspectus, ne dissipet bona ecclesię, potest remoueri. c. licet Heli. de simo. de testibus. c. constitutis. de acc. c. qualiter. el ij. ca. inquisitionis. iij. q. ij. quia ea. in Sp. de instru. edi. §. iij. uer. quid si executor est suspectus. sed non remouetur ab administratione, pendente causa suspicionis, d. c. licet Heli. & c. uenerabili. de offi. deleg. sed ei debet dari adiunctus. Bar. in l. quod si fortè. §. sunt quędam. de solu. si alienat contra formam legis, remouetur ab admini-

† stratione. l. iubemus. §. j. & ibi Bart. C. de sac. san. eccles. † Et per Feli. in d. c. licet Heli.]

Episcopus debet facere inuentarium de rebus ecclesiæ. xxviij. dist. de Syracusanæ. xij. q. j. manifesta. in Spe. de instru. edi. §. fi. uersi. prælatus. & uersi. xiiij. sed an teneatur conficere inuentarium. Item,

Episcopus executor testatoris tenetur cōficere inuentarium, etiam corā iudice laico. Ang. in l. j. §. hæc stipulatio. xv. col. ff. si cui plus, quàm per legem Falc.

Episcopus non potest in præiudicium ecclesiæ recipere canonē post tempus ab emphyteuta, qui cecidit ab emphyteusi, quia non soluit intra tempus. Quod uerum, nisi capitulum postea ratificet solutionem factam episcopo. c. pastoralis. de his quæ fi. à pręlà. sed Spė. de loca. §. vj. uer. xxvij. tenet contrà per l. aduersus. & ibi Bal. tenet idem. C. de usuris. & Bal. in addi. Spe. eod. tit. uersi. si prælatus. nec potest recipere minorem canonem. Bal. in d. l. aduersus.

Episcopus an possit uasallo remittere feloniam. Bald. in c. j. vj. col. qui feu. da. pos.

Episcopi gesta faciunt ecclesiam suam dici esse in quasi possessione iuris episcopalis. Bal. in l. ij. xvj. col. C. de seruit.

Episcopus potest inquirere pro legatis pijs factis pauperibus. Bar. & Ang. in l. si uacantia. uer. præsens. de bo. ua. lib. x.

50 Episcopus an possit locare possessionem suorum canonicorum per Bal. in l. emptorem. C. locati.

Episcopus creatus Cardinalis potest administrare, ut episcopus, & non desinit esse episcopus, nisi postquam consensit. Car. in cle. j. vj. q. ut lite pendente.

Episcopus non potest prohibere notarijs confectionē instrumentorum pro religiosis exemptis. cle. j. §. j. & ibi Cardi. de exces. præla.

Episcopus sine decreto non potest transigere de rebus ecclesiæ, nisi habeat plenam administrationem. Bal. in l. quoties. C. de fideicom. Item si apud ipsum remanet res ex causa trāsactionis, non si tradat rem. Barto. in l. nulli. ff. de transactio. Bald. in l. præses. C. de transact. dicit posse transigere de rebus non incorporatis, id est, quæ non sunt de mensa, etiam sine decreto. & Hostien. in ca. ut super. de rebus eccles. non aliena. uide Innoc. & doct. in ca. decætero. de transactio.

Episcopi authoritas requiritur in transactione rectoris ecclesiæ de bonis ecclesiæ facta. Innoc. in ca. ueniens. de transact. & Bal. in Marg. uer. Rector. uer. j.

Episcopus potest remittere quartam sibi debitam de relictis pijs. Bal. in l. præses. C. de transac.

Episcopus non potest sine consensu capituli donare quartam decimarum. glos. & doct. & Hosti. in ca. de quarta. de præscript. glos. iiij. quæst. iij. cap. j. xij. cap. fin. & cap. pastoralis. de dona.

Episcopo debetur quarta episcopalis de relictis pijs. x. quęst. j. de his. & c. antiquos xij. q. ij. uobis. & c. Vulteranæ. c. concesso. & c. quatuor. c. de redditibus. & c. cognouimus. xvj. q. j. constitutus. & c. ad hæc. de offi. ord. c. conquerente. de testa. c. officij. & ca. requisisti. ca. fi. de suc. ab intest. d. ca. de quarta. de præscript.

Episcopo debetur quarta legatorum piorum ex lege iurisdictionis. Inno. in c. j. de sta. mona. uidelicet, in compensaione oneris sui pro ecclesia tolerati. Innò. ibi.

Episcopo quarta canonica an & quando debeatur, uide Bald. in l. si quis ad declinandā. §. in omnibus. de epi. & cle. & plenè in tractatu de quarta episcopali, per do. Pet. Peru. infrà, uerb. quarta episcopalis. & per discursum. doc. & in c. requisisti. de testa. in cle. dudum. de sepul.

60 Episcopus potest inuestire de feudo antiquo. Bald. in Mar. uer. Prælatus. uer. fi. & in l. pe. C. ad Velleia. & in c. j. qui suc. di. non de feudo nouo sine consensu capituli. Paul. de Cast. in consi. clx. uide Bald. in c. ij. qui feu. da. po. in usi. feu. & per Bal. in l. pen. C. ad Treb.

Episcopus potest dare in emphyteusim cum pacto, quòd non soluens canonem non cadat à iure suo. Barto. in l. fundi. C. de fun. patri. lib. xj. & in l. j. iij. quęst. de iure emphy. & Bal. in addi. Spec. de loca. uersic. an ualeat. Paul. de Castr. consil. cxxxvij.

Episcopus antiquam emphyteusim finitam per tertiam lineā tenetur concedere posteris, seu filijs, uel descendentibus emphyteutæ. Bar. in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. & in l. j. de priuil. cre. in l. si mihi & Titio. de uerb. oblig. & Bal. in addi. Spe. de loca. uer. Emphyteusis debet potius. Quod uerum, nisi descendens sit pauper, miles, uel mulier. Io. de Imo. post Io. And. in c. potuit. de loca. non tamen agnatis, secundum Pet. de Anch. in consi. Plenè & subtiliter consultum reperi, &c.

Expensæ circa rem factæ per matrem, uel auiam, repetuntur indistinctè. l. Nesennius. & ibi Bar. de nego. ge. l. alimenta. ij. respon. C. eod. tit. Sed circa personam factæ an, & quando repetantur, uide Bart. utrobique. & suprà, uer. Expensæ in personam. uer lxvij.

Expensæ in re conducta fieri possunt per conductorem utiles uel necessariæ, & factæ repeti, uel cum pensione computari. l. colonus. in princ. & ibi Bar. ff. locati.

† Expensæ factæ tanquam in re sua per bonæ fidei possessorē non repetuntur, quia nullum negotium gerit cum domino rei. do. Pet. Phil. Cor. in consi. ccxliij. incip. Videtur. in litera D. in ij. parte.]

Expensæ in rebus factæ ueniunt ope retentionis sine petitione. Bal. in addi. Spec. de expensis. uer. j.

Expensæ in rem quę dicantur, uide per Abb. in c. pastoralis. de decimis.

80 Expensæ cudendi monetam debent fieri de publico. Bart. in l. j. §. j. de au. & arg. glo. in l. j. ff. de contrahen. emp. contra Inno. in c. quanto. de iureiur.

Expensæ per mercatorem factæ in mercantia imputantur societati. Bart. in l. filiusfa. de donat. Pet. de Peru. in trac. de socie. xj. parte, xx. q.

Expensæ itineris per fundum spectant ad legatarium, cui legata est uia per fundum, non ad hæredem. Flo. in l. si iter. ff. de seruit.

Expensæ pro refectione muri debentis seruitutem, spectant ad eum, cui seruitus debetur, si refectio est necessaria. l. sicuti. § j. & ibi Flo. si serui. uend. & j̄. uer. Murus. uer. j.

Expensis deponentis fieri debet quicquid in re deposita fiendum est. l. si in Asia. in prin. & ibi Bar. ff. depositi.

Expensæ in ædificio super alieno solo an repetantur. Insti. de rerum di. §. cùm in suo solo. & seq. tex. & Bar. in l. sin autem. §. in re petita. de rei uen. tenet quòd sic, à bonæ fidei possessore per doli exceptionem, si actor non concedat ei deductionem. Vide omnino in l. si in area. & ibi Bart. & in l. Iulianus. quæ præcedit in l. in fundo. de rei uen. quòd qui ab initio fuit bonæ fidei, licet postea fiat malæ fidei, potest ædificium suum tollere, sed non repetere expensas, etiam per doli exceptionem, ut ibi, & suprà ædificium. uer. lxj. & in Spe. de expen. §. j. uer. si autem. & seq.

Expendens utiliter pro altero plus, quàm fuerit sibi mandatum, an repetat. Paul. de Cast. consilio clv. & suprà eod. uer. xxxvj.

Expensæ in cultura factæ per testatorem, possunt repeti per hęredem ab usufructuario, cui cedunt fructus pendentes. Flo. in l. si pendentes. in prin. ff. de usufr.

Expensæ per hæredem factæ in re legata repetuntur à legatario, habita consideratione, quantum ualeat res tempore restitutionis fiendæ, non quantum sit expensum. l. domos. & ibi doc. & Bar. de leg. j. nec computantur cum fructibus, secundum Bal. & Io. de Por. ibi gl. in l. emptor. de rei uen. & s̄. eo. uersic. xxj.

Expensæ per creditorem factæ in re pignorata in perficiendo ædificium à debitore inchoatum repetuntur. l. si seruos. & ibi Bar. ff. de pig. act.

90 Expensarum factarum in instruenda naui non fit collatio. l. iij. in prin. & ibi Bar. ff. ad legem Rhodi. de iactu.

Expensæ in re uendita factæ per uenditorem repetuntur. l. Iulianus. §. præterea. & ibi Bar. ff. de actio. emp.

Expensa de duobus patrimonijs facta dicitur pro rata. s̄. eod. uer. v. & uer. Expensæ in personam. uersi. lxix.

Expensę factæ in re aliena, ne pereat, repetuntur ab eo, cuius est res, per eū, qui eas fecit. l. si pupilli. §. si Titij. de nego. gest. & s̄. eo. uer. xxv.

Expensæ factæ per debitorem conditionalem in re debita repetuntur. l domos. & ibi doct. & Io. de Por. de leg. j.

Expensæ per uirum factæ in re dotali repetuntur per eius hæredes sol. mat. quando dotem restituunt. Item,

Expensæ, per usufructuarium factæ, finito usufructu repetuntur, si magnæ sunt. Io. de Por. in d. l. domos. & Bald. in l. eum. C. de usufru. Bar. in l. cotem. §. qui maximos. de pub. Raph. in l. si proprietarius. & in l. damni. §. j. de dam. infec. & s̄. eod. uer. lx. & lxx. & j̄. uer. Vsufructuarius.

Expensæ pro recuperando castro communi factæ per unum sociorum, repeti possunt à socio pro parte, si factæ sunt nomine

mine communi, aliàs non. Alexand. consi. clxvij. ij. parte.
Expensæ factæ à malæ fidei possessore non repetuntur. Specu. tit. de offi. om. iudi. §. v.
Expensæ quandoque probantur iuramento à iudice delato. in Spec. eo. tit. §. vj. uer. item post lit. conte.
100 Expensas factas bono animo per colonum repetit colonus à domino per retentionem. in Spec. de actore. uer. item quòd non.
Expensas procurator, & gestor repetunt retinendo. eo. tit. uer. item quod uult. & s. eo. uer. iij.
Expensarum factarum per syndicum solutio facta per uniuersitatem an inducat ratificationem gestorum. in Spec. de syndico. uer. sed pone.
Expensas repetit is, qui negotia gessit utiliter pro alio. in Spe. de salario. §. iiij.
Expensæ pro fructibus percipiendis & conseruandis, deducuntur à possessore quolibet: & quid, si excedant fructus. in Spec. de expen. §. j. uer. & hæ expensæ. & seq. & suprà.
Expensæ factæ pro custodia rei datæ in tenutam ad quem spectent. eo. §. uer. & no. & sequ. de pri. & sec. decre. §. v. uersic. quid si.
Expensæ per gestorem, uel socium factæ qualiter repetantur. in Spec. de iudi. §. ij. per totum.
Expensæ per nuncium factę missum ad exercitum an repetantur. Item,
Expensæ factæ per mandatarium, finito mandato repetuntur à mandatore. eod. titulo. §. vj. uersic. similis.
Expensæ in re commodata factæ, quæ spectent ad commodantem, & quæ ad commodatarium. & quòd
Expensarum causa potest res commodata retineri. in Spec. de commodato. §. ij.
Expensarum in rem repetitio quando competat, supple j. uer. Possessor impedit. per discursum.

Expensarum litis petitio qualiter fiat, & quomodo formetur libellus. Item,
Expensarum fiendarum in iudicio qualiter fiat protestatio. in Spec. de commoda. §. ij. & tit. de deposito. in prin.
Expensas non potest petere is, cuius interest, aduersarium nō fuisse præsentem. in Spec. de expen. §. vj. ad fi.
Expensæ quandoque petuntur condictione ex l. eum, quem temerè, de iudi. uel ex l. non ignorat. C. de fru. & li. expen. in Spe. de dolo. §. fi. uer. uerum. quandoque actione in factum, descendente ex edicto prætoris. de bo. auth. iu. pos. in Spec. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. uer. si autem.
Expensæ iudicis officio expediuntur. in Spec. de of. om. iud. §. vij. iuxta fi.
Expensæ non petitæ in causa principali an possint peti in causa appellationis. in Spe. de teste. §. viij. uer. illud autem. in fi. quòd sic. & ibi dicit esse nouum articulum.
Expensæ dicuntur petitæ, etiamsi in libello dictum est, Peto sententiam pro me ferri. Bal. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi.
Expensæ qualiter petantur. in Specul. de peti. sententiæ. in fin. tit. de dispu. & allega. §. iij. uer. pe. & §. iiij. uer. sic igitur expensas.
Expensarum petitio si sit omissa, an possit iudex supplere in causa ciuili uel criminali, & usque ad quod tempus. eod. tit. §. fin. uer. quid si de fructibus.
10 Expensæ petitæ à parte, & à iudice omissæ, an à iudice petantur. in Specul. de app. §. ij. uer. xxxiiij. & seq. & infrà eod. uer. xxxvj.
Expensæ extraiudiciales qualiter petantur. in Spec. de expen. §. j. uer. & nota.
Expensæ peti possunt per condictionem ex statuto, quòd uictus uictori condemnetur in expensis. Bart. in l. non solùm. de rei uen. & j. eo. uer. xxxj.
Expensis petentis consilium sapientis haberi debet consiliū. s. uer. Consilium sapientis. uer. xxx.
Expensæ in libello peti possunt. Iac. de Ra. & Alb. de Rosa. in l. nouissimæ. §. Pomponius. quod falso tu. au. Barth. Cep. in l. mulieris. §. res abesse. de uerbor. sig. ij. col.
Cautela est, quòd in libello pars petat expensas factas, & fiendas in futurum, & admittitur hæc petitio incerta. Et quæ ex hoc resultet utilitas, ponit Panor. in c. auditis. co. fi. de pecur.

Expensas repetit agens nomine alieno, si obtinet, non si succumbit. l. ex parte. §. respondi. & ibi Bar. ff. fami. ercis. & j. eo. uer. xxxiij. nec si malam causam agit. in Spec. de dona. inter uirum. §. fi. uer. illud.
Expensæ in causa seruitutis communis factæ per unum sociū, repetuntur actione negotiorum gestorum. l. qui aliena. §. fi. & ibi Bar. ff. de neg. gest. l. ex parte. ff. fa. erci. Quod uerum, si in causa propria non expendisset tantum: ut ibi per Bartol. quem uide in d. l. ex parte. §. respondi.
Expensæ in honoribus factæ repetuntur actione negotiorum gestorum. l. quæ utiliter. & ibi Bar. de neg. gestis.
Expensæ litis an compensentur cum fructibus. l. j. & ibi doc. & Bal. C. de bo. mater.
Expensæ promissæ quandocunque peti possunt. doc. & Bal. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen.
Expensarum appellatione damna non continentur. Bald. in l. terminato. ulti. col. C. de fruc. & lit. expen. Vide Bar. in l. j. & iij. de alie. iudi. mu. cau. fac. Pet. de Sun. in l. eum, quem temerè. de iudi. c. in nostra. de iniur. & dam. da. & suprà, uer. Damnum. el j. uer. j. Item uide omnino Alex. in l. j. §. fi. ff. si quis ius di. non obtemp.
20 Expensarum omnium, & singularum appellatione ueniunt legitimæ & iustæ, & moderatæ. Ang. in in auth. de colla. dot. uersi. oportet autem. & gl. in l. Iberus. de serui. ur. prædi.
Expensarum appellatione non comprehenditur precium rei. Bar. in d. l. terminato. tex. Bar. & doc. in l. quibus. §. fin. ff. de condi. & demon. per Bar. post Bal. in rub. C. de uerb. sig.
Expensæ possunt per iudicem peti à parte, quam iudex omisit condemnare, quia fecit litem suam. Bal. in addi. Spec. de expen. uer. possunt. & ibi Spec. uersi. nunc uidendum. §. illud. Sed tenet Bald. in l. sancimus. & ibi docto. C. de iudi. per l. mancipia. C. de ser. fu. secundum dom. Phil. Fran. in c. sæpe. uer. ult. quæritur. de app. Vide Bal. in §. proficisci. xxij. q. de offi. procon. & lega. & infrà, Expensarum condemnatio. uersic. xliij.
Expensæ quę petuntur ex lege, uel canone, peti possunt, etiam post sententiam. Innoc. in c. ex parte. de rescriptis. & Bal. in Mar. uer. Expensæ. uer. j.
Expensæ litis, & uictus, debentur monacho litiganti cum abbate, & peti possunt ab eo. glo. in l. fin. C. de ordi. cog. & Pet. de Su. in l. uix certis. ff. de iudi. & j. Expensarum condemnatio. uersic. xcix.
Expensarum exceptio post sententiam an opponatur. s. uerb. Exceptio quando. uersi. xxv.
Expensæ promissæ petuntur tantùm iustæ & moderatæ. gl. & Ang. in auth. de iudi. §. oportet. colla. vj.
Expensæ peti non possunt, quando iudex in sententia omisit de eis. Bar. in l. à diuo. §. sententiam. de re iudi. docto. & Pet. de Sun. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Sed Bal. contrà sentit in l. sancimus. j. & ult. col. C. de iudi. Quod uerum est, nisi ex forma statuti caueatur, quòd uictus uictori condemnetur in expensis: quia tunc peti possunt condictione ex statuto, licet de eis non sit facta mentio in sententia. Bar. in l. non solùm. de rei uen. & in l. iij. §. si rem. de lega. iij. Ang. & Pe. de Su. in d. l. terminato. Lanfran. in c. quoniam cōtra. uer. Expensæ de proba. Ang. in auth. de exhiben. re. in prin. & Bal. in l. generaliter. j. col. C. de epi. & cle.
Expensæ quas litigans aduocatus in causa propria fecisset in alio aduocato, non possunt peti. gl. Bar. & doct. in l. fin. C. de fruct. & li. expen. & Bart. in l. fin. C. sent. rescin. non poss. Quod uerum est, nisi uictus teneretur ad expensas litis, & propter litem, quia tunc repetuntur. Bal. in d. l. fi. & ibi Ang. & Pet. de Sun. & Bar. in l. si stipulatus es. & ibi per Alexand. de fideicom. & in l. quod si domum in fi. & ibi Rapha. ff. locati. Dy. in l. pe. §. fi. de lega. iij. Lanfran. ubi s.
30 Expensæ litis factæ per negotiorum gestorem, qui in lite succumbit, possunt repeti, si in prin. iudicium fuit utiliter inchoatum. gl. sing. in l. ex parte. in prin. fam. ercis. not. Nic. de Neap. in l. iij. §. sufficit. de contrario iudi. tut. Vide in l. etiam. & ibi Pet. & Bal. C. mandati.
Expensæ ante litis contestationem non reficiuntur. Inno. in c. sæpe. de app. contra gl. in c. finem litibus. de do. & contu. qui dicit, quòd iure actis tantùm. Sed uerius est dictum Innoc. secundum Ab. ibi. Vide Bar. in l. contumacia. §. j. de re iudi.

Expensæ ob contumaciam quando, & coram quo petantur.ĩ. uer.Expensæ ob contumaciam.per totum.

[E]xpensæ factæ ante productum mandatum non repetuntur: secundum Ang.in auth.de iud.§.oportet.in fi.col.vj.

Expensæ ob contumaciam an sint petendę, uel ueniant sine petitione.Bal.in l.sancimus.pe.col.C.de iud.

Expensarum probatio qualiter fiat, uide s̄. uerbo, Expensæ in personā.uersic.vij.xlviij.& seq. & uer.Expensę in rem.& dicetur ĩ.eo.per discursum.& Bar. in l.non ignorat.C.de fruct.& lit.expen. & in l. cùm seruus. de uerbo.obli.& Bald.in l.in restituenda. C.de peti.hære.& Fede.de Sen.consil.cxliiij.nulli dubium,&c.

Expensæ an probentur simplici uerbo creditoris, si sit promissum & conuentum sic probari.in Specu. de proba.§.iij.uer. quid si ibi.& s̄.uer.Clausula, Promittens, in clausulis Contractuum.& ĩ.uer.Expensarum condemnatio.

Expensarum dubium quam dilationem desideret. in Spec. de rela.§.ij.in fi.& §.iij.in fi.

Expensæ iudiciales, uel extra, qualiter probentur.in Specu.de expen.§.vj.uersic.& ut.Item iuramento:in Spec.de off.om. iud.§.vj.uersic.post litis contesta.

Expensas esse factas, probari debet.l.fin.§.in computatione.& ibi Bal.C.de iure deli.& qualiter per testes.in Spec.de teste. §.vj.uer.qualiter.

Expensæ probātur etiam oculata fide.Bal.in l.j.ad fi. C.de fru. & lit.expen.

Expensæ si non sunt liquidæ, potest iudex condemnare, reseruata sibi taxatione.Innoc.in c.auditis.de procur. & Bald.in Marg.uer.expensæ.uer.ij.

Expensarum condemnatio fieri potest cōtra corrigentem suum errorem.Bart.in l.rura.in fi.C. de om.agro deser.lib.xj.

† Expensarum cōdemnatio potest fieri, ubicunq; potest procedi contra absentem contumacem. Ita sentit Fre.de Senis consil.cxlvij. Quod non est uerum indistinctè: quia cōdemnatio expensarum fit ratione interesse partis.l. sancimus.C. de iud. sed nullum interesse potest pars præsens prætēdere, si procedatur contra absentem: ergo non debet habere locū cōdemnatio expensarū, sed potest fieri condemnatio expensarum in fine causæ: quia uictus uictori,&c. Tu uide pro hac materia c.j.de elect.lib.vj.in fi.ubi per Ioan. And. in Nouel. Abb.in c.sæpe contingit.in vij.col.in gl.fin.de appel.& plenius per eundem.in c.fi.de dolo & contu.& in c. Nicolao.in iij.col.de appel.

Expensæ in remittendo ad principem pertinent ad petentem se remitti, & ille condemnari debet. Bald. in l.generaliter.§. his de præsentibus.C.de reb.cred.

Expensæ in causa criminali sunt reficiendę accusato absoluto, ab accusatore.Bart.in l.cùm satis. C.de agric.& cen.lib.xj.& in l.non ignorat.C.de fru.& lit.exp.ubi doct.& Pet.de Sun. & Bar.in l.j.ad Turpil.in l.si postulaueris.§.fi.ff.de adul.& in l.fi.C.de fruct.& lit.expen.Bal.in auth.generaliter. de episc. & ele.Lanfr.c.quoniam contra.de proba. in uer.expensæ.& ĩ.eo.uer.xxij.

† Adde hîc, quòd dominus habens iurisdictionem, tenetur facere expensas, quæ fiunt in prosequutione delinquentis: ut tenet Henric. Boich in c.ad aures.de simo.nisi sint expensæ, quæ fiunt in accusando delinquentem: ut est singularis decisio Tholosana, quæst.xlj.

Expensas debet reficere litigans, qui cedit liti.ĩ.uerb.Litigans. uer.ix.no.in l.postquam liti.& ibi doct.C.de pactis.

Expensarum condemnatio fieri potest contra pupillum, licet contra tutorem temerè litigantem etiam fieri possit.l.qui solidum.§.etiam.de leg.ij.l.non est ignotū.C.de admi.tu.Bar. in l.j.§.si procurator.in fi.ff.si quis ius di.non ob.dicit, quòd si condemnatur pupillus, liberatur cedendo actionem contra tutorem.& ĩ.eo.uer.lxxxv.Vide Bar.in l.edita.ad fi.C.de eden.& in Spec.de expen.§.iiij.

Expensarum condemnatio an fieri debeat cōtra opponentem exceptionem excommunicationis in fine causæ.s̄.uer.Exceptio excommunicationis.uersic.xxxij.& xxxvij.

† Expensas ambarum instantiarum an debeat succumbens in causa appellationis, qui tamen obtinuit in prima instantia. in deci.Tholosa.ccxxij.

Expensarum condemnatio fieri potest parte nōn citata, in causa appellationis, si tamen fuit contumax in causa principali. Innoc.in c.calumnia.de pœnis.& Bald.in Marg.uer.Sententia.uer.xiij.

Expensarum condemnatio lata per iudicem appellationis interpositæ ab interlocutoria, mandatur executioni per primum iudicem.Bal.in addi.Spec.de execu.sent.uer.Sententia expensarum.

Expensarum condemnatio fieri debet contra opponentem cōtra personas testium, & non probantem, licet iurauerit se dolo non opposuisse.Abb.post But. in c.præsentium.in fin.de testibus.

Expensæ refici debent depositario petenti depositum recipi.s̄. uerb.Depositarius.

10 Expensarum condemnatio non fit, quando quis succumbit in interlocutoria ante litis contestationem, uel pòst.Bart.in l.sancimus.in prin.C.de iud.& ĩ.eo.uer.xlv.

Expensarum in recolligendis instrumētis, uel productione testium factarum condemnatio an fiat.s̄.uer.Expensæ in rem. uer.xviij.& uerbo, Expensæ in personam.uer.xxxviij.

Expensæ ueniunt, quando quis opponit dilatorias, & nō probat. Quod est uerum indistinctè. Item quando opponitur peremptoria ex causa iniusta: aliàs secus. Bal. in addi. Spec. uer.de expen.uer.ij.& in Spec.uer. nunc de hoc etiam scias. & tit.de sententia.uer.sed an succumbens.

† Expensarum cōdemnatio an habeat locum in proponente dilatorias, & an excusetur per iuramentum calumniæ, & an habeat locum in causa criminali, & an procedat in causa appellationis: & qualiter expensæ petantur, & quo iure petantur, & usq; ad quod tempus peti possunt, & qualiter probentur, uide plenè per Abb.in c.finem litibus.de dolo & contu. in ix.col.& in x.& uide eundem.in c.calumniam. de pœnis.

† In expensis, quę fiunt ratione cōtumacię, non solùm ueniūt expensæ factæ in lite, sed etiam ueniunt damna illata in rebus, quæ diminuūt dominium, uel patrimonium & damna lucri cessantis: ut quia propter litis assistentiam oportuit dimittere terras incultas: uel erat artifex, qui perdidit lucrum artis: ut not. Cy.in l.sancimus.C. de iud.& Paul.& Ang.in c. finem litibus.de do.& contu.in vj.col.uer.ulterius. & quintò in expēsis ratione retardati processus, ut quia propter dolum partis lis est ultra modum protracta. per l.non ignorat. C.de fruct.& lit.expensis.& Bart. in l.j.ff.de alie.mutan.iud. cau.fac.& in d.l.sancimus.C.de iud.ubi de hoc. In expensis autem, quæ fiunt ratione uictoriæ, quæ præstantur in fine litis, non ueniunt damna: ut gl.& Bart.in d.l.j.nisi sint damna personalia, ut quia propter assistentiam litis nō potuit exercere artem suam: nam ista damna nō sunt extranea à lite.no. Spec.in tit.de expensis.§.fi.uer.quid si uictor.Abb.in d.c.finem litibus.de dolo.& contuma.in vj.col.

† Expensas itineris repetere non potest suscipiens sponte negotium, si absentat se de certo loco principaliter pro negocijs suis, licet in consequentiam tractet negotia domini, nisi quas fecerit pro negotio sibi iniuncto: ut in d.c.cùm pro causa.de procur.& ibi per doct.

† Expensas factas per procuratorem, qui incidit in latrones, dum iret in facto domini, uel si ab eis fuit derobatus, uel infirmitate depressus, non potest procurator repetere. l. inter causas.§.non omnia.ff.man. quia est ratio, quia hæ expensæ sunt extrinsecæ à mandato, & fortius sunt imputandæ casui fortuito. Secus in duobus socijs: quia unus imputat alteri damna, quæ fuit passus ratione societatis: ut in l.cum duob. §.quidem.ff.pro socio.do.Abb.in d.c.cùm pro causa.

Expensarum condemnatio nō retractatur per appellationem, nisi excedatur modus.Bal.in Spec.uer.à condemnatione.& ibi Spec.uer.nec est obiectus.

Expensarum condemnatio an fiat hincinde, quando quis uicit in uno, & succumbit in alio.Abb.in d.c.finem.uer.sed circa hoc dicit, quòd si appellatus succumbat in parte, quando articuli sunt separati, fit compensatio: sed si unius tantùm, fit condemnatio rei, quod actor non tenebatur distinguere, sed in casu principali fiet compensatio, nisi reus iustè litigauerit super toto. Sed uide omnino. Alex.in l.qui Romæ.§. duo fratres.xiiij.col.de uer.obl.& in Sp.de expen.§.nunc uidendū.in prin.& uer.q̄d de appellato.& uer.fi. Vide Bal.in l.

 terminato.

terminato.de fruct.& li.exp.& in auth.generaliter.vj.col.C. de episc.& cle.& in l.eos.§.cautione.ad fi.C.de appel.ubi dicit,quòd si quis uicit in uno capitulo separato, & in alio uincitur,debet condemnari uictus uictori:sed in connexis debet inspici quis habet sententiam pro se, & ille dicitur uictor, alter uictus,qui debet in expensis condemnari.Bar.in auth. nouo iure.C.de iud.dicit fiendam cōpensationem, si uterq; habuit causam iustā,uel si quilibet obtinuit in dimidia. Bar. in l.si legatario.§.cum his.de fideicō.li.dicit,quòd tunc malè facit iudex,qui dicit,Et uictum uictori condemno in expensis.Vide Lanfr.in c.quoniā contra.uer.expensæ.de proba.& ī.eo.Adde,quòd si peto uiginti, & obtineo in quindecim,si iudex dicit, Et uictum uictori in expensis cōdemno, non tenet condemnatio tanquam incerta.Secus,si dicit,Victos uictoribus,&c.Bar.in l.si legatario.§. fi.ff. de fideicom. li.& Mat.Mathe.in no.uer.iiij.

Expensarum non liquidarum condemnatio fieri potest,reseruata taxatione.Innoc.in c.auditis.de proc.Bal.in Mar.uerb. Expensæ.uer.ij.

† Expensarum cōdemnatio non præcedente taxatione,an sit nulla.uide Fel.in c.significauerunt.ante medium.vj.col.ibi, & hæc uerba.de exce.]

Expensarum condemnatio potest reuocari quandocunq;ante diffinitiuam,tanquā interlocutoria.Inno.in c.sacro.de sent. excom.Innoc.in c.fin.de do.& cont.Phil.in c.cùm cessante. xj.limitatione,de appel.

Expensarum condemnatio an fiat,quando iudex à quo reuocat grauamen,ut tollatur appellatio.s̄.Appellatus.uer.xxv.

Expensarum cōdemnatio contra uictum pro uictore fieri debet.in Sp.de dona.inter uirum.§. fi.& tit.de expen.c. finem. de do.& cōtum.l.properādum.§.fin autem.C.de iud.Quod uerum,nisi in criminalibus.l.nō ignorat. de fructibus & lit. expen.nisi propter desistentiam à lite.lege tertia.C.qui accusa.nō poss.doct.& Pet.de Sun.in l.fi.de fructib.& lit. expen. & s̄.eo.uersic.iiij.Item nisi uictus habuerit iustam causam litigandi.l.iij.§.si rem.de legat.iij.& ibi doct. Bart. in l.qui solidum.§.etiam.de legatis ij.& in l.properandū.§. fin autem. & ibi Bald.de iud.& Bal.in auth.generaliter.de episcopis & clericis.& per Bar.in l.si quis inficiatus.ff.depo. utputa,si habuit uictus pro se opinionem doctoris unius,secundū doct. in c.ut debitus.de appel.Card.in cle.ij.de mag. in d.auth.generaliter.& Bart.in l.bonorum. ff. de bono. pos.& omnino per Alex.in l.iuris.C.qui admitti. nisi talis opinio sit reprobata:quia à communi opinione non debet recedi tam in cōsulendo,quàm in iudicando,secundum Phil.in d.c. ut debitus.& Card.in clem.ij.in prin.de elect.& in c.finem de do.& contu.uel si sint uariæ opiniones doctorum hincinde.l.ij.& iij.ff.de cond.ind.per Bart.in d.l.si quis inficiatus. & Ang.in l.destitisse.de iud.uel quia credidit iurisperitis & aduocatis. in Spec.de expensis.§.nunc uidendum.post prin.& ibi Bal. in addi.uer.dicitur.& Bart.in l.bonorū.Sed Alex.post Ang. in l.iuris.C.qui admitti.reprobat,scilicet quòd non excusetur ab expensis,si concilium est præstitum super eo, in quo est præstitum patrocinium:aliàs sic. Vel si uictus ante litem motam habuit in fauorem suum consilia sigillata à doctoribus,& tamen succubuit.Bald.in d.auth. generaliter. not. in l.j.C.de pœna teme. liti. Vel si sit probatū per unum testem cum iuramento partis in supplementum probationis: quia tunc non potest reus uictus condemnari in expensis. Bald. in auth.generaliter.& Lanfr.ubi s̄.& per Alex. consil.cxxij. ij.parte.licet secus sit,si ipse actor habuit pro se semiplenam tantùm probationem,puta unum testem,& succubuit: quia scire debuit,sibi non sufficere, unde debet in expensis condemnari:quia probatio semiplena non excusat ab expensis, secundum Bald.not.in l.ij.in fin.C.de episc.aud. Sed in hoc uidetur contrarium tenere.Ioan.And.in c.finem litib.de dolo & contum.& ibi Ant.de But. uer. uenio ad tertium.dum dicunt, quòd iusta causa litigandi, quo ad excusandum ab expensis,dicetur,quando probatum est, licet minus plenè, de iustitia & iure succumbentis, utputa semiplenè, uel per unum testem, secundum eos. & Alex.consil.xcvj.iiij.parte. uide Bald.in l.qui non probasse.C.de calumn.& d.auth.generaliter.v.col.& quod per Bart. in l.j. in prin. uer. ulterius. ff.ad Turpil. Vel si litigauit ob pudorem suum conseruandum.l.quę omnia.§.j.& ibi Bar.ff.de procur. ubi dicit,quòd est iusta causa litigandi.Vel si probauit per testes, qui postea reprobantur, tanquam infames, uel alia ratione. Bald. in auth.generaliter.iiij.colum. Vel si uictus est cōsanguineus, quia in expensis non condemnetur.Hostien.singulariter,& Ioan.de Imol.in d.c.finem.de dol.& contumac. Secus,si iurauit,quia iuramentum non excusat ab expensis. Bart.in l.j. §.hanc actionem.ff.si mu.uen.no.Et prædicta de causa iusta uera sunt, nisi statutum dicat, quòd uictus uictori condemnetur in expensis: quia intelligitur, etiamsi iustam habuit causam litigandi, ut aliquid operetur, secundum Bald. in l. terminato.ult.col. de fruct. & litis expen. sed non firmat. & est argumentum in l.j.§.nunciatio.de oper.no.nun. facit gl. in l.iiij.§.si rem.de lega.iij.& in auth.de exhiben.re.§.j.& ibi Ang.& Pet.de Sun.& Ang.in l.non solùm. & ibi Alex.de rei uen.& Barth.Cæpo.in sing.uer.cxxv.Sed dictum Bald.non sequitur Abbas in c.calumnia.in repe. & ibi Maria. Soci. de pœnis.Lud.de Interanen.in l.eum quem temerè. de iudi.in repe. ubi dicit, quòd non est peccare in Spiritum sanctum, tenere dictum statutum intelligi secundum ius commune. Et ita uidi semper practicari.Hoc tamen statutum operatur condictionem ex ipso statuto ad expensas, secundum Bart. in d.l.iij.§.si rem.& Alex.omnino post Bart.in d.l.nō solùm. Item prædicta uera sunt,nisi expensę fuerint promissæ:quia debentur,etiamsi uictus habuit iustam causam litigandi. gl. & Ang.in §.oportet.in auth.de iud.& Bald.post gloss. in d.l. iiij.§.si rem.Ang.in d.l.non solùm.& Barth. Cæpo. ubi s̄. & Alexan.consil.xxxij.in fi.iiij.parte.& in l.j.in prin. ad Turp. & in §.duo fratres.vj.col.de uerb.oblig. & Bald. in l.properandum.§.fin autem alterutra.C.de iudic. Quod est uerum, nisi uolens recuperare expensas sibi promissas fuerit in culpa; quia fortè emptor, cui uenditor promisit reficere sumptus litis in causa euictionis,nō petijt euincentem in expensis condemnari,& sic fuit in culpa,sicq; sibi imputet:& tunc non recuperat à uenditore promittente, quos non recuperauit ab euincente uicto.Paul.de Castr. sing. & Alexan.in l. uenditores.de uerb.oblig.& suprà,uer.Emptor. Item quòd debentur etiam post sententiam.doct.& Pet.de Sun. in d.l. terminato.& Bart.in d.l.non solùm.& ibi omnino per Alex. quòd omissæ in sententia possunt peti post condictionem ex statuto.& suprà eod.uer.xv.& xxxj. Item prædicta uera in expensis, non autem in sportulis, quæ de consuetudine reficiuntur,non obstante iusta causa litigandi. Bald.in l.fin. C.de fruct.& lit.expen.licet de iure contrarium sit, per glos. not.Instit.de act.§.tripli.

† Adde hîc in fine,quòd licet in expensis debeat condemnari uictus uictori,ut in c.calumniam.de pœn.& in l. sancimus. C.de iud.& in l.properandum.§.fin autem alterutra.C.eod. tamen si statutum dictaret,uictum uictori in expensis condemnari,habebit locum etiam in habente iustam causam litigandi:licet secus sit de iure communi. Et hoc, ut statutum aliquid addat iuri cōmuni.Ita sing. dicit Bart.in l.iij.§.si rem. ff.de leg.iij.quam opi.Bar.in d.§.si rem.expressè tenet Ang. in auth.de exhib.re.in prin.ad hoc ponderans gl. ibi,in uerbo,causam,quam dicit sing.notandam.Et idem not. Ang.in l.non solùm.ff.de rei uen.Facit quod uoluit Bart. in l. iiij. §. prætor.in uer. quæro quid si statuto.ff.de dam.infect. & in l. ij.ff.de usucap.licet contrarium sentiat.Bald.in l.terminato. ad fi.C.de fruct.& litis expen.& in l.eos.§.in cautione.C.de appel.in fi.pe.col.ubi pro hoc allegat not.per glo. in §.tripli. Instit.de act.Bene facit quod not. gloss. in auth.generaliter. C.de episc.& cle.in uerbo,iniustè. ubi notatur, an statutum debeat interpretari secundum ius commune. Hîc non examino: dicam plenè ī.in uerbo, Statutū. Teneas tamen, quòd si statutum disponat uictum uictori,&c. quòd habebit locū etiā in habente iustam causam litigandi. Et dicitur iusta causa,quando quis habet pro se opiniones doctorum. Ita dicit Pet.de Anch.in cle.ne Romani.post antiquos. de elect. uel cōsilia doc.per l.in bonorum.& ibi no. Bar.ff.de bon.pos.ti. generali.& Mod.in d.§.fin autem.Limita ut per Bart. & plenius per Bal.in l.iuris.in ij.q.C.qui admit.& ibi Bald. quòd nō sufficit cōsilium unius periti, sed requirūtur duo, si haberi possunt: ut in auth.de non alienan. §. quod autem. & per Bart.in proœ.ff.in fi.prin.& in l.j.§.fi.ff.de uerb.oblig. & ibi Mod.

Mod.doct.& Abb.in c.proposuisti.de proba. Item ubi opiniones aliquorum doct.essent pro una parte. Io.And.in c.ut debitus.de appell.Pro quo uide ibi gl. in uerbo,rationabili. & Spec.in tit.de expen.§. non uidendum.in j.col. & Io.An. in c.j.de postu.præla.in prin.in Nouella. Bal.in d.auth.generaliter.Imol.in l.qui ante Calendas.de uerb.obl. Limita,nisi cōmunis opinio esset in cōtrariū.do.Ant.in c.finem litibus. de dolo & contu.Item iusta causa præsumitur in eo, qui habet semiplenam probationem. Ant.& Pet.de Anch.in d.c.finem litibus.Bal.in l.qui nō probasse.C.de calum.& in l.j.C. de aduo.diuer.iud.Item si aliter de bo.fid.litig.constat:quia succumbēs est religiosa persona.Host.& Io.An.in d.c.finem litib.An.& Pet. in c.ij.de noui ope.nunc. Facit quod uoluit An.in c.postremò.de appel.& Ang.in l.si à bonæ fidei.ff. de rei uen.Innoc.& doct.in c.nisi essent.de præb. Item ille, qui probauit per testes, qui postea fuerunt reprobati respectu personæ.Ita no.Bal.in d.auth.generaliter.Et limita prout dicunt Moder.in d.l.properandū.§.sin autem. ubi etiā per do. Alex.de Imo.& per do.Bar.in d.c.finē litib.in apostillis suis.

20 Expensarum condemnatoria habet uim interlocutoriæ, & ferri potest etiam in uoce.Bal.& doct.in l.patris & filij. in fi. de uul.& pu. Quod uerum,scilicet eadē die, qua fuit lata sententia super principali negotio in scriptis. Io.de Imol.ubi supra,post gl.& Bar.in l.j & ij.ff.de appel.& j.

Expensarum condemnatio fieri debet etiam contra uictum in uno capitulo tantùm.Bal.in l.sancimus.j.col.C. de iud. Sed Bart.contrà in l.qui solidum.in prin.de lega.ij. ubi dicit conuentum ad plus debito habere iustam causam litigādi super toto,& in expensis cōdemnari non posse. Innoc. d.c. finem. dicit actorem,licet uincat in parte tantùm, id est, in quinq;, licet petierit decem,posse cōdemnari in expensis, per c.j.de plus pe. Imo ibi dicit uerū,etiamsi in causa principali obtinuit in decem,sed in causa appellationis in quinq;. & j.eod. Adde Fel.in c.significauerunt.in iiij.col.de excep. & in c.ad audientiam.el ij.in xij.col.uersic.cogitabam etiam.de rescr.

Expensæ per iudicem an reficiantur inquisito absoluto. Bal.& Cyn.in d.l.sancimus.ult.col.in d.auth.generaliter. pe.col.& in l.obseruare.§.proficisci.xv. q.de off.procon.& lega.Lanf. in c.quoniam contra.uer.expensæ. in fin. de proba.Card.in cle.sæpe.§.fi.vij.q.de uerbo.sig.& probatur.xxiij.q.ij.dominus.iij.q.viij.qui sine.xxiij.quæst. v. administratores. auth. ut diffi.iud.§.fi.de re iud.c.cùm æterni.in vj.per Ant. de Bu. post gl.in d.c.dilecti.de dolo & contu. scilicet an habeat locum condemnatio expensarum, quando iudex procedit ex officio.& Alex.in l.j.ad Turpil.

Expensarū condemnatio fieri non debet contra reum,qui confessus est debitū in j.responsione.auth.contra qui.& ibi Bal. l.fi.C.de non nu.pecu.

Expensarum condemnatio fieri debet contra actorē, qui temerè uenit ad iudicium,ignarus omnium, quæ scire debuit,& inuestigare quæ deducta sunt postea in iudicio. Bald.in d.l. properandum.§.sin autem.& Bart. in l.eum.quem temerè. de iud.& in l.qui in alterius.& ibi Bar.ff.de reg.iur. & sentit Bar.in l.nō solùm.§.morte.de oper.no.nun.& j.eo.uer.lvij.

Expensas an reficiat,qui liti renunciat. infrà uer. Renuncians. uersic.xxx.

Expensas reficere debet qui interrogatus de titulo noluit titulum allegare,sed post litem contestatam allegauit,& probauit,& sic litem protelauit.Bald.not.in l.cogi.pen.col.in uer. sed ulterius quæro.C.de peti.hære.& j. uer.Titulus. uer.ix. Adde s.uer.Exceptio excommunicationis.uer.xxxvij.quia sibi imputet,quare se arctauit in fine termini.c.consuluit.de off. deleg. Item expensas debet reficere, qui citatus pluries comparuit in ultimo termino.s.uer.Citatus.uer.cxvij.

Expensæ attentatorum possunt taxari ante sententiam in principali ferendam.do.de Rot.decis.xcix.in nouis.

Expensarum condemnatio fieri debet contra actorem in iudicio nō comparentem,absoluto reo ab obseruatione iudicij. Ro.in decis.lxxij.actore.in nouis.

Expensarum condemnatio non fit,cùm quis transit de petitorio ad possessorium.Car.in cle.j.xv.q.de causa possess.

Expensarū condemnatio an fiat in criminalibus, quando procedit ad denuncian.Bald.in l.sancimus.xij.q.C.de iudi.† Et per Fel.in c.accedens.de accus.in iij.col.

Expensarum condemnatio an fiat,si quis habet iustam causam litigandi super tota causa,sed habet iniustam super una exceptione.per Io.And.c.ut præteritæ.de electio. & per Bart.in l.non ignorat.C.de fruct.& lit.expen.

† Expensarum cōdemnatio an euitetur, ubi est opinio unius notabilis doctoris:uide do.Pet.Philip.Cor.in consi.clxxxj. inci.Visa.in litera M.in iij.parte. De quo etiam per Feli.in c. super his.in fi.ult.col.de accus.]

Expensarum condemnatio fit,etiamsi uictus iurauit de calumnia.Io.de Imol.in c.finem.de dolo & contu. Bart.in l.j.§.j.ff. ad Turpil.& in d.l. qui solidum.§.etiam.in l.eum,quem temerè.& ibi Pet.de Sun.& in d.l. properandum. §.sin autem utraq;.ubi omnino uide Bar. & Bald.in d.auth. generaliter. & Ang.in auth.de iud.§.oportet.Lanfr.in d.c.quoniam contra.& j.uer.Iuramentum calumniæ.uersic.50.

† Expensarū condemnationem an iudex sibi reseruare possit, uide Car. Zabarel.in c.j.uer. quęro,an iudex.de sequest.pos. & latè Panor.ibi in v.col.uer.primò enim expediam. †

Expensæ per uictorem factæ ante legitimationē personæ procuratoris sui,non reficiuntur.Ang.in d.§.oportet.

Expensæ per minorem uictum in iudicio an reficiantur. Ang. in d. §.oportet. & j.eo.uersic.xlvj.

Expensarum condemnatio non potest per iudicem reseruari, sicut nec petitio,sed taxatio sic.gl.doct.& Bar.in l.terminato.& Bald.in d.auth.generaliter.& in addi. Spec.de sententia.uer.iudex potest sibi. Odof.in Summa,de libel.ti.de fruc. & expen.in Spec.de alleg.& dispu. & Bart.in l. Paulus.de re iud.& in d.l.si tertius.§.officium.de aqua.plu.arcen. & in l.si unus.fa.erc.post glo. & ibi Alex.in l.ab executore.de appel.

† Et per Fel.in c.significauerunt.de excep.in vj.col.]

Expensarum cōdemnatio an per arbitrū fiat. Lanfr.in tract.de arbitris.vij.parte.xxvj.q.doct.& Pet.de Sun.in l.non distinguem9.§.de offic.de arbitr.& s. uer. Arbiter.uer.lxvj.& seq. & cxx.Ang.in l.si uacantia.C.de bo.uacan.lib.x.& Innoc.in c.ex parte.de arbitr.in Spec.de arbitr.§.fi.uer. sed cùm.& ti. de expensis.§.quartò nota.

Expensas non reficit qui impetrat absolutionem, siue sibi concedatur,siue nō.Bart.singulariter in l.j.uersi.iuxta hoc quæro.ff.ad Turpil.

Expensarum absolutoria non ualet, nisi causa inserta, scilicet propter iustam causam litigandi.in auth. pòst iusiurandum. C.de iud.& ibi Bald.

Expensas debet reficere etiam procurator sine mandato.Bald. in l.j.pe.col.de procur.

Expensarum condemnatio non fit, quando iudex appellationis rescindit primam sententiam in parte,& in parte confirmat:quia utraq; pars est in pari causa.Bal. in l.eos.§. cautione.C.de appel.& s.eo.uer.xv.

Expensarum condemnatio non fit,quando quis succumbit in articulo iuris,super quo iudex pronūciauit:quia potuit expediri uno momento per iudicem sine sumptu. Bald. in l.fi. C.quando prouo.non est necess. Cyn. in l. Polla. C. de his, quib.ut indig.

Expensarum condemnatio,si sit omissa per iudicem, an retractetur per appellationem.Cy.Bart & Bald.in l.fi.C.quando prouo.nō est nec.Pet.de Sun.in l.in bonæ. C. de usur.Lanf. in c.quoniam contra.uer.Expensæ.uer.sed iuxta. de proba. quòd sic,si uictus nō appellat:aliàs secus.Bal.contrà in add. Spec.de appel.§.ab omissa.& ibi Spe.§.ij.uer. xxxiiij. & seq. Rot.in decis.ccclvij.si auditor.in nouis. tenet indistinctè appellari. Card.in cle. sæpe.§. fi.pe.q.de uer.sig.dicit,quòd l.fi. præalleg.habet locum,quando uictus appellat: tunc etiā uictor non appellat,sed sufficit,quòd inhereat appellationi uictæ.& iudex appellationis reformauit sentētiā : sed si uictus non appellet, potest uictor appellare ab omissa condemnatione expensarum. Quod etiam tenet Card.in d.c.Nicolao. † de appel.† Et per Fel.in c.significauerunt.de excep.]

Expensarum condemnatio quando sit fienda,uide latè & pulchrè Pet.de Anch.in lect.in c.finem litib.in pe.col. uer. tertiò quæro.de dolo & contu. & ibi subdit quæ expensæ ueniant in condemnatione.*

Expensarum condemnationem omittens iudex facit litem suam,si fuit petita.gl.Bar.Bal.& Pet.de Sun.in l.fin.quando prouoc.non est ne. Bart. in l. quarta. §. hoc autem. de dam. infect.&

infect.& in l.j.§.magistratibus.de magi. conue. & Bald.in l. sancimus.j.col.C.de iud. & in l.properandum. §. sin autem alterutra.eo.tit.gl.& Pe.de Sun.in l.nõ quicquid.§. si iudex. ff.eod.tit.& ibi Bart. quòd sic, si fuit petita condemnatio in libello:aliàs non tenetur iudex.& Nicol. de Neapol. in d.§. magistratib.& Bart.in d.§. sin autem alterutra. & per Spec. de appell.§.ij.uersic.xxxiiij.& seq.& de do. inter uirum.§.si. uersic.illud.

Expensarũ condemnatio omissa in causa principali, potest per iudicem appellationis fieri.Bal.& Pet. de Su.in l.fi.C.quando prouo.non est necess.& iudex eam omittens uidetur absoluere,secundum Bal.in auth.generaliter.de episc.& cle.

Expensę an ueniant,quando quis succubuit in interlocutoria. Cy.in l.Polla.de his,qui.ut indig.Bald.in d.l.fi. Bar.in l.sancimus.C.de iud.quòd sic.& in l. non ignorat. C.de fruct. & lit. expen. & Lanfr.in ca.quoniam contra. uer. expensæ. de prob. Quod uerum,etiamsi idẽ obtinuit in diffinitiua. Bart. & Alex.in l.si pignore.de pig.act.

Expensæ per minorem comparentem in iudicio, licet fuerit contumax,non reficiuntur.Bald.in l. fina. C.in quibus cau. in integ.rest.non est necess.per Bart.in l.si finita.§.si fortè.de dam.infect.& Alex.in l. de die.§. tutor. qui satisda. cog. & j. uerbo,Tenuta.

Expensæ non reficiuntur per reum conuentum ad plus debito offerentem partem confessatam,quia habuit iustam causam litigandi super toto, ratione partis indebitæ, nisi actor dicat se paratum recipere partem.Bart.in l. qui solidum. in prin.ff.de legat.ij.& in l.quidam æstimauerunt.si certum petat.& ibi Alex.post Paul.de Castr.ibi. & in l. si seruus.§.bonę.de cond.fur.Ioan.de Imol.& Alex.in l.j.§.si stipulanti.de uerbo.oblig.& Paul.de Castr.in l.diuus.ad legem Falcid.& ideo Alex.in d.l.quidam.dicit esse practicam, quòd quando reus confitetur partem,& partem negat,actor debeat acceptare partem cõfessatam:& tunc reus non habet iustam causam litigandi super tota:& tenetur reus offerre partem confessatam,aliàs erit in mora.d.l.qui solidũ.Secus, si actor non acceptat:ideo reus non esset in mora,licet non offerat.text. sing.in l.fideicommissi.in prin.de usuris.& Bar.in d.l.qui solidum.& Paul. de Castr. in d.l. quidam. & s̄.& uide omnino † Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres.xij.col.de uerb.obl. † Et ibi per do.Fran.Aret.]

Expensarum condemnatio fieri potest in principio, in medio, & in fine causæ.Innoc.in d.c.finem.de dolo & contu.& Bal. in Marg.uer. Condemnatio.uer.iiij.

Expensæ litis factæ per unum socium,uel fratrem, in causa cõmuni,an repetantur.s̄.uer.Expensarum petitio.uer.xix.

Expensæ quarum condemnatio est omissa, an repeti possint. s̄.uer.Expensarum petitio.uersic.xxxj.

Expensæ litis per negotiorum gestorem factæ, in qua succubuit,an petantur. s̄. uerb. Expensarum petitio. uer. xviij.& xxxiij.

Expensarum condemnatio fieri debet etiam contra hæredem eius,qui non habens iustam causam litigandi ueniebat condemnandus in expensis. Bald. in l. si pater. C.si pen.appell. mors interue.

Expensarum condemnatio non fit contra uictum, qui non potuit producere testes mortuos,uel absentes, qui ante recessum suum dixerunt se scire ueritatem.Bald.in d.l.non ignorat.de fru.& lit.expen.& Lanfr.in d.c.quoniam contra.uer. expensæ.uer.unum commemoro.

Expensæ reficiuntur etiam per uictorem temerè citantẽ.Bal. in d.l.non ignorat.& in d.l.sancimus.de iud. & Lanfr. ubi s̄. Item per eum,qui sine causa citat.Innoc. in c. si aduersarius. de eo,qui mit.in poss.causa rei ser.Bal.in Marg.uer. Causa.

Expensas non reficit reus,qui non fuit legitimè citatus. Inno. in d.c. si aduersarius. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. & Bald.in Marg.uerb. Citatio.uer.item.

Expensarum refectio non uenit, quando reuocatur missio ex rationabili causa.Innoc.in d.c.si aduersarius.Item nec quando pupillus citatur non legitimè, & est contumax. Bald. in Marg.uer. Missio.uer.antepen.

Expensæ reficiuntur per eum,qui cognita iniustitia causæ suæ ex attestationibus,uel instrumentis partis aduersæ, destitit à lite.l.destitisse.& ibi Bart.Ang.& doct.de iudic. Bart.in l.si quis inficiatur.in prin.ff.depositi. ubi etiã dicunt, quòd debet in expensis condemnari à tempore citationis,quo nouit se fouere causam iniustam, dummodò cognouerit ex probationibus aduersæ partis ualidioribus suis : non si ex suis, quas scire debuit ante litem motam,sibi nõ sufficere:ideoq; tunc debet condẽnari in expensis.Bar.in d.l. si quis.in prin. & in l.qui in alterius.de reg.iur.& per Bar.in l.properandũ. §.sin autem.C.de iud.& in l.j.in prin.ff.ad Turpil. Item prędicta uera in reo,nõ in actore,qui sibi imputet quare in principio nõ fecit diligentiam in inquirendo de iure suo.d.l.qui in alterius.& ibi Bart.qui tenet idem in l.nõ solùm.§.morte. de ope.no.nun.& s̄.eo.uer.xxiiij.

† Expensarum condemnatio si producto instrumento aduersarius perseueret in lite,& demùm succumbat, an fiet de omnibus expẽsis,an solùm de factis post productionem instrumenti,si eius uirtute succubuit:uide Fel.in c.exceptionem. pe.col.post prin.ibi:& tu sciens.de excep.]

Expensarum condemnatio debet fieri,ubicunq; pars succumbit ex facto proprio,in quo error non potest prætendi, siue simus in prima causa,siue in appellatione:nec etiam à pœna potest excusari prætextu ignorantiæ.l.magnam. C.de contrahen.& com.stip.Bal.in l.eos.§.cautione.C.de appel.

60 Expensarum condemnatio fieri potest etiam per iudicem incompetentem.Bar.in l.eum,quem temerè.de iud. gl.in c. series.de rescript.& in cle.j.eo.tit.

Expensarum condemnatio,etiam incerta, ualet. Innoc.in c.finem.de dolo & contu.& Lanfr.in d.c. quoniam contra.uer. expensæ.& j.uer.Sententia incerta.uersic.j. circa medium. ibi, item super expensis,&c.

Expensarum condemnatio,& refectio, est pœna respectu soluentis,sed est interesse respectu recipientis.no.in d.c.finem litibus.Vnde

Expensæ si non possunt solui ob inopiam, uictus luat in corpus:ut d.c.finem.secundum Philip.in ca.reprehensibilis.in gl.de appel.

Expensarum condemnatio an fiat contra dominum, uel contra procuratorem.Bart.& Ang.in l.iiij.in prin. de re iud.& j. uerb.Procurator.& uer. Executio sententiæ.uer.xliij.cum duobus seq.

Expensarum immunitas concessa uni parti, prodest & alteri.l. fi. C.de fruct.& lit.expen.

Expensæ per neutram partium reficiuntur, quando utraq; iurauit perempta instantia reproducere omnia acta.per no.in l.quæ omnia.de procur.Barth.Cæpo.in cautela cij.

Expensæ non reficiuntur per accusatorem petentem abolitionem.Bar.in l.j.ff.ad Turp.& s̄.

Expensarum cõdemnatio fieri debet contra instigatorem inquisitionis absoluto inquisito.s̄.uer.Inquisitio.uer.xc.Idem in denunciatore nõ probante.s̄. Denunciator.uer.xx.Idem in nominatore.j.uerb.Nominans. Idem in iudice inquirente.j.uer.Iudex maleficiorum.& s̄.

70 Expensæ per actorem refici debent,quando iudex absoluit ab obseruatione iudicij.Innoc.in d.c.finem.de do.& contu. Quod est uerum,etiam lapsa instantia:quia

Expensarum condemnatio fieri potest,etiam lapsa instantia,licet non pronuncietur instantiam esse peremptam. Bart.& Bald.in l.properandum. §. illo proculdubio. C. de iudic.& Lanfr.ubi suprà,in fi.Idem,etiamsi iudex pronunciat instantiam esse peremptam.Bart.in l.ij. ut intra certum tempus.& in d.§.illo.

Expensarum condemnatio debitarum ratione uictoriæ ex officio iudicis fieri potest, & debet eadem die sententiæ latæ super negotio principali:secus,si debẽtur iure actionis.Bar. in l.j.§.fi.si quis ius di.non obtem.gl.& Bal. in l.iiij.§.si rem. de legat.iij.l.Paulus.de re iud.Sed Card.in clem.sæpe.§.fin. x.q.de re iud.dicit,quòd nec expensæ debitæ iure actionis, uel per condictionem , uel consuetudinem petuntur, lite finita.

Expensarum condemnatio fieri non potest contra iustè impeditum cõtumacem,iudice sciente impedimentum. Paul.de Castr.sing.in l.ij.§.j.ff.si quis cautio.

Expensarum condemnatio facienda in interlocutoria potest reseruari in diffinitiua,& sic etiam post decem dies non potest.Inn.in c.sępe.de app. Vide Bar.in l.terminato.C.de fru. & lit.

& lit.expen.& Sicu.in d.c.sæpe.in fi.& in ca. finem.de do.& contu.& ubiq; Innoc. & Alexan.in l.ab executore.de appel.

† Vide Fel. in c. significauerunt. post medium.v. col.in uer.j. de excep.

Expensarum condemnatio ualet,etiamsi expensæ non sint petitæ.Bal.in addi.Spec.de sen.peti.uer.j.& j̄.eo.cõtra uer.77.

Expensarum condemnatio ualet,etiam sub hac forma,uidelicet,Condemno condemnandum in expensis. Bal.in l.terminato.ij.col.de fru.& lit.expen.

Expensarum condemnatio quomodo intelligatur, quando utraq; pars uicit.Bar.in d.l.terminato.iiij.col.

Expensarum cõdemnatio,quas actor iurabit fecisse,ualet.Bal. in d.l.terminato.in fi.contra Bar.in l.cùm iudex. C. de sent. Item si promittatur earum refectio,quas Titius dicet,an ualeat.per Bar. in l.fin.de præto.stipu.& in l.Theopompus.de do.præle.Pet.& Cyn.in l.si quis in conscribendo. C.de pac. & in Spec.de prob.§.iij.uer.quid si is.

Expensarum condemnatio non potest fieri, si non fuit petita. Bart.& Bal.in d.l.properandũ.§.fin aũt alterutra. C. de iud. Bar.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.de dam. infect. & Pet.de Su.in l.eum,quem.de iud.& s̄.eo.cõtra.uer.lxxiij.Et dicitur petita,etiam quando in libello dicitur. Peto sententiam pro me ferri, quia intelligitur etiam super expensis, secundum Bal.in d.§.fin autem.

Expensæ non reficiuntur, quando actor prius extra iudicium non interpellauit reum, quia in iudicio uocatus statim fuit confessus debitum.Gul.de Cu.in l.edita.C.de eden.Ang.in l.debitores.C.de pign.act.l.quidam Iberus.de serui.ubi etiam idem tenet Paul.de Cast.Lud.in sing.uer. Creditor.uer. de honestate.

Expensas debet reus reficere,qui non respondit in termino sibi dato ad respondendum, sed petijt terminum ad excipiendum.Bar.in l.scire.§.scire.ff.de excu.tuto.

80 Expensas debet reus reficere ob temeritatem commissam ante sententiam,etiamsi obtineat in causa principali. Bal.in l.non ignorat.de fruct.& lit.expen.& Alex.in l.si pignore.in princ.ff.de pig.act.ubi idem dicit, si quis fuit condemnatus in interlocutoria, licet obtinuerit in diffinitiua: secundum Bar.ibi:& subdit,q̃ nec repetit eas solutas, qui uicit in diffinitiua.& Sali.in l.properandũ.§.fin aũt alterutra.C.de iud.

Expensas reficit uictus,etiã pendente lite restitutionis in integrum ad appellandum,licet uictor non caueat de eis restituendis in casu succumbentiæ.Rota in dec.ccccl j.fuit dubitatum.in nouis.

Expensarum condemnatio contra contumacem an fiat, eo nõ citato.Cyn.quòd sic,in l.sancim⁹.xij.q.C. de iud.& Ioan.de Imol.contra Ant.de But.in c.j.de iud.& Alex.in l.desertorẽ. §.si ad diem.de re mil.

Expensarum condemnatio fit etiam cõtra emendantem libellum,etiamsi sit mulier,uel minor. Bald. in l.edita.ad fi.C.de eden.& s̄.uerb.Emendatio.uersic.pen.Spec.de lib.concep. §.viij.uer.j.& uer.sed & si.

Expensæ primi iudicij sunt reficiendæ per uolentem inchoare secundum iudicium super eadem re.Bal.in d.l.edita.xvj.co. & Barth.Cepo.caut.cij.

Expensarum condemnatio ob temeritatem tutoris an fiat cõtra pupillum.Bart.quòd sic,in l.edita.ad fin. C. de eden.in l. non est ignotum.de admi.tut.& j̄.uer.Tutor.& in l.Polla.de his,qui.ut indig.& s̄.eo.uer.v.

Expensarum condemnatio contra syndicum non legitimum litigantem an fiat.in Spec.de syndico.uersi.sed pone.& seq.

† Expensarum condemnatio an fiat contra personam religiosam,& ualde catholicam succumbentem in causa: & quid si non apparet de iusta causa litigandi:uide Fel. in c. super his. in fi.ult.col.de accusa.]

Expensarum condemnatio an fiat contra excipientẽ non probantem.s̄.uerb.Excipiens.in Specu.de excep.§.iiij.uer.& si reus.& uer.quid si reus. & an cõtra excipientem contra testes.s̄.uer.Exceptio contra testes.uer.x.

Expensarum condemnatio an fiat contra eum, qui negotium intra certum tempus instruendum committi impetrauit,si intra illud tempus non probauit.in Spec.de remis.§.iiij.uer. sed nunquid iudex.& §.v.in prin.

90 Expensarum condemnatio ualet hac forma,Condemno te in expensis,si in probationibus defeceris.in Spec.de sententia.§.v.uer.item nota.

Expensarum condemnatio si nõ fiat in sententia,debet exprimi causa.in Spec.de sententia.§.v.uersic.in quibusdam.

Expensarum condemnatio debet fieri tempore sententiæ latæ in causa principali,quarum taxatio potest reseruari. eod.tit. §.vj.uer.cùm fertur.

Expensarum refectio uenit iudicis officio.in Specu.de expen. §.j.ad fin.

Expensarum condemnatio an fiat,quando suspenso petitorio recurritur ad possessorium.in Spec.de expen.§.ij.& iij.

Expensarũ condemnatio quando,& qualiter fienda sit in quacunq; causa.eod.tit.§.vj.

Expensarũ condemnatio fieri debet generaliter contra quemlibet fatigantem alium temerè in iudicio. Item,

Expensarum faciendarum cõdemnatio an & quando fieri potest.eo.tit.& d.§.vj.ad finem.

Expensæ an dentur denuncianti, uel accusanti, uel inquisitionem prosequenti cõtra prælatum ad utilitatem ecclesiæ ab ipsa ecclesia.in Sp.de denun.§.ij.uer.j.in fi. & tit. de inquisi. §.j.uer.an autem.& §.iij.uer.quòd si ante.& §.fi.

Expensæ an reficiantur per ecclesiam, suo prælato remoto,uel suspenso. Item,

100 Expensæ an debeantur monacho per abbatem cõtra eum inquirentem.d.§.fi.in Spec.de inquir.& s̄.uerbo, Expensarum petitio.uer.xxviij.

Feudatarius uendens rem feudalem ignoranter, tenetur conuertere precium in aliam rem immobilem, quæ sit loco pignoris feudi, secundum Iaco. de Bel.ar.c.j. de inuesti.de re ali.fac.secundum Bal.& Iaco.de Bel. Alua. qui tamen tenet contrarium in ca.j.de feud.non haben.pro.na.feu.& Barth. Cæp.in l.Labeo.uer.item,si dominus.de uerb.sign.

Feudatarius potest instituere primogenitum suum in feudo. Pau.de Cast.in consi.cxlj.

Feudatarius uenit appellatione usufructuarij.Paul. de Cast.in l.j.ff.ad Trebellianum.

† Feudatarij domini an appellatione officialium, & subditorum ueniát:uide do.Bar.Soc.in cons.ccclxij.inci. Non prosequendo.uer.secundo.quòd illis.circa prin.in ij.parte.]

Feudatarius præsumitur, qui diu tenuit feudum. no. in l. cùm de in rem uerso. ubi uide Bald. ad fin. ff.de usur. secundum Ang.in l.qui aliena.§.j.in princi.ff.de acqui.hær.addo j̄.Vasalligium.uer.ij.

Feudatarius alienans cum clausula, Si, & inquantum de iure potest:non incidit in pœnam. Bald.in c.j. §.hoc quoque.de suc.feud.

Feudatarius factus clericus an perdat feudum, & an si nō perdat, possit domino seruire per substitutum. Bald.in l.quisquis.paulo post princip.uersic.nunquid ergo is.C.de episc. & cleri.& Barto.in l.si finita.§.si de uectigalibus.j.col. ff. de dam.infect.Addo infrà,Vasallus priuatur.uersi.viij. † Vide omnino Alber.Brun.suo consi.xvj.ubi latè.& consi.seq.ponit de milite Hierosolymitano, an possit retinere feudum. Bal.in l.quoties.C.de suis,& legi.dicit,quòd

10 Feudatarius potest seruire per substitutū, si postquàm fuit inclusus in feudo, superuenit sibi infirmitas, non aliter, ut ibi.uide in Spec.de aduo.§.j.uer.sed pone,abbas.& j̄.Vasallus seruit.uersic.xxxviij.

Feudatarius Imperatoris uel regis, an debeat soluere censum ei nondum coronato. docto. post Cyn.in l. bene à Zenone.

C. de quadri. præscriptio. Ioan. de Pra. in l. Publius. de conditio. & demonstra.

Feudatarius alienans nõ priuatur ipso iure, sed per sententiam. Bal. in c. primo. §. fi. quæ sit pri. causa bene amit.

Feudatarius non debet dissipare feudum, nec deteriorare. Io. An. c. ad Apostolicæ. de sen. & re iudica. lib. vj. in Nouel. in j. col. in fi. & s. uer. Emphyteuta deteriorans. uer. j.

Feudatarius priuatus ob feloniam, tenetur restituere fructus, etiam perceptos ante priuationem, & post commissam feloniam. Gul. de Cu. & Paul. de Castr. no. in l. j. C. de his, qui. ut indig.

Feudatarius captiuus & relaxatus tenetur ad canonem, & seruitia medij temporis, scilicet captiuitatis. Bald. in l. liber captus. C. de captiuis.

Feudatarius non potest pignorare feudum, quo ad ius reale constituendum in feudo. cap. j. & ibi Bald. de prohibi. feu. ali. per Federicum. ubi etiam dicit Bal. quòd si pignorat generaliter omnia bona sua, nõ intelligitur de feudo: sed si specialiter dicitur de feudo, & traditur, punitur, aliàs nõ. Item nec punitur, si pignorat domino, nec si pignorat uni ex pluribus dominis feudum indiuiduum: diuiduum uerò si totũ pignorat uni, quod non potest, punitur. Bald. ibi. & plenè in Spe. de pignore. §. ij. ad finem. & ĩ. Feudum. uer. lix.

Feudatarius potest puniri de periurio per iudicẽ ecclesiasticũ, ratione iuramenti. Bal. in l. liberti. in fi. C. de ope. liber.

Feudatarius tenetur facere recognitionem domino. Bald. in l. plures. C. de fide instr.

Feudatarius debet præstare seruitium, uel feudum dimittere: secundum Bald. in l. j. §. pro secundo. in fi. de cad. tol. per c. j. de uasal. qui contra constitu. Loth. & ĩ. eo. uer. xxxij.

20 Feudatarius ipso iure non priuatur feudo, sed per sententiam. in titu. de feud. sine cu. non amit. Paul. de Castr. consil. cliiij. & ideo potest sibi remitti felonia antequam priuetur. ibidem. & ĩ.

Feudatarius passus tenutam in feudo propter debitum suum, remanet domino obligatus ad seruitia, licet sit priuatus cõmodo feudi. Barto. in l. si finita. §. si de uectigalibus. de dam. infect. uide in Spec. de primo & secundo decre. §. iij. uersic. & idem in uasallo.

Feudatarij obligati domino ad certum quid, annuatim tenentur omnes simul ad illud, & non quilibet ipsorum. Bar. post Dyn. in l. si pluribus. in fin. princi. ff. de leg. ij.

* Feudatarius non est feudo à principe sine causę cognitione spoliandus. §. primo. de feud. sine culp. nõ amit. in usi. f. ud. Abb. in c. quæ in ecclesiarum. col. fin. in princ. ubi Fel. de cõstitut. Dec. con. cccx. nu. 12. Æmilius Maria Manolessus.

Feudatarius priuari non potest, nisi iuris ordine seruato. Bald. in ca. penul. de pace tenen. in usi. feud. Vnde

Feudatarius de facto priuari non potest propria authoritate domini, non habentis iurisdictionem, secundum Bald. in c. ad hoc ad fi. de pace iura. firman. in usi. feud. ubi etiam dicit, quòd si

Feudatarius dubitans priuari de facto adeat superiorẽ, à quo petat domino inhiberi, ne ipsum molestet, & si sentiat se grauatum, compareat: ut ibi per Bald.

Feudatarius non soluens an cadat à iure suo. Item,

Feudatarius an possit alienare, domino non requisito. Barth. Cępo. in cap. primo, septima differentia, de cogni. feud. glo. & doct. in c. j. §. hoc quoq; de suc. feu.

Feudatario castri habenti quartam partem omnium obuentionum in concessione castri non debetur quarta pars pœnæ, uel bonorum confiscatorum propter offensam factam in comitem, uel regem dominum castri concessi feudatario in feudum. Oldra. in consi. cxlviij.

Feudatarius tenetur soluere collectas de feudo. Bald. in cap. j. per quos fi. inue. in usi. feud. & Flor. in l. si pendẽtes. §. si quid cloacarij. ff. de usufru. † Vide do. Bar. Soc. in con. ccxvij. inc. Circa hanc q. uer. tertiò probetur. ij. parte.

30 Feudatarius si habeat feudum antiquũ, an teneatur dicere nomen cõcessoris. Bal. in c. cùm autem. de controuer. inue. per no. in c. j. §. si qua. de capi. Conradi. in usi. feu.

Feudatarius potest locare domum feudalem pari, uel meliori. ĩ. Vasallus. uer. xiiij. & xxx.

Feudatarius potest domino cedere feudum, si nolit ei auxiliari in guerra. Bald. in prælud. feu. in vj. colum. & in l. cùm Archimedoram. in fin. C. ut in pos. leg. Sed Flo. tenet contrarium in l. cùm fructuarius paratus. ff. de usufru. ubi dicit eũ non posse feudum renunciare, ne teneatur domino ad seruitia. & in Spec. de feu. §. quoniam. uersi. xxviij. tenet Bald. in tit. de prohi. feu. ali. per Federi. in usi. feud. c. j. §. calidis. & Barto. post Dyn. in l. is, cùm quo. ff. de aqua plu. arcen. Sed Floria. idẽ tenet contrarium in l. loci. §. fina. ff. si ser. uend. & in l. si absente. de usufru. per Bald. in c. fin. de capi. qui curi. uend. Dic quòd si tenetur ad seruitia ex natura feudi, potest renunciare, non si ex natura obligationis. Floria. in l. si alienus. §. Iulianus. ff. de noxal. uide Barth. Cęp. de ser. ur. c. xlvij. & ĩ. Vicinus. uersic. xlv. Vide docto. & Card. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. quòd potest proprio motu, sciente domino, sed non tempestiuè. Card. ibi. & in cle. ij. §. denique. vij. q. de re iud.

Feudatarius potest nunciare nouum opus. Bar. in l. j. §. fi. ff. de operis no. nun.

Feudatarius finito feudo tenetur domino restituere fructus perceptos. Bal. in l. si pater. in prin. C. de usufru.

Feudatarius inuestitus per papã, de re non sua præscribit. Bal. in l. ij. ij. q. C. de serui. & plenius per Floria. in l. seruitutes. xvj. col. ff. eod. tit. Sed

Feudatarius contra dominum non præscribit. Barto. in l. malè agitur. C. de præscri. trig. an.

Feudatarius intra annum & diem debet inuestituram petere. ĩ. Inuestitura. uer. x. & seq.

Feudatarius feudatarij debet requirere consensum primi domini. Bal. in l. iij. C. ad Velle.

Feudatarius delinquẽs præiudicat descendentibus, non trãsuersalibus. Pau. de Cast. consi. clij.

40 Feudatarius ecclesię delinquens laicus an perdat feudum. Pau. de Cast. consi. clvij.

Feudatarius, de cuius felonia dominus non est conquestus, an priuetur, si hæres domini conqueratur. Paul. de Castr. in dictis consilijs.

Feudatarius concedens alteri in feudum, non possidet, sed secundus feudatarius. gl. & Bar. in l. j. C. uti possi.

Feudatarij inuestiti per papam, uacante regno de certis terris, uel comitatibus, an teneantur iurare fidelitatem regi postea creato per papam. Bald. in tit. de pace Constan. §. in ciuitate. in fine.

Feudatarius non soluens censum tempore debito, priuatur dominio, nõ possessione rei, nisi in signum subiectionis soluat ex re propria. Bald. in tit. de pace Constan. §. item societatem. ij. col. & Innoc. in ca. constitutus. de reli. dom. no. in l. fundi. C. de fun. patri. li. xj. & ĩ.

Feudatarius principis potest feudum alienare, principe incõsulto. l. hi, quibus. C. de fun. patri. lib. xj. & Bal. in c. j. uer. cõsuetudo. qui. feu. da. pos. in usi. feu.

Feudatarius an possit infeudare alteri feudum suum. per Baldum in cap. j. in fi. qui feu. da. pos. in usib. feud. & ĩ. proximo uersic. lxxiiij.

Feudatarius fundi cum animalibus, id est, qui habuit in feudum fundum cum animalibus, an finito feudo teneatur soluere domino ęstimationem animalium mortuorum. Bal. in c. ij. in fi. de cogn. feu. in usi. feu.

Feudatarius an habeat possessionẽ, uel quasi, sicut usufructuarius. Bal. in c. j. iij. col. quid sit inuc. in usi. feud.

Feudatarius papæ an debeat corporaliter inuestiri. Bald. in c. j. §. fi. de noua for. fide.

50 Feudatarius debet deducere filium suum, qui dominum offendit ad satisfaciendum domino, uel ipsum à se expellere. Quia

Feudatarius debet dominum suum iuuare, etiam cõtra filium ante factum, & post separando filium à se, non tamẽ tenetur dare filium pro noxa: nec separãdo à se perdit patriam potestatem, nec potest propterea filiũ ipsum exhæredare. Bal. in c. insuper. in prin. de prohi. feu. alie. per Fede.

Feudatarius non potest testari de feudo. c. j. de succes. feu. & ĩ. Feudum. uer. cxlij. cum seq.

Feudatarius si alienat certos uasallos, alienatio rescinditur, propter feloniam alienantis. Bal. in l. ij. §. sed quia nostra. in fin. C. communia de lega.

Feuda-

Feudatario poteſt omne dominium concedi ex pacto. Bald. in l. ſi plures. ij. col. C. de cond. inſer.

Feudatarius, cui eſt promiſſa uacua, uel plena poſſeſsio, debet habere fructus à domino feudi. Bald. in l. pen. ij. colu. C. de cond. inſer.

Feudatarius agit de euictione. Bal. in l. pe. C. de cond. inſer.

Feudatarius non priuatur feudo ſine culpa ſua. c. j. de feu. ſine culpa non amit. niſi in caſu. §. denique. qui. mo. feu. amit. item niſi in caſu §. ad hoc. uer. ſi uerò. & ibi Bal. in vj. colum. de pace iur. fir.

Feudatarius an compromittat de feudo. Bald. in addi. Spe. de arbi. uer. uaſallus poteſt. & ĩ. Vaſallus alienat. uer. xxvj.

Feudatarius poteſt agere, & cōueniri interdicto unde ui, per l. ſi quis in tantam. C. unde ui. Bal. in l. pen. ſi à nō cōpe. iudi.

60 Feudatarius, qui præſcripſit feudum, an poſsit cadere ab eo. Bal. in l. fi. C. de lib. cauſa.

Feudatarius cum pacto de nō alienando, an poſsit alteri infeudare. Bald. in c. præterea. de capi. Conra. in uſi. feud.

Feudatarius habet utile dominium. glo. & Bald. in cap. præterea. de capi. Conra. & Bal. in c. j. qui. mo. feu. amit. Innoc. in c. ſi diligenti. de præſcri. quòd directum dominium eſt apud dominum, ſed utile eſt apud feudatarium. & ibi per Panor. in iij. no. in Spe. de loc. §. vj. uer. xlv. & Pau. conſi. clvj.

* Dec. con. ccclxxxix. nu. 6. Æmilius Maria Manoleſſus.

Feudatarius alienans ſcienter cadit à iure ſuo, non aliter. Bald. ſin. in c. j. in fi. de contro. inter do. & emphy. & in l. fi. C. de iure emphy.

Feudatarius habens caſtrum in feudum, ſi malè tractat ſubditos, poteſt priuari caſtro, ſi fuerit prius monitus ad bene tractandum. Bal. in ca. publici. de pace tenen. in uſi. feu.

* Feudatarius ſi uexet ſubditos, nō amittit feudum, niſi prius à domino ei denunciatum fuerit, ut ſe æquum in ſubditos prębeat, aliàs ſe ei feudum ademptururn. §. j. & ibi not. gl. de mil. uaſal. qui cont. eſt. §. fi. de pac. iura. fir. §. publici. ubi Bal. de pac. ten. c. j. de uit. & hon. cler. in Cle. Iaſ. in auth. qui rem. col. ij. circa fi. uer. limita tamen, & intellige. C. de ſacroſ. eccl. Bald. in auth. ſtatuimus. in ul. no. uer. iij. requiſiti. C. de ep. & cle. Frā. Curt. in con. cxxxvij. num. 20. Aym. Cra. con. vj. nu. 108. uol. j. Æmilius Maria Manoleſſus.

Feudatarius licet teneatur ſtare colono, nō tamen agit ad penſionem ſine ceſsione. Bal. in cap. primo. ult. col. an ag. uel fil. glo. mag. in l. diuortio. ſol. matr.

Feudatarius negans feudum domino, priuatur, niſi ſtatim re integra pœniteat. Bald. in addi. Specul. de loca. uerſi. ſi emphy. negauit. & in Marga. uer. Fundum. uerſ. primo. & Inno. † in cap. cæterùm. in fin. de iudi. † Et per Felin. in d. c. cæterùm. circa finem. vj. col.

Feudatarius non ſoluens cenſum domino intra triennium, priuatur feudo. Specul. de loca. §. nūc aliqua. uerſ. lxxxv. Quod eſt uerum, ſi debeatur pro penſione, & fidelitate: ſecus, ſi pro penſione tantùm, ſecundum Card. Zab. in c. potuit. de loca. & Bart. Cæp. in c. j. ulti. char. v. differentia. de cogni. feu. & ſ. uerbo, Emphyteuſis. † Vide do. Fran. de Cur. in iiij. parte. † ſui tracta. feu. in xxxix. cauſa.

Feudatarius de iure ciuili non poteſt feudum alienare, etiam pro anima. c. j. §. donare. qualiter feu. ol. po. alie. Secus tamē eſt de iure canonico, ſecundū Hoſt. in Summa, tit. de immu. eccle. §. quidam. uer. nec illa. & Lud. in ſing. uerb. Feudum. uer. de iure ciuili, &c. & ĩ. uer. Feudum. Item unam ſalmam uini pro anima ſua de uinea feudali annuatim legare. ĩ. Vaſallus alienat. uer. xxj.

Feudatarij non concordes in regimine caſtri feudalis ſunt concordandi à rege, ut regant alternis annis. gloſ. ſingul. in cap. licet. xvj. q. iij. per l. quoties. ff. de uſufru. & Ludo. in fin. uer. Feudum. uer. ubi feudatarij, &c.

70 Feudatarius alienans feudum ſaluo iure domini, an priuetur. in l. fi. C. de iure emphy. & no. in l. ſanè diui. ff. de pig. act. & ĩ. uerb. Feudum. uer. lxxvj. & melius in uer. xlv.

Feudatarius alienans ſaluo honore domini, priuatur iure ſuo. Ioan. And. do. Hoſtien. in cap. eam te. de iureiuran. & Lud. in ſingu. uer. Feudum. uerſi. uaſallus.

Feudatarius priuatus caſtro feudali propter delictum ſi reſtituatur ad bona, uidetur etiam reſtitutus ad caſtrum. Flori. ſingu. in l. loci. §. ſi cui. ff. ſi ſer. uendi.

Feudatarij hæres debet iurare omnibus hæredibus domini, ſi plures ſunt, uel uni tantùm, quando unus eſt. l. cùm unus. in princ. per Bart. ff. de ali. & cib. le. gl. in c. ſi plures. ſi de feud. fue. contro. & in l. ſi uſusfructus legatus. in prin. de uſufruct. Iacob. de Are. & Bart. in l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de operis no. nun. & ſi nolit plures dominos, poteſt uni eorum antiquiori præſtare ſeruitia. per Bald. in c. præterea ducatus. ul. col. de prohi. feu. ali. per Federicum. Item Bald. in l. j. §. in primo. ult. col. de cadu. tol. & in §. ne autem. de cad. tol. dicit uerum, niſi in feudo ligio.

Feudatarius æquiparatur liberto. Bald. in l. liberti. xiiij. col. de oper. liber. per l. primam. de mili. uaſal. in uſi. feu.

Feudatarij hæres tenetur iterum iurare fidelitatem domino, aliàs ex iuramento feudatarij mortui non obligatur, & ſi nō ſeruiat, non eſt periurus. Bald. in d. l. libertini. xiiij. col. C. de ope. lib. & gloſ. not. in l. ſicut. ff. de uſufruct. Quod intellige, ſcilicet intra annū: ut ſuprà, uer. Inueſtitura. uer. x. & ſeq. & ĩ. eod. prox. §. uer. iiij. Item uerum, niſi feudatarius iuraſſet pro ſe, & hæredibus: quia tunc hæres adſtringitur iuramento defuncti, & non tenetur iterum iurare fidelitatem: aliàs ſic. Bald. in l. j. §. excepto. C. de cad. tol. Vide in c. j. quo tempore miles. Sed Bal. in l. pe. in fi. C. ut in poſ. leg. dicit ſimpliciter, quòd hæres debet iurare fidelitatem domino.

Feudatarius cogitur edere domino inſtrumentum feudi. Bal. in l. inſtrumenta. C. de fideic. & ĩ. Inſtrumentorū editio. uer. xxxiij. & ſ. Editio de quibus fiat. uer. xxxviij.

Feudatarius non poteſt incidere arbores fructiferas. Bart. in l. diuortio. §. ſi fundus. ff. ſol. mat.

Feudatario mortuo ſine filijs, ſed cum hęrede extraneo, meliorameuta feudi cedunt hæredi extraneo: per quem tolli poſſunt, niſi dominus feudi ſoluat ei precium eorum. Bald. in authen. excipitur. C. de bo. quæ libe. per c. ſi uaſallus. hîc fi. lex. Conra. in ci. conſu. regni.

Feudatarius clericus poteſt conueniri coram iudice ſeculari. c. uerum. de fo. comp. in Spe. de comp. iudi. adi. uer. viij.

80 Feudatarius an poſsit recōueniri coram iudice, coram quo ipſe alium conuenit. ĩ. uer. Reconuentio. uerſi. xxiij. & ſeq.

Feudatarius habens feudum liberum, & francum, non tenetur ire cum domino ad exercitū & bellum, ſumptibus ſuis, nec tenetur domino ad ſubſidiū pecuniarū. Old. con. ccxxxiij. & ĩ. Vaſallus ſeruit. uer. xxvj. & ĩ. Feudum. uerſi. vj.

Feudatarius conuentus an liberetur nominando dominum in iudicio, & an domino contumace ipſe patiatur præiudiciū.

Feudatario cōuento rei uendicatione, ſi dominus uelit in ſe iudiciū ſuſcipere, & actor uelit potius litigare cū feudatario.

Feudatarij dominus ſi ſit, & clericus uelit feudatarium defendere in foro ſeculari. in Spe. de primo & ſec. decre. §. iij. uerſic. quid ſi emphy. & uerſi. præceden. & uer. ſeq.

Feudatarius ſi ſit contumax, contra quē dominus agere uolebat, an domin9 mittat in poſſeſsionē feudi. §. eo. uer. porrò.

Feudatario an noceat ſua cōfeſsio, quòd rem teneat in feudo. in Spe. de confeſ. §. iij. uer. quid ſi confiteor.

Feudatarius debitor alterius qualiter patiatur executionem, ſi nihil habet in bonis præter feudum. in Specul. de exec. ſen. §. iij. in fi.

Feudatarius conuentus ſi allegat rem eſſe feudalem, & nō admittatur exceptio eius, ideoq; appellet, qualiter fiat cōmiſſio. in Spe. de appel. §. x. uerſic. igitur.

Feudatarius pupillus, uel minor, ſi non petat inueſtituram intra annum, an currat ei præſcriptio annalis. in Specul. de reſtit. in integ. §. ij. uerſi. quid de præſcriptione, & reſtituitur. ĩ. Vaſallus inueſtitur. uer. ſecūdo. & ĩ. Feudum. uer. ccxlix. ĩ. Inueſtitura. uer. x.

90 Feudatari9 poſsidet naturaliter. in Sp. de loca. §. vj. uer. xlvj. & de primo & ſecūdo decr. §. iij. uer. quid ſi emphyteuta.

Feudatarius an renunciet feudum ſine uoluntate domini. eo. §. uer. cxxviij.

Feudatarius ſi ſoluat annuam penſionem alteri, quàm domino, an dominus repetat. eo. §. uerſi. cxxxvij.

Feudatarius qualiter iuret, & qualiter inueſtiatur, & de formis iuramenti, & Inueſtituræ. Item,

Feudatario tenetur dominus ad eandem fidelitatem, ad quam tenetur feudatarius domino. in Spe. de feu. §. j. uer. j.

Feudatarij nobiles appellantur uaſalli, ſed plebeij appellantur

 homines,

homines nostri à dominis feudi. in Spec. de feu. §. ij. in prin. & in j. col. uer. quid autem. addo ĩ. Vasalligium. uer. j.

Feudatarius propriorum bonorum, quæ alteri subiecit. eod. §. uer. v.

Feudatarius quis esse potest diuersorum dominorum pro diuersis feudis. Item,

Feudatarius plurium dominorum inter se guerram habentiũ, cui iuuabit. eo. §. uer. xij.

Feudatarius an debeat sequi dominum sumptibus suis. eod. §. uer. xxj. & uer. xxvj.

100 Feudatarius contra dominum qualiter formet libellum, & econtrà. uide in Spe. e. tit. §. iiij.

Feudatarij materiam supple plenius ĩ. uer. Vasallus. per totũ.

Feudum requirit quatuor, uidelicet naturam, aptitudinem, actum, & consuetudinem. Bald. in l. quoties. C. de suis & legitimis. † Adde, quòd feuda sunt redacta ad instar allodialium. Ita Io. Faber Instit. de legiti. patro. tut. circa fin. & Insti. de emp. & uendi. Ita Pet. Guido Papæ decis. lix. Benedic. in repe. c. Raynutius. fol. 109. col. j.

† Feudum quid sit: uide do. Barth. Socin. in con. clxviij. incip. Non inutilis. in prin. uer. quoniam in primis. in ij. parte.

† Dic, quòd feudum est beneuola actio, tribuens gaudium capienti cum seruitio retribuendi per quem transfertur utile dominiũ de domino in uasallum: & sic dicitur à fidelitate, quam uasallus tenetur domino præstare. c. ex diligenti. de simo. & in titu. de feud. per totum. & istam diffinitionem uidetur sequi Goffre. in Summa.

† Infeudare bona ecclesiæ an possint prælati coram feudum. Vide decisionem s̃. in uer. Consuetudo introducta.

† Feudi natura quæ sit, uide do. Pe. Phi. Cor. in cõsi. xvj. incip. Aperta. in prin. in j. parte.]

* Feuda gratiæ potius, quàm contractus naturam habent. Io. Crot. con. lxxviij. nu. 3. Æmilius Maria Manolessus.

Feuda sunt de gratia, & ideo faciliter reuocantur. Innocen. in cap. ij. de feud. & Bald. in Marga. uer. feudum. uersi. ij. & ideo feudum potest dici gratia. Bal. in prælud. feu. Alexand. in l. si mihi & Titio. de uer. oblig.

Feudi obligatio habet tacitam conditionem, scilicet quamdiu durat feudum. Baldus in l. cùm Archimedoram. in fi. C. ut in possessio. lega.

Feudum est simile usufructui: quia sicut hæres usufructuarij non tenetur cauere utendo arbitrio boni uiri, ita hæres feudatarij non tenetur denuò iurare fidelitatem domino. Bald. in l. j. §. exceptio. C. de cadu. tol. & s̃. prox. §. uer. lxxv.

Feudum inter hæredes debet diuidi, qui sunt de sanguine, nisi sit feudum francum, uel regni. Bald. in l. si plures. ij. colum. C. de condi. inser.

Feudum francum dicitur, pro quo non debetur fidelitas ex pacto, uel cõsuetudine, uel quando proprietas est feudata. Bal. in d. l. si plures. ij. col. & in auth. nisi rogati. iiij. col. C. ad Trebel. Item dicitur, pro quo non præstatur homagium, seu iuramentum fidelitatis, nec aliquod seruitium: secundum Io. And. in additio. Specul. de rescrip. & Paul. de Cast. consi. clxj. iij. col. † Declarat Alex. consi. xxx. ferè per totum. uol. j. maximè in fine. & in prin. ponit an possit alienari. Adde, ꝙ in feudo magis inspicitur tenor inuestituræ, quàm natura feudi. Deci. consi. viij. & consi. cxciij. in princ. Adde, quòd in feudo hæreditario descendentes si non sunt hæredes, non possunt admitti. Io. Campeg. inter consilia Alber. Bru. con. ij. col. fi. uer. ult. Dec. con. cxciiij.

Feudum francum transit ad ecclesiam. Bal. in d. l. si plures. per cap. inter. de fide instru. & in d. auth. nisi rogati. iiij. col.

Feudum nõ finitur mutatione formæ uel melioratione rei feudalis. Bald. in authen. excipitur. C. de bo. ma.

† Feuda regulant̃ secundũ ius cõmune, si non habent ius expressum in feudis. Textus est in c. j. de feu. cog. & ibi gl. ij. in fin. quã ibi multùm notant Iacob. de Bel. & Baldus, quẽ textum dicit esse sing. domi. Iason in l. in xiiij. col. uersi, pro ista etiam parte. C. de iure emphyt. Et alibi dicit signanter Baldus in l. ij. C. de suis & legi. & in l. cùm oportet. circa finem princ. C. de bo. quæ liber. quòd ad hoc ut discedatur à iure communi in causis feudorum, requiritur quòd expressè sit aliter decisum in constitutionibus feudalibus. *

Feudum ad filias an transeat. s̃. uer. Fœmina. uersic. xxxj.

Feudum, & liuellum, differunt. per Paul. de Cast. consi. cxxxvj.

10 Feudum simpliciter concessum, debetur filijs, & nepotib. licet de eis non sit facta mentio in concessione. c. j. de duo. fra. à cap. inue. & gl. in c. j. qui. mo. feud. consti. po. & Paul. de Castr. in consi. clx. & Alex. in l. sed si hac. §. libertas. de in ius uoc. ubi dicit idem in emphyteusi. quod etiam tenet Bal. in d. c. j. in fi. & plenius per Alex. in l. quod dicitur. ult. char. de uer. oblig. ubi tenet opi. Bald. in feudo, non in emphyteusi.

† Vide ĩ. eo. in uer. ccxj.]

Feudum ecclesiæ reuertitur ad ecclesiam mortuo prælato, ob cuius uiuentis delictũ ecclesia priuatur. doct. & Archi. in c. uerum. de fo. comp.

Feudum iurisdictionis an possit diuidi. in Specul. de feud. uersicu. xxx. & seq. & Bald. in cap. præterea ducatus. ij. colum. de prohib. feu. ali. per Fed. & in l. si plures. ij. col. C. de cond. inser. & ĩ. uer. Iurisdictio. uer. xxviij.

* Aliud est de consuetudine. Ioan. And. in add. ad Spe. rub. de feud. col. pen. Old. con. ccxxxvij. Alex. con. xviij. col. secunda. con. lx. uolum. ij. con. xxvij. colum. ij. uolum. v. Dec. con. cccxxxix. num. 3. Æmilius Maria Manolessus.

* Feudorum iura & consuetudines contraria tolli consuetudine possũt. l. ij. & ibi Bald. & Alex. ff. de uulg. Bal. con. clxxxv. uol. j. Alex. con. ij. uol. j. Soci. con. cclj. uol. ij. Hieronym. Grat. con. clviij. in extre. uol. ij. ubi ualet consuetudo Galliæ, feudorum alienandorum potestatem concedens, de qua Io. Fab. in §. j. Inst. de rer. diui. §. j. Inst. de emp. & uend. & Deci. con. cclxix. nu. 6. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum rei propriæ an ualeat. in Specu. de feu. §. ij. uer. v. & ibi Bal. in addi. Spe. uer. si rem.

Feudum pro anima relinqui nõ potest. c. j. §. donare. qua. olim feud. po. ali. & ibi Bald. in conclu. & Bart. Cæp. in c. j. xxviij. differentia. de cogni. feud. & Bal. in cap. primo. vj. colum. de pace iura. firman. ubi est casus. Quod est uerum, etiá de consensu filiorum uasalli legantis, secundum Bal. in c. j. vj. colu. uer. deinde uide. de prohi. feu. ali. per Fede. in usi feud. Item nec ad causam profanam. c. primo. de succes. feu. & Iaco. Alua. in c. j. an agn. uel fil. Barth. Cæp. in ca. j. pe. col. de cog. feu. uide in Spec. de feu. §. quoniam. uer. xix. & per Bart. in auth. nisi rogati. C. ad Trebellia. & in l. ij. C. cõmunia de leg. Paul. de Cast. consil. clxj.

Feudum non uenit in legato omniũ bonorũ, etiam ad pias causas facto, secundum Bal. ubi s̃. uer. Feudatarius. uer. xvj.

Feudum an ueniat in permutatione bonorum generali. Alex. consi. xvj. ij. parte.

Feudum alteri per alterum acquiri nõ potest, sed absenti quæritur beneficio domini. c. j. §. cùm uerò Cõradus. uer. cùm autem unus. ibi: nisi hoc nominatim. de his, qui feu. da. pos. Odo. in Summa. Barth. Cæp. in c. j. xxx. differentia. de cogn. feud. † Adde Fran. de Are. in ij. parte sui trac. feu. in vij. q. prin. in ij. dubitatione.]

Feudum familiare dicitur, quod quæsitum est pro se, & familia sua, uel pro se, & filio masculo, non quod pro se, & hæredibus. Bal. in l. cùm uirum. ult. col. de fideicom.

† Feudum si recipit pro se, & filijs suis, nunquid intrando monasterium transeat cum eo: uide plenè in Spe. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. uer. ciiij. & seq. Bald. in l. quisquis. & in l. ad similitudinem. C. de epis. & cle. do. Anto. & Abb. in d. c. in præsentia. in xxxij. col. in uer. quid ante. Et uide Pe. de Anc. in c. si is, cui. de offic. deleg. lib. vj. Et an episcopus possit succedere in feudum, Andreas Barba. in d. cap. in præsentia. dicit quòd sic: quia est persona illustris. Et allegat gl. & ibi Bal. in c. j. de benefi. fœmi. & ibi Bal. dixit, quòd Cardinalis succedit in feudum. Et hoc uoluit in l. nullus. C. de malefi. & mathe. Et mouetur per d. l. quisquis. & per d. l. ad similitudiné. Et an papa succedat in feudum, uide Bald. in authentic. nisi rogati. C. ad Trebell. ubi dicit, quòd sic: & præstabit seruitium per substitutum. Et an bona feudalia possint transire ad monasterium, uide Abb. post Ioan. And. in d. cap. in præsentia. in xxxv. colum. Et adduco. And. de Iser. in c. primo. in tit. qui. mod. feu. amit. ubi dixit, Aliquis accepit feudum simpliciter: quod intelligitur accepisse pro se, & filijs suis masculis. Et mouetur, quia ita est consuetudo fieri. Sed uerior ratio reddi potest: quia feuda dantur ꝓpter seruitia, & seruitia sunt transitoria ad filios & nepotes, & ideo uident̃ concessa feu-

cessa feuda pro se, filijs & nepotibus. Et allego tex. in cap. primo.§.cũ uerò Conradus.in uerbo,seruitia.in tit.qui feu. da.pos.ubi propter seruitia uasalli feudũ trãsit ad nepotes.

Feudum pro se,& filijs fratris debetur eis pro dimidia, etiamsi superueniant filij eius,qui feudum recepit.Bald.in l. cùm acutissimi.in fi.C.de fideic.

20 Feudum cadens in recipiente uenit in fideicõmisso, aliter non.Bal.in d.l.cùm uerum.ad fin. ubi etiam uide in lect. antiqua.in iiij.parte.quæst.& per Bartol.post Dy.in l. si patroni.in princ. ff. ad Trebel.& per gl. in l. sciendum.§.fi.de pet. hær.sed familia re non uenit:aliàs sic.Bal.ubi s.

Feudum pro se,& hæredibus,an transeat ad agnatos, si filij nõ supersunt.Bal.quòd non,in l.liberti.vij.col. C.de ope.lib. & per Bal.in c.j.de ali.feu.pa.& in c.j.de prohi. feu. al. p Fed.

† Adde Dec.consi.ciiij.col.ij.post medium.]

Feudum præscriptum transit ad eos hæredes,qui includuntur ex natura feudi in acquisitione feudi per pactum facta. Bal. in d.l.liberti.pe.col.

Feudum renunciatum fratribus reuertitur ad dominum post mortem eorum sine hæredibus.Bal.in d.l.liberti.pe. col. de ope.lib.per c.si Titius.si de feu.fue.contro.

Feudum nouum potest renunciari per patrem in præiudicium filiorum.Bal.in l.qui se patris.ix.colum. uer. item quæritur. C.unde liberi.& in l.si in personam.C.de fideicom. & Alex. de Imo.in apostil.in d.l.qui se patris.ubi tenet,quòd sic, nisi sit acceptum pro se, & filijs. Bald. Imo. & Pau.de Cast.post Dy.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.& ibi Ange. de legat. j.& Alexand.consi.lxxxvij.& seq.iiij. parte. quod potest per patrem alienari in præiudicium filiorum. & tenet Alexand. consi.ciiij.iiij.parte.& Io.de Imo.in l.stipulatio ista.§. si quis ita.de uer.ob.

† Feudum nouum,uel antiquum quando dicatur.Deci.consi. liij.per totum.Ias.in l.ij.col.fi.C. de iure emphy. Dec. consi. lxxviij.col.fi.]& Pau.de Cast.cons. clvj.quod incipit, Circa præsentem casum.ubi etiam dicit,quòd

Feudum non potest renunciari,ut filia inuestiatur in præiudicium agnatorum,nisi consentiant,per c.pater.de ali. feu. secundum Pau.de Cast.in d.consi.& s.eo.uer.xxxj.

Feudum an finiatur per ingressum monasterij, ut sic reuertatur ad dominum,an uerò transeat ad monasterium. Bald.in d.l.qui se patris.x.col.& in c.j. de eo, qui ar.bel. depo. in usi. feu.quòd non transit ad monasterium.

Feudum sine causa non potest per dominum auferri feudatario: secundum Bald.in l.qui se patris.x.colum. nisi sit precarium:ut ibi per Bald.

† In feudis si ius ciuile discrepat à iure canonico, casus nõ decisus deciditur per canones propter iuramentũ, quod præstatur in inuestitura feudi.Ita dicit Bald.in c.imperialem. §. fi.in iij.col.uer.porrò in feudis ratione iuramenti. de prohi. feu. alie. per Fed.sequitur Fel.in c. ecclesia sanctæ Mariæ.in xix.col.uer.sexta declaratio.de const.*

Feudum in dotem dari non potest.in Specu.de loca.§. nunc aliqua.uer.ccxcij.& in c.j.§.donare. qua. olim feu. po. ali. in usi.feu. Item in cap.primo,quando mari. suc. & in c. primo. de prohi.feu.ali.per Fed.Bart.& Im.in l.usufructu.ff.sol.ma. Alex.in c.ij.de feu.& in c.potuit.iiij.q.de loc.Bar.Cæp. in c. j.xij.differ.de cog.feud. & omnino s. eo. uer. clxiij.& Ro.in deci.ccij.pater.in nouis.

† Feudum dari potest à patre filiæ in dotem, quod uitã ipsius filiæ inuestitæ non transcendat,etiam sine consensu domini feudi:perpetuam aũt concessionem facere non potest, nisi domini consensus accesserit. ita decisum est in Rota decis. ccxcix.in nouis.per tex. apertũ & rotundũ c. nuper. de don. inter uir.& uxor.& ibi Innoc.& per Host.& Io.An.in c.ij.de feud.in gl.j.Et per Spe.in tit.de feud.§.ij.uer.xix.in fi.

Feudum pro dote an possit obligari.Bal.in c.j.§.rursus. de con tro.inuesti.Io.An.in addi.Spe.de loc.uer.cxc.

30 Feudum pro se,& filijs quæsitum, non potest renũciari per patrem in præiudicium filiorum, quibus est stipulatũ : quia tunc filij habent iure contractus. Dy. Bald. Imo. & Paul. de Castr.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.& ibi Ange.de leg. primo.& Alexand.de Imo.in addi.Bald. in d.l. qui se patris. uer.iij.x.colum.

Feudum concessum aduocato tanquam docto, ut patrocinetur domino concedenti,potest ei auferri per dominum,si sit indoctus.Nic.de Neap.in l.Nesennius.ff.de exc.tut.

Feudalis causa debet agi coram domino feudi. Paul. de Castr. consi.clxj.

Feudum antiquum an possit concedi per episcopum sine consensu capituli.Pau.de Cast.con.clx.quòd sic, non autem nouum constitui sine solennitate iuris requisita, in alienationibus:ut ibidẽ.ubi idem dicit in emphyteusi. † Et per Frã. Are.in ij.parte sui trac.feu.in ij.q.prin.]

† Feudum antiquũ dicitur,quod fuit acquisitum per aliquos ex antecessoribus.Dec.consi.cxliij.co.iij.uer.his tamen.

† Feudum antiquum uno ex filijs decedente transmittitur ad hæredem.Decius consi.cxliij.col.iij.

Feudum non transit ad transuersales.c.j.de grad.suc.in feu.c.j. de duob.fra.de no.bene.inue.Pau.Cast.in con. cxxxvj.

Feudum an possit dari in donatione propter nuptias. Bald. in cap.primo.§.donare.qualiter ol.feu.po alien.

Feudum potest alienari in consanguineum.c.primo.de aliena. feu.cap.j.de aliena.feu.pa.c.primo.per quos fi.inue.in §. sed ideo.Lud.Pon.in l.j.iij.col.ff.in ius uo.ut eant. & Bal.in c. j. iij.col.de prohi.feu.ali.per Fed.ubi dicit uerum, si alienetur in proximiorem aliàs successurum : quia tũc ualet alienatio in perpetuum: aliàs ualet in uita alienantis.

Feudum alienatum in consanguineum coniunctum in quarto gradu,potest reuocari ab eo per coniunctum in proximiori gradu,oblato tamen ei precio soluto.c.j.qui. mo. feud.olim po.al.& in c.Titius.el j.si de feu.fue.cõtro. inter do. & agna. Lud.in d.l.j.iij.col.in ius uo.ut eant.

Feudum mariti est obligatum uxori pro dote, sicut alia bona. Ioan.And.in addi.Spe.de loc.§.vj.uer.cxc. & per Bal. in c.j. §.rursus.de controuer.inue.

40 Feudum præsumitur perpetuum,si nõ apparet de tempore concessionis. Specul.ubi s.de loca.§.vj.uer.cxlij.Ang. in l.qui in aliena.§.primo.ff.de acquir.hæred.

Feudum simpliciter susceptum,sine expressione aliquorũ uerborum de sui natura, dicitur hæreditarium : uide Curtium Iuniorem suo consi.iij.post tractatum feudorum.

Feudi dominus non dicitur periurus,eo quòd non iurat:& ideo non potest conueniri corã iudice ecclesiastico, nisi quando non recognoscit superiorem,ut rex Francorum: quo casu quando ecclesiæ denunciatur ratione peccati potest coram ecclesiastico cõueniri.Bal.in l.liberti.ul. col. C. de ope. liber.per c.nouit.de iud.

Feuda particularia,uel singula,quæ sunt in regno Apuliæ,sunt regis,quo ad directum dominium,licet feudum generale totius regni sit ecclesiæ,& in dominio ecclesiæ Romanæ. Bal. in l.j.C.unde cogna.& ibi Alex.de Imo.

* Bal.in proœ.ff.in princ.col.iiij.Alex.con.j.col.x.uol.v.Dec. con.dxvij.nu.10.Æmilius Maria Manolessus.

Feudum etiam absenti quæri,& stipulari potest, ut per patrem pro se,& filijs.Rota decisi.cclij.si per.in nouis.

Feudum non requirit scripturam, cùm per testes probari possit: secus est in emphyteusi,secundum Bal.in rub.C. de cõd. ex lege.

Feudum non potest alienari per uasallũ,saluo consensu domini,secundum Bal.in l.j.xvj.q. C.de his, quæ pœ.nomi.

Feudum infanti,& seruo concedi potest.Bald. in l.eam,quam. xiiij.col.C.de fideicom.per c.ij.§.personam per quos fi. inuesti.& p quos reci.in usi.feu.& in l.cùm oportet.in prin.ul. col.C.de bo.quæ libe.ubi etiam dicit,ꝙ quæritur domino.

Feudum monacho concedi potest, & acquiritur monasterio. Bal.in l.cùm oportet.ulti.col.in prin.C.de bo.quæ libe.

* Conuersus,cùm in monasterio habitet, & illi seruiat, & per consequens feudo seruire non ualeat,nõ succedit in feudo. §.j.de feud.fœmi.in usi.feud.Ay.Cra.con.ccciij.nu.10.uolu. ij.Æmilius Maria Manolessus.

Feudum diuidi potest,& uni tantùm adiudicari totum. Bal. in l.si familiæ.C.fami.ercis.& in l.uoluntas.secunda colu.C.de fideicom. & omnino per Bald. in l. si plures. ij. colum.C.de condi.inser.& quod per Baldum in c.j.iiij. col. de prohibit. feud.ali.per Federi.Item,

Feudũ diuidi potest inter fratres nolentes stare in cõmunione.Bald.in d.c.primo.iiij.col.de prohibi.feu.ali. per Federi. Quod est uerum,nisi sit feudum principatus,uel ducatus.& simil.

simil. ut feudum marchię, uel ducatus: nisi consuetudo sit in contrarium, scilicet, quòd & illa diuidantur, secundum Bal. in c. præterea ducatus. in j. colum. de prohi. feud. ali. per Fede. Vide Bart. in l. & ideo. ff. de condi. fur. ubi dicit feuda diuidi posse, nisi in casibus no. in d. §. praeterea. Baldus uerò in d. l. si plures. ij. col. C. de cond. inser. dicit posse diuidi feuda inter hæredes sanguinis: uide ibi.

* Feudalia omnia bona eius, qui domino, ut uasallus seruiuit, pręsumuntur, nisi ipse ostendat, quarum rerum causa fidem, & seruitutem, operasúe præstiterit. Iacob. Butrig. & Nico. Neap. in §. uasallus. si de feud. fuer. contro. int. dom. & agna. in usi. feud. Fran. Curti. min. con. xlj. colum. ij. con. cxl. col. ij. cō. clxxxiiij. col. ij. Ay. Cra. cō. cclxxvj. nu. ij. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum in pecunia nō consistit. ca. fin. de cog. feu. in usib. feu.

50 Feudum fratri per fratrem potest acquiri. cap. j. §. fin autem unus. qui feu. da. po. Bal. & Pe. de Su. in l. fi. C. res inter al. acta. & in c. descendenti. v. col. per Bald. qui feu. da. po. ubi etiam dicit, quòd non per extraneum.

† Feudum assignatum uni fratrum, si frater decedat sine filijs, non reuertitur ad fratrem: & sic frater regulariter in feudo non succedit fratri. dom. Maria. Socin. in consil. xix. incip. Pro decisione. uer. uerum prædictis. in j. parte. Pro quo uide etiam quæ per Fran. Are. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in ulti. colum. de uerbo oblig. & per Bald. in l. cùm filius. §. hæres. de leg. ij.

Feudi minima pars potest alienari, etiam domino non requisito. not. in c. j. de ali. feud. Lau. de Fano in l. in quorū. xxvij. col. ff. de pig.

Feudum non reputatur in legitimam, nec in Falcidiam, nec in Trebellianicā. doc. & Ang. in l. si patroni. in prin. ff. ad Treb. Item an si sit acquisitum pro filio. Bal. in l. omnino. §. quæ nuper. C. de inoff. testa.

Feudum pro legitima filio assignari nō potest per patrē: Quia

Feudum debetur filio, ut filio. Ang. in auth. de nup. §. optimæ. colla. iiij. Item,

Feudum non debetur filio non hæredi, si hæres esse nō potest, aliàs sic. Bald. in l. ij. C. de su. & legit. & in l. si in personam. C. de fideicom. per c. j. §. ubi uerò. an agna. ue fil.

Feudum paternum regulatur secundum ius commune in successionibus, non autem feudum antiquum. Bal. in d. l. ij. C. de su. & legiti.

† Feudum hæreditarium. Dec. consi. lxxviij. col. pen. Io. Campe. inter consilia Albe. Bru. consi. ij. col. iij. & col. fi. & Socin. inter ea consilia consi. x. col. iij. Deci. consil. clxxxv.

Feudum debetur fratri etiam consanguineo tantùm, id est, ex uno tantùm latere coniuncto, sicut utrinq; coniuncto. Bal. in l. j. C. de leg. hære.

Feudum pignorari non potest. c. primo. §. quamuis. de inuesti. de re. al. fac. Quod est uerum, scilicet per uasallum cum traditione: nam uerbo tantùm potest, & non punitur uerbaliter pignorans illud, sed nec per dominum in præiudicium uasalli, nisi pro tanto, quòd nō sit spes luitionis. Domino tamen potest pignorari, uel uni ex dominis, si feudum est indiuiduum: secundum Bald. no. in c. j. ij. col. de prohi. feu. al. per Fede. Idem Bal. in l. ij. in prin. C. communia de lega. dicit posse obligari uerbo tantùm, & sine traditione animo luendi. Item pro necessitatib. domini. Bald. in l. iij. C. ut in pos. le. dicit pignus in feudo non constitui sine traditione. & Alex. consi. ij. iij. parte. sed usq; ad medietatem possit obligari pignori. Vide gloss. in c. j. de ali. feu. & qui. mo. feu. am. §. rursus. adde suprà uerbo, Feudatarius. uersi. xvj. & per Bald. in l. uoluntas. C. de fideic.

60 Feudum non uidetur hypothecatum in generali hypotheca bonorum. in Spe. de pig. §. j. uer. pen. & Bal. in l. imperialem. de prohi. feu. ali. per Fede. & Alex. consi. ij. iiij. parte. & in consi. ciiij. eadem parte. † Vide do. Maria. Soci. in consi. xix. incip. Pro decisione. uersi. uerum prædictis minimè. circa medium. in j. parte.]

Feudum transit ad agnatum feudatarij ex sententia pro eo lata, non ad hæredem extraneum. Bald. & Ioan. de Imo. in l. si marito. §. si uoluntate. ff. solut. matrimo.

Feudum an transeat ad hæredes extraneos. c. primo. de grad. suc. in feud. & c. j. de suc. feu. gl. & doc. quòd non, in l. etiam. ff. sol. ma. Paul. de Cast. con. cxxxvj. & con. cxxxvij. & Bal. in auth. nisi rogati. iiij. col. C. ad Treb. & in l. ij. C. de su. & legit. cōtra Cyn. in l. liberti. C. de ope. liber. & j. eod. uersi. cliiij. & seq. & clxxxvj. & Alex. consi. lxx. iiij. parte. & consi. seq.

Feudum præscribitur spacio triginta annorum. cap. si quis per triginta. ibi Bald. si de feud. fu. contro. & in c. fin. de feu. da. in uicem le. commis. Barthol. Cæp. in cap. primo. xiij. concor. de cogni. feu. plenè per docto. & Bald. de Perusio in c. ad audientiam. de præscri. Item,

† Feudum ut præscribi possit, quæ requirantur, uide per Decium con. cxliiij. col. ij. in fi.

Feudum contra uasallum potest præscribi. s. iure utilis domini, remanente directo penes dominum. gloss. est in c. ad audientiam. de præscrip. ubi doct. dicunt uerum, sciente, & patiente, non ignorante domino: ut ibi p do. Bal. qui concordat gloss. suprà alleg. cum Ioan. Andr. Bu. & Hosti. qui simpliciter tenent contra d. gl.

Feudū duobus concessum pro se, & hæredibus, quolibet mortuo debet diuidi inter eorum hæredes, etiamsi uni sit hæres fœmina, & alteri masculus, si uerò alter sine hęrede mortuus est, eius pars ad dominum reuertitur, nō autem alteri accrescit. Bal. not. in l. fi. iij. col. de suis & legi. & j. e. uer. clvij.

* Feudum cùm conceditur alicui his uerbis, Pro te, & quibus dederis, id uasallus, prorsus ignorante domino alienare potest. Illis enim uerbis, & quibus dederis alienationem, quæ postea fieret, approbasse, & alienādi potestatē dedisse dominus uidetur, Albe. & alij. in l. ij. C. de iur. emphyt. Bal. cō. lxxij. col. ij. uol. ij. Alex. con. clxxxviij. col. v. uol. ij. cō. ccxxviij. col. ij. uol. vj. Dec. cō. clxxj. col. ij. cō. cccxc. Aym. Cra. cō. lxxiiij. nu. 11. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

† Feudum concessum ab ecclesia pro se, & quibus dederit, an transeat ad extraneos hæredes. Curtius Iunior suo consil. iiij. col. secunda. post tracta. feudo. de clausula, Cui dederit, uide Decium consil. cxciij. col. ij. & iij.

* Feudum per alterum ex duobus fratribus, unà uiuentibus acquisitum, cōmune esse non debet. §. si duo. fratres. de frat. de nou. benef. inuestit. in usib. feud. Alex. con. xlviij. uol. ij. Dec. con. ccccxxxv. nu. 7. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum per duos fratres receptū intelligitur receptū à quolibet eorum pro se, & pro filijs ipsius, non pro filijs alterius. Bald. in d. l. fin. C. de suis & legi. & in l. cùm acutissimi. C. de fideic. Item in emphyteusi, secundum Bal. in l. j. §. in primo. pen. col. C. de cad. tol.

Feudum emptum de pecunia alterius acquiritur ementi, non autem domino pecuniæ. c. j. §. fin aūt unus. & ibi gl. & Bal. q feu. da. pos. & Bar. Cæp. in c. j. de cogni. feu. in xj. concor.

† Feudum emptum de pecunia cōmuni si sit emptū per unū, seu nomine unius, non pertinet ad alium pro sua parte, licet fratres starent, & habitarent cōmuniter, & pro indiuiso. do. Maria. Soc. in d. consil. xix. uer. uerū prædictis. ibi: & quamuis. & uersi. non obstat. cum uer. seq. in j. parte.]

* Feudum pro se, & quibuscunq; hæredibus concessum, ad fideicommissarium uniuersalem transit. Io. Crot. con. cxxxvj. nu. 51. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum uenit in fideicommisso, quod seruandum est feudis. Ioan. And. in Spe. de loca. §. nunc uerò aliqua. uer. quæstio non esset dubia. Bal. in l. cùm uirum. ult. col. C. de fideicommis. Paul. de Cast. in l. si patroni. ad Trebel. Alex. cons. xlvij. vj. col. iiij. parte. & per eum in consi. xcj. j. parte.

Feudum, & eius inuestitura, debet intra annum peti. j. Inuestitura. uer. x.

70 Feudum pro se, & filijs masculis quæsitum, non potest per unum ex filijs mortuo patre alienari in extraneū, etiam pro parte sua. c. primo. §. j. de suc. feu. & c. j. de ali. feud. pa. Sed illa pars redit ad fratres: ut ibi. & Alex. con. lxxxvij. iiij. parte. & ibi idem dicit in emphyteusi: ut s. uerbo, Emphyteusis alienatio. uer. iiij. & seq.

Feudum nō transmittitur de descendente in ascendentē: quia conceditur iuueni propter seruitia, ideò non debet transire ad ætatem debilem, & senilem. Bal. in l. ea lege. C. de condi. ob cau. & in auth. defuncto. j. col. C. ad Tertul. ubi idem dicit in emphyteusi ecclesiastica.

Feudum non transit ad descendentes ab intesta. c. j. & ibi Bal. de natura succe. feu. Barth. Cæp. in c. j. j. diffe. de cogni. feu.

Feudum quo casu non transmittatur ad filios hæredis.in c.j. & ibi Bald.quib.mo.feud.consti.po.& Bartol.Cæp.in c.j. viij. diffe.de cog.feu.

Feudum potest subinfeudari per feudatarium. c.j. §.similiter. de leg.Cor.gl.in c.quæ in ecclesiarum. de constit. Bald. in l. uoluntas.C.de fideicom.& in c.j.in fi.qui feu. da. po. Quod uerum,nisi fuerit concessum uasallo cum pacto de non alienando.Bal.in ca.j.de ca.qui cur.uen.Bartho. Cæp.in rub.ff. de uer.si.xiiij.col. Item nisi fiat in fraudē domini, uel agnat. Bal.in c.ij.per quos fi.inue.Item uerum est, pari, uel meliori.Bal. in auth. nisi rogati.iij.col.ad Treb. Quod uerum,etiā domino inuito. Bartol.in l. murileguli. C. de murile. lib.xj. sed ar.contrà in capitul.j.de duo.fra.

Feudum an possit legari ecclesiæ.Bald.in c.j.§.donare.qua. ol. feu.po.ali.& suprà,Feudatarius.uer.lxviij.in Specul.de feu. uers.nunquid feudum.

Feudum ecclesiæ an possit donari,saluo iure ecclesiæ. Bald. in d.ca.j.§.donare.qua.ol. feu. po.al. & tit.de pa. Constan.§.libellariæ.& s̄.Feudatarius.uersic.lxx.

† Feuda ecclesiæ antiqua de consuetudine in agnatorū præiudicium alienari possunt. Albert.Bru.con.ij. co. lxxx. Franc. Curt.in trac.feud.iiij.par.q.xix.Guid.Pap.deci. cliij. Deci. con.ccviij.Riminal.con.ccciiij.uol.ij. Gozadi.con. viij. nu. 10.Æmilius Maria Manolessus.

Feudum ecclesiasticum non egreditur tertiam personam, uel generationem,secundum Bald. in authen. defuncto.j. col. C.ad Tertul.

Feudum seculare transit ad hæredes in infinitum. Bal. in dicta auth.defuncto.

Feudum transit in agnatos usque ad septimum gradum. Bald. in auth.defuncto.ad Tertul.

Feuda regalia habentur pro peculio castrensi. Bald. in l. pe. C. de bo.mat.

Feudum alienatum potest redimi per agnatos, uel dominum, stante constitutione, quòd feudum possit alienari. Bald. in c.j.§.porrò.qua.ol.feu.po.al.

† Feudum nouum si alicui concessum esset,tanquam feudum paternum,auitum, proauitum, antiquum, & antiquissimū, dic quòd tunc accipit naturam feudi antiqui. Soc.inter consilia Alber. Bru. consil.x.co.iiij.in ij.q. & Dec. consil.cxciiij. col.ij.circa medium.

Feudum pro se, & descendentibus, an intelligatur in infinitū. Bald.in c.j.v.colum.quid sit inue.in usi. feu. & l. si in personam.ad fi. C.de fideicom.& in auth.defuncto.j. col. ad Tertul.quòd non: sed usque ad tertiam generationem, id est,ad nepotem: ut ibi.

† Feudum si stipulatur pro se,& filijs,& nepotibus an unus filius stipulatoris præferatur nepoti ex alio filio stipulatoris præmortuo : uide do. Pe. Phi. Cor. in consi.xxiiij.incip.Ad euidentiam.in litera B.la ij.in ij.parte.]

Feudum de re furtiua existente penes furem, uel prædonem, constitui potest.Bald.in cap.j.in fi.quid sit inuesti.

Feudum dicitur esse in bonis feudatarij,non in bonis domini. Bal.in c.j.per quos fi inue.& Flori.in l.si pendētes. §. si quid cloacarij.ff.de usufru.ubi etiam dicit,quòd de eo debet solui collecta per feudatarium.& tenet gl. & Bald.in d.c.j.& suprà,Feudatarius.uersi.xxix. & uerbo, Collecta quibus imponi possit.uersi.cxj.

Feudum de re prohibita uendi,uel alienari, constitui non potest.Bald.in c.j.per quos fi.inuest.

Feudū unius fratris castrati an possit uendi alteri fratri in præiudicium aliorum fratrum.Bal.in c.ij.per quos fi.inuesti.

Feudum in diuisione hæreditatis contingens uni fratri ex pluribus in partem eius,an eo mortuo sine filio uadat ad alterū fratrem,uel reuertatur ad dominum.Bald.in c.j.in princ. de consti.feu.do.Loth.& idem Bald. in pri. consti. ff. Flo.in l.j. §.interdum.de usufru.accre.quod accrescit fratri.

Feudum an possit locari per dominum.Item,

Feudum an possit hypothecari per dominum. Bald. in c. j. §.j. quo tempo. mil. in prin. & in ca.j.j.col. de prohi. feu. al. per Fede.ubi dicit,quòd non sine cōsensu uasalli, nisi obligaret pro tanto,quòd non esset spes luitionis. per l. qui habebat. de leg.iij.& dixi s̄.eo. uersi. lix. Item potest sine præiudicio feudatarij.Bal.in l.ij. C.de usufru.

90 Feudum pro se,& hæredibus, & successorib. quibuscunq;, potest legari.Bald.in ca.j.vj. colu. uersic. sed quid si concessum.de prohibi.feu.alien.per Fede.Item,

† Feudum recipiens pro se,& post mortem suam pro fratre,& filijs fratris,tamen liberi recipientis excluderent fratrem,& eius filios.Soc.post Bal.consi.xxiij.post Pad.Ia.in l.cùm acutissimi.in princip.C.de fideicom.

Feudum non potest legari.Bald.in c.j.j.colum.de succes. feud. & in d.c.j.vj.colum.de prohi.feu.al.per Fed.& in l.ij.in prin. C.communia de leg.nisi fuerit quęsitum pro se,& successoribus quibuscunque.Alex.in l.quædam.§.nihil. de edendo. per Bal.in d.c.j.pen. col. de prohi.feu. alien. per Fede.& no. per Alex.consi.xxx.j.parte.

Feudum legatum reuertitur ad dominum, non extantibus filijs,uel agnatis:aliàs illis applicatur.gloss.Bald.in d. capit.j. de prohi.feu.al.per Fede.& s̄.

Feudum an ueniat in petitione hæreditatis.gl. & Bar.in l.item uidendum.§.nunc uideamus.de petitio. hæredi. ubi distinguit inter suum,& extraneum.& Bal.in c.j.iij.co.de suc. feu. & in c.j.v.co.an agna.uel fi.in usi. feu. & per Bal. in l.liberti. C.de ope.lib.& in l.qui se patris.C.unde liberi.

Feudum non confertur inter fratres. Alexand. consil. xlviij.ij. parte. & ibidem dicit de fructibus feudi.

Feudū an sit transmissibile ad hęredes, etiā post sententiā.Bal. in l.ij.quod cū eo.& Alex.in l.si marito.§.si pater.so.mat.

Feudi dominus non habet iurisdictionē in psonā uasalli, licet quandā superioritatē.Car.in cle.ij.§.deniq;. de re iud. & ibi uide in iiij.q.ꝙ habet iurisdictionem in eum respectu rei.

Feudum an reuertatur ad dominū,uel ad agnatos priuati. Bal. in c.j.§.hoc quoq;.j. & ij. col. de suc. feu. & in c. j. §. aut si libellario.in ij.col.in fi.uer. tertius casus est.in tit.qui.mo.feu. amit.& in c.j.§.fin.quæ sit prima causa benefi.amit.& in c. j. si uasal. feud.pri. & in l.ij.C.de libe.& eorum lib. & Paul. de Cast.consi.clx.quòd sic,deficientibus agnatis,exclusis filijs delinquentis,sed in causa alienationis reuertitur ad dominum,si est nouum,aliàs ad agnatos.

Feudum an reuertatur ad dominū,& an ad filios priuati. Bald. in c.j.§.j.iij.co.de suc.feud.& in capi.primo.si uas.feu.pri. & in d.l.ij.C. de libe. & eorum lib. quòd ad dominum reuertitur,non ad filios,propter feloniam.

Feudum refutatum ad quem pertineat. Bald. in cap. j. de ali. feu.in usi.feu.

100 Feudum fratris renunciantis partem suam in manibus domini,an accrescat alteri fratri. Bald. in c.decedenti.iiij. colu. qui feu.da.pos.

Feudum paternum an desinat per refutationem patris, & an per nouam inuestituram de filijs.Bal.in c. decedenti. v. col. qui feu.da.pos.

Feudum paternum concessum filijs de consensu agnatorum, an mortuis filijs sine hæredibus,spectet ad agnatos. Bald.in d.cap.decedenti.v. col. qui feu. da.po. & gl.in cap. j. an agn. uel fil.& ī.e.uer.cl.& s̄.

Feudū pro se,& fratre quis potest recipere, non pro extraneo: secundum Bald.in d.c.decedenti.v.colum. qui feu. da. pos. & s̄.e.uer.lj.

Feudum non uenit in generali obligatione bonorum.Bal.in c. j.j.col.de prohi.feu.alie.per Fede.& in Spe.de pig.§. ij. ad fi. per Alex.in l.si constante.vj.char.solu.mat.

Feudum reuertitur ad agnatos proximiores, quando feudatarius moritur sine hærede. Bald. in capitul. primo. de al.feu. pa.& in cap.primo.iij.colum.de prohi.feu. alie. per Fede. & s̄.eo.uer.xcij.& cij.& Pau.consi.clvij.

† Feudum si sit antiquū, succedunt agnati, licet non sint hæredes.Soc.inter consilia Alberti Bruni,consi.x.col.iiij.

Feudum peti potest per fratrem,qui frater renunciauit hæreditati paternæ. Bar.in l.item uidendum.§.nunc uidendum.in fin.ff.de pet.hęr.cōtra.s̄.uer.Emphyteusis.el j.uer.pen. post medium.ibi,sextò,quia sicut,&c.

Feudi successio ponitur per Pau.de Cast.in consi.ccxv. & in c. j.de succes.feu.

Feudum an possit dari in solutum pro debitis uasalli de consuetudine.Bald.in c.primo.iij.col.de prohi. feu. al. per Fed.

† Et per Fran.Aret.in l.per hæredem.§. quid si tamen.in ij.co. de acqui.hære.] Et ibi dicit.Bald.quòd

Feudum

Feudum non potest adiudicari per iudicem creditori pro debito uasalli, ut transeat utile dominium, sed commoda feudi sic: nec ꝓpterea feudatarius debet priuari feudo, eo quòd alienauerit, quia inuitus alienauerit, secundum Bald. sing. in d.c.j.iij. colum. de prohi. feu.al. per Fede. Bartol. in l. si finita. §. si de uectigalibus. de dam. infec. dicit, quòd adiudicatur commoditas feudi creditori pro debito feudatarij, tamē feudatarius tenetur domino ad seruitia, & non creditor. & idem dicit in emphyteuta.

110 Fedum redit ad ecclesiam post mortem prælati delinquentis. & s̄. eo. uer. xij.

Feudum alienatum per plures manus, scilicet per uasallum in alium, & per alium in alium, reuocatur per primum uerum dominum. Bald. in c. insuper v. colum. de prohi. feu. alienatione, per Federicum.

Feudum æqualiter debetur filijs inæqualiter institutis: quia non debetur pro portionibus hæreditarijs. Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liber. de ope. lib. per c. primū. de succes. feu. Bal. in authen. si quis. v. col. C. de sa. san. eccl. & Pau. de Cast. in consi. cxxxv. & j̄. uer. Filius succedit. uer. xxiiij. & Pau. de Cast. cōsi. clxj. iij. col. & no. in c. j. qui feu. da. pos. & And. Barba. in consi. Illud afferam. quod est post consi. xlvij. Alexand. de Imo. iiij. parte.

* Feudum hæreditarium uendicare non potest filius à patre ritè exhæredatus. eod. in sum. de suc. feu. Iac. Ardiz. in sum. de succes. feu. ru. an. fil. succe. in feud. And. Iser. §. j. in princ. de succes. feu. Ang. in §. soluto. §. & super. in authen. de nup. col. iij. Franc. Curt. in trac. feu. iij. par. nu. 96. Illust. Car. Par. con. j. nu. 7. uol. j. & est com. Æmilius Maria Manolessus.

* Feudi hæreditarij eandem partem habet filius, qui in re certa institutus est, quam alij. §. j. in princip. de suc. feud. Bart. in l. ut iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Aluar. & alij. in §. & quia uidimus. qui feud. dar. pos. Alu. §. j. col. ult. an. agn. uel fil. col. fin. Frā. Cur. iij. par. feu. nu. 8. & est com. Soc. con. xix. nu. 18. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Feudum hæreditarium, uni ex filijs uel ex agnatis potest uasallus, exclusis alijs, relinquere: tradit Illust. Card. Paris. qui plures adducit. con. iij. num. 19. 20. 21. 22. uol. j. Fran. Curt. latiss. in trac. feu. quar. par. num. 131. cum seq. Æmilius Maria Manolessus.

† Singula. In feudis filius uiuo patre intelligitur inuestitus, ac etiam possidere, & sic possessio in eum continuatur sine alia inuestitura. Ita dicit Bald. in l. cum antiquioribus. in vj. col. uersi. decimo. sic licet. C. de iure delibe. Quod dictum ualde exclamat, & sequitur do. Ias. dicens esse singulare, & perpetuò notandum, in l. quoties. in ix. col. uersi. nota etiam perpetuò. C. de rei uend.*

* Feudum donec esse probetur & iudicetur mortuo patre, filia in bonorum, quæ feudalia esse dicuntur, manere possessione debet. §. defuncto milite. si de feu. fue. cōtro. int. dom. & agnat. gl. j. de cont. int. mascul. & fœmi. de benefic. Io. An. in add. ad Spe. tit. de testam. §. pen. in extre. Alex. in l. fin. C. de edict. di. Adr. tollē. Dec. in termi. con. cccclxvij. con. dlxxxviij. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum guardiæ an constituatur in castro per eius custodiam concessam alicui. Bald. in c. j. ij. colum. de feud. guar. & castal. in usi. feud.

Feudum aliud nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter nobile. Ista omnia declarat Alex. primo uolu. consi. xxx. col. fi. in feudis non esse prohibitum cōmercium, sed modus. Bal. in c. j. col. iiij. de prohi. feu. alie. per Fed.

Feudum ad certum tempus dari potest. Bald. in c. j. in fi. prin. de feu. guar. & cast.

Feudum an possit acceptari ante, quàm de eo habeantur literæ. per Bald. in c. j. §. j. de feu. guar. & cast.

Feudum finitum, & resolutum in persona primi feudatarij resoluitur etiam in persona secundi, qui habuit illud primo. Bald. in cap. j. §. rursus. de contro. inuest.

Feudum finitum in persona primi feudatarij non potest præscribi per secundum, qui illud habeat à primo: & ideo apud secundum non remanet iure præscriptionis mortuo primo. Bal. in d. §. rursus. ultima col. de contro. inuest.

Feudum pro se, & hæredibus proprij corporis, intelligitur pro omnibus descendentib. in infinitum. Dy. in l. j. j. q. C. de pac. & Bald. in prælud. feud. x. col. Item, intelligitur etiā pro nepote ex filia, secundum Bald. in l. j. C. de condi. inser. in j. col. & in c. j. §. fi. de suc. feu. & in auth. si quas ruinas. in fi. C. de

† sac. san. eccl. † Vide Alex. consi. xxix. in prin. j. uol. & consi. xxx. in eod. prin.

Feudum an probetur antiquum ex uerbis inuestituræ, quibus dicitur, Inuestio te de feudo antiquo, &c. Bald. in prælu. feu. xvij. colum.

* Feudum antiquum potius, quàm nouum in dubio præsumitur. Bald. in §. j. in princi. si de feud. fue. contro. inter. dom. & agn. Alex. con. xv. col. pen. uolu. v. Dec. con. cclxix. nu. 3. & 4. con. cccclxv. nu. 5. Illust. Car. Par. con. ij. num. 2. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Feudum nouum, si tanquam antiquū & auitum alicui concedatur, de eo tanquam de antiquo est iudicandum. Bald. in §. hoc quoq;. de succes. feud. in §. primo. in princip. col. ij. de alien. feu. pate. Alex. con. xxx. col. iij. uol. j. con. x. col. j. uol. iij. con. lv. col. xiiij. uol. iiij. con. j. col. ix. uol. v. Dec. con. clxxxv. nu. 8. Æmilius Maria Manolessus.

120 Feudum an concedi possit claudo de cursore. Bal. in præludijs feud. xviij. col.

Feudum paternum, uel antiquum quod dicatur: uide in c. j. §. his uerò. de grad. suc. in feud. & de natura succe. in feud. §. j. & in c. j. in fi. §. j. de succes. feud. & Bald. in c. primo. de uasal. decre. æta. & Pau. de Cast. in con. cliij. ubi dicit tunc, quando post finitam primam cōcessionem priuatur feudatarius per sententiam, debet alteri concedi, uel eidem. Item infrà

† eodē, sequentibus uersi. & Oldr. consil. clxxviij. † Et Fran. Are. in j. parte sui tracta. Feudo. in ix. quæst. prin.]

† Feudum hæreditarium potest dari in solutum creditori, maximè quando allodialia bona non supersunt. Io. Campe. inter consi. Alber. Bru. in consi. ij. col. iij. post medium.

Feudum antiquum dicitur post quartum gradum. Bal. in auth. defuncto. ij. col. C. ad Tertul. Item quod dari solitū est. Pau. de Cast. in consi. cxxxvij. & per Oldra. con. clxxviij.

Feudum paternum nō desinit propter nouam concessionem factam filio. Bald. in l. fina. C. de su. & legiti.

Feudum concessum pro aliquo annuo, dicitur potius emphyteusis: & ideo ꝓ eo nō est præstandū iuramentū fidelitatis.

Feudi pensio iusta quæ dicatur. j̄. uerbo, Pensio. uersic. xxiij.

Feudum auitum, mortuo uno ex pluribus fratribus feudatarijs, transit ad alium: secus, si erat feudum ipsi mortuo concessum. c. j. de suc. feu. Bal. in l. fi. C. de suis & leg. & tenet Bartol. in l. quod dicitur. ultima col. de impen. in re. do. fa. ubi etiam dicit, quòd dicitur feudum antiquū, & non nouū, quando unus ex fratribus delinquit in dominum, & dominus ei remisit feloniam, propter quod feudum iam amissum remanet apud eundem no. in l. imperialē. §. insuper. cū gl. de prohi. feu. al. per Fed. & in c. j. de uasal. decre. æta. in usi. feud.

† Feudum nouum, uel antiquum, quando dicatur, latè tradit do. Phil. Decius in con. liij. incip. Placet mihi. in j. uol.*

Feudum non transit ad filios naturales tantùm, id est, bastardos. c. naturales. si de feu. fue. contr. & Bal. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inst. & substi. sub condi. fa. Quod uerum, nisi cōcessum sit specialiter bastardo: quod potest, secundū Bal. in l. eam, quā. xiiij. col. C. de fideicom. Item nisi feudatarius, cui concessum fuit feudum pro se, & hęredibus, habeat solum bastardum hæredem, seu filium, & dominus feudi id sciuerit: quia ad illum bastardum transit feudum, ne cōcessio sit inutilis. Bal. in d. l. eam, quam. in xiiij. col. C. de fideic. per gl. sing. in d. l. hæredibus. in fi. ad Treb. Unde

* Feudum nouum cui uoluerit relinquere uasallus etiā filijs, & agnatis non consentientibus, potest. Bald. in §. j. de uasal. decrep. ætat. idem de inuest. de re alie. fac. col. v. And. Iser. §. j. de alie. feu. pat. Alexand. con. xviij. uol. v. Dec. Neap. dec. cxij. de. cxxxvj. ccxliij. Fran. Cur. mai. consi. lxxij. Alb. Bru. con. cv. in princ. & int. eiusdem resp. Io. Camp. con. xj. Dec. con. ccviij. nu. 11. con. cclxix. nu. 5. Fran. Curt. mi. cō. j. Illustr. Car. Par. con. iij. nu. 16. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum etiam bastardo potest dari, uel cōcedi: ut s̄. prox. uer.

Feudum ligium dicitur, pro quo contra omnes homines debetur fidelitas domino. de quo fit mentio in gl. in cle. pastoralis. de re iudi. & in c. j. de quib. alijs extraor. ca. feu. & Bald. in l. j. §. in primo. ultim. colum. de cad. tol. ubi dicit, quòd in tali

tali feudo iuranda est fidelitas uni domino tantùm, & non † omnib. † De quo uide latè Fran. Are. in j. parte sui trac. feu. † viij. q. prin.] † Et quid dicatur feudum ligium, uide Alex. in j. uol. con. xxx. col. j.

130 Feudum, pro quo priuatur uasallus, qui noluerit ire ad seruitium domini, reuertitur ad dominum, etiamsi sint agnati, siue sit nouum, siue paternum. c. ad hoc. & ibi Bald. ul. colu. de pace iura. fir.

Feudum paternum quando, & usque ad quem gradum desinat, & quando incipiat. in c. j. de uas. decre. ęta. & in auth. defuncto. ad Tertul. & ꝭ. e. uer. cxlvj.

Feudum ad utendum & fruendũ an finiatur morte. Bal. in prę lud. feu. antep. col.

Feudum concedi potest à maiori parte cõuentus fratrum. Bal. in c. j. iiij. col. qui feu. da. pos.

Feudum pro filia an ueniat in collatione bonorum. Bal. in d. l. omnimodo. §. quæ nuper. de inoff. test.

Feudi possessio nõ quæritur sine corporali apprehensione, uel inuestitura. Bald. in l. iij. C. ut in pos. le. per c. j. in princ. quid sit inue. in usi. feud.

Feudum castri concessum Titio comprehendit etiam pœnas nondum exactas, quæ domino debeãtur, nisi debebantur ex delictis commissis in personam domini. Bal. in cap. j. penul. colum. de capit. qui cur. uend.

Feudum licet gratis sit concessum, tamen etiam precio potest concedi. Bald. in l. licet. C. de lib. causa. & probatur in c. j. de natura feu. & in c. ad nostram. de emp. & uen. Sed tunc non dicitur propriè feudum. Bal. no. in l. si quam. C. de oper. lib. ideo nõ transit ad fœminam. Bal. in c. j. §. decedenti. qui feu. da. pos. & Alex. in l. utrum. de uerb. obli.

Feudum datum in pignus sine apprehensione possessionis, habetur pro non pignore. Bald. in l. iij. C. ut in pos. leg. in lect. anti. & ideo tunc feudatarius pignorans non priuatur feudo, nisi tradat, secundum Bald. in c. j. j. colum. de prohi. feu. al. per Fed.

Feudum pro se, & filijs, dicitur unum, & nõ plura. Bal. in auth. defuncto. C. ad Tertul.

140 Feudum non transit ad filium ingratum. Ang. in auth. de nup. §. soluto. & §. & super. col. iiij.

Feudum concessum masculo & fœminæ, an ualeat, quo ad masculum, stante consuetudine infeudandi masculum. Bald. in cap. j. uer. consuetudo. qui feu. da. pos.

Feudum non potest diuidi per patrem inter filios pupillos & diuisum assignari eis. Bal. in c. primo. v. co. de prohi. feu. ali. per Fed. ubi dicit uerum, nisi inter uiuos: nec in testamento, nisi de consensu filiorum puberum. De quo etiam per Bald. in c. item sacramenta. vj. col. uer. sed hîc uertuntur duo. de pa. iur. fir. in usi. feud.

Feudum potest uni ex filijs assignari, uel legari per patrẽ. Bald. in c. decedenti. in j. colum. uer. sed quæro de uno. qui feu. da. pos. sed in c. primo. v. co. uer. quæro, utrum pater. de prohi. feu. al. per Fed. dicit idem de uoluntate fratrum: aliàs non, etiam in testamento patris, nisi filij illud approbent: nec tũc, si contrà fiat, reuertitur ad dominum. Bal. ibidem. & omnino per And. Bar. consi. Illud afferam. ultima charta. quod est post consilium xlvij. Alex. de Imol. iiij. parte. Sed uide plenius per Pau. de Cast. sing. in consi. clxj. aliàs clxv. incipiente, In causa, quam magnificus dominus. & in Spe. de loca. §. † vj. uersic. lxxviij. in fi. ca. j. de suc. feu. † Et per Bal. in l. item nunc uidemus. de pe. hær.]

Feudum pro se, & hæredibus, intelligitur scilicet pro hæredibus sanguinis ex se descendentibus. Bald. in c. descendenti. ij. col. qui feud. da. po. per c. j. de gra. suc. in feu. & c. j. de duo. fra. acci. inue. & de ali. feu. c. & si cliẽtulus. in usi. feu. & Pau. consil. cxxxvj. & seq. Item intelligitur de filijs, secundum Bald. in l. j. C. de condi. inser. & Bartol. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Treb. Sed an intelligatur de primo hærede, uide Bald. in l. antiquitas. C. de usufruct. & in l. fi. iij. colum. C. de hære. in† sti. & in d. l. j. † Qualiter ista uerba accipiantur, uide Alex. in j. uolu. consi. xxix. & cons. xxx. in princip. amborum consiliorum. Limita, nisi esset dictum, Quibuscunq;. Soci. inter consi. Alberti Bruni, consi. x. col. j.

* Feudum ad uasalli defuncti proximiores propinquos spectat. § j. in princip. de succes. feud. §. j. de grad. succes. in feud. And. Iser. in §. j. in extre. de natu. succes. feud. Barthol. Soci. consi. lxxxvj. colum. fi. uolu. iij. consi. lxxiij. con. iiij. uol. iiij. Dec. con. ccccxlv. num. 19. Æmilius Maria Manolessus.

* Feudum fratris defuncti ita ad fratrem consanguineum tantùm, sicut ad consanguineum & uterinum spectat, cùm ad feudi successionem nemo admittatur, ut cognatus, sed ut agnatus. Bald. in l. j. in prin. C. de legiti. hær. & in §. j. colu. j. de grad. succes. in feud. Alex. consi. ix. uol. v. Dec. con. ccccxliiij. num. 5. 6. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum pro se, & hæredibus masculis, intelligitur scilicet descendentibus, non de hærede extraneo. Bal. in l. liberti. ult. colum. C. de ope. libe. & in l. fi. viij. opp. C. de hære. instit. & † in capit. j. de natu. suc. feud. & suprà eodem, prox. uer. † Et uide do. Maria. Socinum in consi. xix. incip. Pro decisione. uer. & posito. in prima parte, ubi quando concessio feudi facit mentionem de hæredibus, intelligitur de filijs masculis, * & non de fœminis, aut alijs extraneis. * Bal. consi. lxx. uolu. j. Angel. consi. cx. colum. j. & ij. Felin. in c. in præsentia. colum. xj. de prob. Illust. Card. Par. con. ij. nu. 23. uo. j. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum paternum dicitur etiam, quod fuit maiorum supra patrem. Bald. in cap. decedenti. ij. colum. qui feud. da. poss. usque ad quartum gradum: ab inde uerò supra dicitur antiquum, secundum Bald. in ca. j. §. j. de uas. decre. æta. & in authen. defuncto. ad Tertul. & ꝭ eod. uer. cxxij. Paul. de Castr. † consil. cxxxvj. † Vide Alexand. in primo uolu. consi. xxx. colum. ij.]

Feudum duobus fratribus concessum, mortuo uno, accrescit alteri. Bal. in c. decedenti. ij. col. qui feud. da. po. sed in l. ij. in prin. C. communia de lega. dicit ꝙ pars mortui fit caduca, ꝑ c. j. §. si. de inue. de re. al. fac. & c. j. §. rursus. qui. mo. feu. amittatur. Sed idem Bal. in l. fi. C. de su. & leg. tenet partem mortui sine hærede redire ad dominum, per c. j. §. fin aũt. qui feu. da. po. & Bart. in l. quod dicitur. ff. de impen. in re. do. fac. Vide omnino per Alex. consi. ciij. ij. parte. & ꝭ. Ius accrescendi. uer. xxix. & Alex. in l. si mihi & Titio. de uerb. obli.

Feudum fratris morientis cum hærede extraneo, an spectet alteri fratri. Bal. in d. c. decedenti. iiij. col. qui feu. da. pos.

Feudum pro se, & hærede suo, cum pacto, quòd si decedat sine hærede, reuertatur ad dominum, non reuertitur, si filius eius moriatur sine filijs. Bal. in d. c. decedenti. vij. col.

150 Feudum emptum de communibus bonis fratrum, an sit commune. per Bal. in d. c. decedenti. vij. col.

Feudo non priuatur hæres uasalli ob feloniam patris, si de patre uiuo dominus nõ fuit conquestus, cùm potuerit, nisi esset talis felonia, ob quam pater fuerit priuatus sine domini conquestione, puta per pactum, uel similiter. Bald. sing. in c. insuper. iij. col. de prohi. feu. al. per Federi. & per Bald. in c. j. ad fin. quib. mod. feu. amit.

Feudum resoluitur soluto iure concedentis. l. lex uectigali. ff. de pig. cap. primo. §. fin. & ibi Bald. de contro. inuesti. & Bartho. Cæpo. de serui. urb. cap. xiiij. & per Bald. in cap. primo. §. rursus. & ibi no. quib. mod. feu. amit.

Feudum aui pertinet ad nepotem, cuius pater deliquit in dominum. Bald. in l. qui se patris. viij. col. C. unde liberi. & plenius per Pau. con. clx.

Feudum commune duobus, si delinquat unus contra principem, non cogitur alter feudum diuidere, nec partem æstimationis assignare superiori pro delicto socij. Bald. in c. j. §. præterea ducatus. de prohib. feu. al. per Fed. in ij. col.

Feudũ pro se, & fœmina, deficientib. masculis, cui fœminæ debeatur, si plures sint. Bal. in c. j. §. hoc aũt. qui feu. da. pos.

Feudum potest reuocari ex omnibus casibus, ex quibus & donatio, & exhæredatio fieri potest. Bal. in cap. j. viij. col. quib. mod. feu. amit.

Feudum an ipso iure, uel per sententiam amittatur. Bald. in c. j. ult. col. qui. mod. feu. amit. & in c. j. §. callidis. in fi. dicit requiri sententiam, quando facta esset alienatio & traditio.

Feudũ culpa alienationis perditur ipso iure. Bal. in d. c. j. quib. mo. feu. amit. Innoc. in c. ex parte. de feud. Quod est uerum, si sit facta traditio: aliàs enim sententia requiritur, secũdum Bal. in d. §. callidis. de prohi. feu. al. per Fede.

Feudũ fratris occisi à fratre non ptinet ad fratrẽ occidentẽ, sed ad alios deuoluitur. Bal. in c. j. §. similiter. qui. mo. feu. amit.

160 Feudũ pro se, filijs, & nepotibus, an intelligitur pro nepotib. ex fratre. Bal. in c.j. §. similiter. qui. mod. feu. amit.

Feudum Apuliæ an propter delictum reginæ reuertatur ad ecclesiam, uel ad sororem reginæ. Bald. in c.j. §. rursus. iij. colu. qui. mod. feu. amit.

Feudum, etiam francum, alienari non potest sine uoluntate domini, sicut non francum, secundum Bal. contra Host. in usi.
† feud. & Paul. de Cast. in con. clxj. iij. colum. & seq. † Et per
† Franc. Aret. in j. parte sui tract. feu. in ix. q. princip.] † Vide de hoc per Alex. j. uol. con. xxx. uer. vij. & col. vj. uer. ad septimum. ubi ponit quid importent ista uerba, De feudo nobili, libero, & franco.

Feudum in dotem filiæ dari potest per patrem in uita filij, etiã sine consensu domini, non in perpetuum, nisi cum consensu. Rota deci. ccij. pater. in nouis. & s̃. uer. xxix.

Feudum de rebus non solitis infeudari, an cõstitui possit. Bal. in c.j. in princ. episcopum uel abba. & not. in c.ij. de feud.

Feudum an spectet ad agnatos uasalli, cui dominus remisit feloniam, & denuò dominus eidem concessit. Bal. in cap. insuper. iiij. col. de prohi. feud. al. per Fed.

Feudum pro se & masculis simul cum fœminis, debetur etiam fœminis simul, & non ordine successiuo. Itẽ si dicitur, quòd fœmina succedat, sicut masculus, in feudo. Baldus in l. fin. C. de su. & leg. & infrà.

Feudum auitum non potest acceptari per repudiantem hæreditatem paternam. Bal. in l. qui se patris. ix. colum. C. unde liberi. & j̃. uerbo, Filius succedit. uer. xxxij.

Feudũ pro se, & filijs masculis, & fœminis, an debeatur fœminis, & quando: uide text. & Bald. in ca. j. §. quinetiam episcopum, uel abba. & in c.j. §. fi. de suc. feu. & Bald. in l. liberti. colum. viij. C. de oper. lib. quòd ordine successiuo, scilicet post masculos, per d. c.j. & uide Bald. in l. fi. C. de suis & legi. & in § similiter. de capit. qui curi. uen. Pau. de Cast. in consi. cliiij. & Barthol. Cæp. in sing. uer. lxv. & Paul. de Castr. consi. clxj. in ult. charta. ubi etiam dicit, quòd non stipulatum filijs fœminis non transit ad eas, per c.j. §. si autem. qui feu. da. po. & plenius per Alexand. in l. quod dicitur. ult. char. de uer. ob.
† ubi multa allegat. † Vide Dyn. in con. ij. & quod ibi fuit dictum pro do. Benedic. de Vadis de Foro Sempronij, in suis apostillis. & adde do. Petr. Phil. Cor. in consi. cxlvj. inci. Circa. in litera T. & in consi. cxlv. incip. Ad euidentiam. in litera Q. in j. parte. ubi si feudum stipulatum sit pro masculis & fœminis in tertiam generationem, an stante statuto exclusiuo fœminarum, ueniant descendentes ex fœmina. Et omnino uide do. Maria. Socin. in consi. xix. incip. Pro decisione. uer. quinimò fortius. in j. parte.]

Feudum an perdatur, si feudatarius fiat mancus, uel aliter inhabilis. Bal. in c.j. §. mutus episcopum, uel abba. Item,

170 Feudum an possit per patrem assignari uni ex filijs, qui sit utilis, si alter est inutilis. Item,

† Feudum an possit pignorari: & quid de feudo franco, & an in testamento dari possit per uasallum imperij: latè Curtius consi. xiiij. per totum.

* Feudum domini accedente consensu pignori obligari potest. Æmilius Maria Manolessus.

* Feudum uasalli creditoribus obnoxium non est, nec eo satis fieri creditoribus potest, sed eius fructibus tantùm. Alex. in l. si finita. §. de uectigalib. col. vij. ff. de dam. inf. Ias. in l. commodis. col. fi. ff. de re iud. §. j. & ibi Bald. qual. olim feud. poter. alienari. Aret. con. xiiij. col. vj. Ay. Cra. con. cxcvij. nu. 2. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Feudum qui post alicuius mortem obtinuit, ad æs defuncti alienum soluendum non tenetur, nisi feudi causa, uerbi gratia, pro eo meliori reddendo, esset cõtractũ. §. j. ubi An. Iser. an agnat. uel fil. in usib. feu. Bal. con. clxxxij. Petrus con. ccxxxij. fœmina. uol. iij. Alb. Bru. con. xviij. co. ciiij. Aym. Cra. con. cxcvij. nu. 1. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum an transeat ad inutilem, si ille qui est utilis, præstet seruitia domino. Bald. in c. j. §. præterea ducatus. de prohi. feu. al. per Fede.

Feudum in agnatos alienari potest sine consensu domini. Bal. in c.j. §. j. vij. colu. in vij. conclu. de suc. feud. & in l. uoluntas. iij. col. C. de fideic.

Feudum pro se, & filijs masculis, & fœminis, debetur etiam nepoti ex filia. Bald. in c.j. §. fin. de suc. feu. per l. j. & ibi Bald. C. de condi. inser. Item,

Feudum quando non debetur filiæ, non debetur nepoti ex filia in dubio. Bald. in d. l. fi. j. colum. C. de su. & leg.

Feudum concessum duobus, & cuilibet eorum, an debeatur in totum uni, altero deficiente. Bald. in c.j. §. fi. in fi. de succ. feud. Item,

Feudum an possit concedi à prælato omnino deponendo, non tamen deposito. Bald. in c.j. quid iuris, si post ali. feu. fue. inue. de feu. Innoc. in c. cùm dilectus. de suc. ab intest.

Feudum paternum an possit alienari inter quoscunque agnatos. Bald. in c.j. iiij. colum. de ali. feu. & in c.j. ij. colu. de prohi. feu. ali. per Fed.

Feudum pro se, & filijs spectat ad filios, etiam de quibus in inuestitura non sit habita mentio. Bald. in c.j. in fi. qui. mo. feu. consti. po. & Pau. de Cast. con. clx. & s̃. e. uer. xj.

Feudalis res nulla præsumitur, nisi probetur, cùm libera præsumatur. gloss. in c. quanquam. de censi. in vj. & Paul. de Castr. consi. clxiiij. quod incipit, In causa, quam agna. in j. colu. &
* Inst. de iure natu. §. ius autem gentium. * Bald. in c. significauit. colum. j. de rescrip. & in c. cæterum. in extre. de iudici. Ioan. And. & Doc. in c. nimis. de iureiur. & in add. ad Specu. tit. de feud. §. quoniam. uer. xxj. Alexand. con. cxxix. in prin. uol. j. co. xv. uolu. v. Dec. con. ccccxxiiij. nu. 8. con. cccclxvij. num. 9. consi. ccccxcviij. num. 3. con. dlxxxviij. num. 9. & 12. Æmilius Maria Manolessus.

180 Feudum transit ad filios æqualiter, licet sint hæredes pro disparibus portionibus qui feu. da. pos. §. j. in fin. l. iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. etiamsi pater contrarium disponat. c. j. in princip. de suc. feu. & Pau. de Cast. consi. clxj. iij. col. & j̃. Filius succedit. uer. xxiij.

† Feudalia bona, uel iura non ueniunt in generali dispositione, nisi de illis specialiter dictũ sit: ut no. tradit Signo. de Homo. in consi. ccxx. incip. Quidam dictus Iannolus. in j. dubio. quia natura bonorum feudalium est separata ab alijs, ideo debet fieri mentio specialis: ut ipse ibi prosequitur. Refert & sequitur do. Decius in consi. cxxxix. incip. Et diligenter. in fi. in j. uol. *

Feudum potest stipulari per fratrem uni ex filijs. Bartol. in l. j. ff. de rerum di. & And. Barba. in d. consilio.

Feudum reuersum ad dominum ex natura feudi, nunquã redit ad feudatarium. de eo, qui interfe. fra. do. sui. c. j. & Bal. in l. liberti. xiiij. col. C. de oper. liber.

Feudum non dicitur pro annua quantitate frumenti, sed emphyteusis, uel contractus innominatus. Bald. in l. liberti. ult.
* colum. de ope. liber. * Spec. in tit. locat. §. nunc aliqua. uer. quarto. Bald. in tit. de pac. Const. uer. liuellariæ. Dec. consi. cxxxviij. nu. 7. Æmilius Maria Manolessus.

Feudi possessio intelligitur esse apud filium, etiam in uita patris, nec requiritur noua inuestitura. Bal. in l. cum antiquioribus. viij. colum. C. de iure delibe.

Feudum pro se, & hæredibus, intelligitur pro filio hærede. Bal. in l. j. j. col. de condi. inser. Item per Abb. in c. in præsentia. de prob. Bar. in l. ex facto. §. fin. ad Treb.

Feudum pro Titio, qui si sine hæredibus moriatur, reuertatur ad dominum, non reuertitur ad dominum, si Titius moriatur cum filio hærede: secus, si cum filio nõ hærede, uel cum hærede non filio. Bald. in d. l. j. C. de condi. inser. & in l. liberti. ult. col. C. de ope. libe. & in c. decedenti. ij. colum. qui feu. da. po. & in l. fi. viij. opp. C. de hære. insti. & Bar. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. & s̃. eo. uer. lxij. & Barrol. in l. ex facto. §. fi. & in l. Gallus. §. etiamsi. de libe. & posthum. & per Abb. in c. in præsentia. de prob.

Feudum potest renunciari domino in præiudicium agnatorũ. c. j. §. rursus. & §. præterea. qui. mo. feu. am. & Bald. in l. fi. ult. col. C. de su. & le. & Pau. de Cast. con. clvj. incip. Circa præsentem casum. & j̃. uerbo, Renunciatio feudi. uer. j.

Feudum debetur etiam monacho, & inhabili, capienti bannitum uigore banni, uel decreti, quòd capiens bannitum habeat feudum. j̃. uerbo, Mancus. uer. Surdus. uer. ij.

Feudum non debetur filio monacho. Bartol. in l. j. ij. q. C. de legi. Item,

190 Feudum pro se, & filijs masculis & fœminis, non debetur agnatis in præiudicium fœminarum, stantibus fœminis. Paul.

Paul.de Cast.consi.cliiij.per c.j.de duo.fra.à capi.inuest.
Feudum nõ potest mutari, ut eius forma antiqua posit innouari per dominum feudi in preiudicium tertij Bal.in l.j. penul.col.C.quando non pe.partes.
Feudũ filiofami.concessum non acquiritur patri, nec filio mortuo, ad patrem deuoluitur. Bald. in l.si uxorem. in fi. C.de cond.infer.
Feudum est quædã seruitus.Bal.in l.si uxore.in fin. C. de condi.infer.& in l.fina.C.de su.& legi. & in cap. primo. de contrOuer. inuest. & gloss. in l. si cuius.de usufruct. & per Alex. consi.cxxxvj.j.parte.
Feudũ non constituitur per receptionẽ seruitiorũ, nisi sit præscripta.Bal.in c.j.in fi.de feu.da.in uicem legis cõmissoriæ.
Feudum confiscatur ob ingratitudinem & delictum uasalli, quod dominus feudi nolit ulcisci.Bald.in c.j.§.fi.ul. col. per quos fi.inue.Vnde
Feudum non reuertitur ad dominũ, qui nolit ulcisci iniuriam uasalli.Bal.ubi s.
Feudum castri an duret, si castrum trãsferatur in alium locum tutiorem.Bald.in c.j.§.econtrariò. de inue. de re alie. fac. in usi.feu.quod nota pro terra Iulia.
Feudum an reuertatur ad dominũ, si feudatarius patiatur mamaximum capitis diminutionem.Bal.in ca.j.§.si uerò in totam.qualiter ol.feu.al.pot.
* Feuda non transferuntur in fiscum.Bartol.in l.si finita. §. de uectigalibus.colum.ij.ubi & Alexan.ff.de dam.inf. Alexan. con.xxiij.colum.ij.uol.j. con. xxxviij.uol.iij. con. lxxxviij. col.j.uol.iiij.Dec.con.cccxlij.num. 29. Æmilius Maria Manolessus.
Feudum reuertitur ad ecclesiam confiscatis bonis laici pro crimine læsæ maiestatis.argu.c.fœlicis.de pœnis. in vj. Car. in clem.ij.§.ij. de iure patro. ubi refert Salic. sic consuluisse, & Card. in cle. ij. §. inquisitorib.vij.q.de hær.uide omnino ad quem reuertatur feudum propter delictum.
Feudi successor an teneatur ad debita præcessoris.per Alexan. con.ciiij.iiij.parte.
200 Feudum reuersum ad dominum propter delictum feudatarij, non debet stare apud dominum, sed debet alteri concedi.Bal.in c.j.§.si uerò, uel in totum.qua.ol.feu.po.alien.
Feudum an posit renunciari domino inuito.Bal. in capit. fin. de cap.qui curi. uen. & j. uerbo, Vasallus. & s.Feudatarius. uer.xcj.in Spe.de loca.§.vj.uer.cxxviij.
Feudum unius fratris donatũ alteri fratri, an spectet in totum ad donatarium, an uerò ad tertium fratrem. Bald. in c. j. de ali.feu.pater.
Feudum an mala fide præscribatur.Bal.in cap. primo. §. si quis per trig.in iij.col.si de feu.fue.contro.
Feudum finitur, si feudatarius malè utatur feudo. Bart. & doc. in l.elegantur.in fi.ff.de pig.actio.
Feudum debet esse gratuitum, & ideo non potest constitui precio: quia tunc nõ dicitur beneficiũ.Bal.in l.si quã.C.de ope. liber.facit cap. Obertus.§.primis.qui.mo.feu.amit.Sed Bal. in l.licet.C.de libe.causa.dicit contrà, scilicet quòd etiã precio potest concedi, licet gratis sit concedendum: nec pro eo est iuranda fidelitas. j. Iuramentum fidelitatis. uer.ix.
Feudum nõ est hypothecatum pro legato facto sorori ab uno fratre de duobus feudatarijs.Bald.in l.ij.in princip.C.communia de leg.
Feudum transmittitur, quando quis decedit sine hærede masculo.Bald. in l. ij. in princip. C. communia de le.per c.j. de gra.suc.in feu.
Feudum non potest obligari pro alio debito. Bald. in d. l. ij. in prin.C.cõmunia de leg.nisi pro necessitatibus ex causa feudi incũbentibus, ut pro seruitijs domini. Item animo luendi, & sine traditione.Bald.ibi, & s.eo.uer.lix.
* Feudum si ad ecclesiam uasalli fuerit morte reuersum, id cui uoluerit concedere antistes potest.cap.ex parte.de feud. Alex.in l.si mihi & Titio.col.pen.ff. de uerb. oblig. Rom.con. lxx.Dec.con.cxxxj.nu.1.Æmilius Maria Manolessus.
210 Feudum an deuoluatur ad papam, sicut ad ecclesiam.Bald. in auth.nisi rogati.iiij.col.C.ad Treb.
† Feudum simpliciter concessum, intelligitur concessum pro se & filijs.do.Maria.Soc.in con.xix.inci.Pro decisione. uer. & posito.circa prin.in j.parte.]

Feudum pro se, & filijs intelligitur, scilicet ordine successiuo. Bald.in l.si in personam.C.de fideicom.& transit ad filios, licet non hæredes, secundum Bartol. in l. Gallus. §. quidam rectè.de lib.& posth.& Paul.de Cast.consil.clix.Bald.in l.liberti.vj.colum.C.de ope.lib.& in l.qui se patris. C. unde liberi.ubi plenius.Sed in d.l.si in personam. dicit, quòd adeò debetur ordine successiuo, quòd etiã pro nepote debetur, licet postea concepto, si filius & nepos repudiauerint, quod transit ad filios etiam non hæredes, ut s. per c.j. §. ubi uerò. an agna.uel fil.Sed
Feudum pro se cũ filijs non intelligitur ordine successiuo.Bal. in l.j.§.ubi autem.C.de cadu.tol.& in l.quoties.de su. & leg. Bar.& moder.in §.quidam rectè.
Feudum per uiam cambij non potest alienari.Bal.in c.Conradus.de proh.feu.al.per Loth.in usi.feu.
Feudum nouum dicitur, quod à morte resurgit. Bald. in c. ad hoc.vij.col.de pa.iur.fir.& Pau.de Cast.consil.cliij.
Feudum pro se, & hæredibus concessum clerico, intelligitur, scilicet pro agnatis, cùm filios habere non posit. Bal.in c.j. §.naturalis.ij.col.si de feu.fue.cõtro.in usib.feu. & Ale. post Io.de Im.& in l.si quis posthumus.in prin.de li.& posth. ubi etiam dicunt intelligi de spurio legitimo, quando filius clerici hæredis grauati fideicommisso extaret.de quo j. uerbo, Filius hæredis.uer.j.in fi.ibi.item si filius clericus, &c.
Feudum uenit largo modo appellatione beneficij, secundum Card.in cle.j.in j.q.de pœnis.
Feudum pro se, & liberis, non debetur fœminis.Pau. de Castr. & Alex.in l.sed si hac.§.liberos.de in ius uocando.
Feudum an sit peculium castrense, uel quasi, uel aduenticium. Bal.in c.primo.§.j.de duo.fra.de no.bene.inuest.
* Feudi filij, neq; usumfructum, neq; administrationem pater habet.l.cùm multa.& ibi Bal.C.de bon.quæ lib. Bald. in l. si uxore.in extre.C.de condi.infer.Dec.con.ccccl x. num. 24. Æmilius Maria Manolessus.
Feudũ nõ potest renunciari in manib.filij domini.Bal.in rubr. de uas.decre.æta.ubi dicitur uerum, nisi dominus ratificet.
220 Feudum debet renunciari in manibus domini, non aliter. Hostien.in c.quæ in ecclesiarum.de constitu.Bald.in c.j. de ali.feu.pa.
Feudum pro se, uel hæredibus intelligitur copulatiuè, scilicet pro se & hæredibus. Bald. in c. j. de eo, qui sibi & hære. suis ma.& fœmi.in usi.feu.
Feudum non nisi ex magna ingratitudine amittitur.c.j. & ibi Bal.ex qui.cau.feu.amit.
Feudum an præsumatur ecclesiæ, uel prælati.Bald. in c.j. in fi. de cleri.qui inue. feu.
Feudum ecclesiæ uendi non potest etiã ex permissione legati de latere.Bal.in c.j.j.col.de uas.qui contra consti.Loth.
Feudum an posit obligari pro debito.Bal.in c.primo. ult. col. an agna.uel fil.Et dic, q nõ in genere, nec in specie. in Sp. de pig.§.j.in fi.& Alex.consilio ciiij.iiij.parte.& s.e.uer.lix.
Feudum probatur per inuestituram. Bald. in l. sancimus.§.sed & si sub conditione.C.de Lati.lib.tollen.
Feudum de consuetudine requirit inuestituram. Et ideo
Feudũ non dicit sine inuestitura.Bal.in rub.C.de rerũ permu.
Feudum etiam infanti potest concedi. Bald. in l. si quis seruo. C.communia de manu.
Feudũ monstruosis an concedatur.j.uerbo, Monstrum.uer.j.
230 Feudum an concedatur stultis.j.uer. Stultus.uer.pen.
Feudum hermaphrodito an debeatur.Bald.in l.quoties. C. de su.& leg.& j.Hermaphroditus.uersic.j.
Feudũ p se, & filijs legitimè nascituris, debet etiã filijs natis ex secto uentre matris.Bal.in l.quoties.iiij.col.C.de su.& leg.
* l.quod dicitur.ff.de lib.& posthu.l.j. post prin. ff. ad Tertul. in §.j.in ext.de feud.cog.Iac.Ard.tit.de suc.feu. rub. ubi frat. suc.fra.Aluar.§.j.colu.iiij. & alij. ibi. an.mut.uel ali. imperf. Fran.Cur.trac.feu.ij.p.iij.p.nu.36. & est com. Æmilius Maria Manolessus.
Feudum non transit ad filium inuitum, qui nolit sequi uasalligium patris, nisi retineat rem, ob quam domino teneretur ad seruitia, sicut pater.Bald. in l. j. C. de pa.qui.fil.distr.& in l.transactione.C.de transact.
Feudum dicitur contractus innominatus.Bald. in rubr. C. de rerum permu.

Feudum nouum an patiatur ius accrescendi. Pau. de Cast. con. clvj. Item,

Feudum aduocati an transeat ad hæredes. Bald. in addi. Spe. de aduoca. uer. an feudum. & in Spe. uer. sed pone, abbas. in §. j. Bal. in l. j. C. de priui. no. quòd sic, si datum est propter merita præcedentia, non si propter futura seruitia.

Feudum pro se, & hæredibus, dicitur hæreditarium, nõ autem feudum pro se, & filijs. And. de Iser. in c. j. in prin. & in §. hoc quoque. de suc. feu. in cap. j. qui suc. te. & in c. j. de alie. feu. & Alex. consil. xlvij. iiij. parte.

* Et idem multo magis esset, si in inuestitura essent uerba pro hæredibus, & successoribus quibuscunq;. Fran. Curt. mi. in trac. feu. uer. primo. q. viij. num. 19. latissimè Illust. Car. Par. con. iij. nu. 8. 9. 10. 11. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Feudum an possit prælegari uni ex filijs. Oldr. consi. ccxxxvj.

240 Feudalis instrumenti forma. Item,

† Feudi inuestitura prodest etiam absenti, quia in feudis de æquitate canonica acquiritur absente. do. de Rota decisio. ccxlix. in nouis.

Feudi reformationis forma. Item,

Feudi recognitionis forma quæ sit: uide in Specul. de feu. §. j. & §. quoniam.

Feudum edictale. Et

Feudum decretale differunt. in Spe. eodem titul. uersic. xxvij. quæritur. & ibi Bal. in addi. uer. in feudo.

Feudum, & Emphyteusis qualiter differãt. uide suprà, Emphyteusis. el j. uer. xvij. cum trib. sequentibus. & in Spec. de loc. §. vj. uer. iiij.

Feudum an confiscetur ob delictum uasalli. in Specul. de feud. uersic. xl. quæritur. gl. in l. si quis in tantam. C. unde ui. Bart. & Bald. quòd non. in l. j. C. de oper. lib. & in l. si finita. §. si de uectigalibus. de dã. infect. & Pau. de Cast. consil. clij. & suprà eod. uer. cxcv. & in c. primo. si uas. feu. priue. & plenius per Alex. cõs. lxx. iiij. parte. & in l. Statius. §. Cornelio. de iure fisci. quòd donec uasallus sine hærede decedat, fiscus possideat. uide ibi. † Et per Felin. in cap. uergentis. circa prin. de hær. & per do. Socin. plenius in con. cclxix. incipien. Causa, quæ uertitur. uer. postremò non omitto. in ij. parte, char. clxxvij. Bal. in l. j. de rer. diui.]

† Feudi dominus potest committere causam feudalem alteri decidendam inter uasallos suos per unam commissionem, idem commissarius non potest aliquid domino adiudicare. do. de Rota decisi. cxcviij. in nouis.

Feudi dominus nõ potest agere de proprietate rei feudalis. in Spe. de actore. uersic. item impediuntur.

Feudi ratione quis forũ sortitur. Sed quare, & qualiter. in Spe. de comp. iu. adi. §. j. uer. viij.

Feudi inuestitura si nõ petatur intra annum per minorem uel pupillum, an detur eis restitutio in integrum. Specul. de restitut. in integ. §. secundo. uersic. quid de præscriptione. Bal. in c. primo. v. colu. quo tempo. mil. quòd sic. & in c. j. §. præterea. de prohi. feu. ali. per Fede. addo š. Inuestitura. uer. xiiij. feudatarius. uer. lxxxix.

250 Feudi concessio an subiaceat dispositioni. l. ij. C. de rescin. uenditio. in Spe. de emptio. & uen. §. j. uer. sed nũquid locũ.

Feudum quomodo fœminæ debeatur, & qualiter illa seruiat domino. in Spe. de feud. uer. xxj.

* Feudum masculo mortuo ad dominũ reuertitur, non ad fœminam, quæ à masculo erat semel exclusa. Bal. & Illust. Car. Alex. in §. quinetiam episco. uel abb. in usi. feu. in §. j. de fil. nat. ex matrim. cont. ad Morg. Io. Calde. sub rub. de feud. co. iiij. Ancha. con. ccxxj. Io. Crot. con. cxiij. nu. 3. Æmilius Maria Manolessus.

* Feuda quibus est dignitas annexa, diuidi nõ possunt. §. præterea ducatus. de prohibi. feu. alien. per Fride. in usib. feu. Io. Crot. con. lv. nu. 5. Æmilius Maria Manolessus.

Feudi pacta sunt seruanda. eod. tit. §. ij. uersic. & vj.

Feudi materiam supple per Alex. consi. xxx. j. parte, & consil. cxxxvj. j. parte. ubi ponit quid sit feudum, & qualiter constituatur. & s. eod. per discursum.

Fiat hoc uerbum prolatum à papa, uel principe, significat gratiam esse factam petenti statim, etiam antequam reducatur in scriptis, & in bullis. Bal. in l. cùm apud. C. de com mun. ser. manu.

Fiet, & fit, est canon latæ sententiæ. l. si qua. & ibi Bald. C. ad Trebellian.

Fictio an sit facti. gl. & Bartol. in l. uerum est. ff. de regu. iur. fictio cessat, ubi æquitas cessat. l. nec utilẽ. & ibi Bar. ff. ex quib. cau. maio.

† Adde, quòd fictio est speciale peccatum, secundũ bea. Tho. iij. par. q. lxix. ar. ix. nam fingere dicitur ostendere dicto, uel facto quod non est: & dicitur Græcè πλάσμα.

† Fictio est, quando ius certum de aliquo facto fingit, statuendo oppositum. Exemplum, cùm fingit uxorẽ stipulatam dotem reddi sibi, licet sit certum, quòd non fuerit stipulata: sed in fauorem mulieris hoc fingit. Abb. in c. is, qui. de spon. & no. in c. quanto. de præsump.

Ficta contumacia, & de eius materia ponitur in Spe. de contumacia. §. j. uer. & no.

Fictioni locus est quandoq;. in Spe. de proba. §. ij. ad fin.

Fictiones de iure communi concurrũt, quando una oritur ex altera. Bal. in l. j. in fi. C. quando liceat ab emp. di. & per Car. in clem. quod circa. xx. q. de elec.

Fictio nunquam fingit, nisi super facto. Bart. in l. non dubium. C. de legi. & š. & quare. Car. ubi s. xviij. q.

Fictiones duæ non concurrunt circa idem. l. j. & ibi doc. & Bal. C. de dot. promi. nisi in casu l. captum. & ibi per Bald. C. de cap. & postli. reuer. Vide Bartol. in l. singularia. in princip. si cert. peta. & in l. si uerò non remunerandi. §. Marcellus. ff. mandati. & in l. cùm post. §. gener. ff. de iure do. Itẽ nisi procedant à diuersis principijs. Bartol. in l. gerit. ultima col. de acquir. hæredi. & per Card. in d. xx. q. & Bar. plenius in re-

† peti. l. si is, qui pro emptore. ulti. q. ff. de usuca. † Et per domi. Fran. Aret. in l. j. §. per procuratorem. in ulti. colu. de acquirend. poss. & do. Pe. Philip. Cor. in consi. xxiij. incip. Viso. in litera N. & O. j. parte. & do. Fran. Are. in l. interdum. de acqu. pos. & in l. si rem. eo. tit. §. fi. iiij. col. & in l. si procuratorem. §. si fideiussori. de man.]

Fictus titulus. Et

Ficta traditio non operantur translationem dominij. Bar. in d. l. si is, qui pro emptore. ult. q. de usucap.

Fictio postliminij non habet locum in his, quæ sunt facti. l. denique. per Bart. ff. ex qui. cau. ma. & in l. nec utilem. ubi uide post gl. eod. tit. nisi quia fingitur quis uiuere. Item quia fingitur mortuus monachus. Item fingitur quis natus. Item fingitur quis fuisse in ciuitate, secundum Bartol. ibi.

10 Fictio cessat, si nõ habet extrema, à quo, & ad quid. per Bart.

† in d. l. nec utilem. ex qui. cau. maio. † Dicit Soc. consi. xxiij. in vj. col. in prin. uol. j. quod fundatur super æquitate.

Fictio est in re certa cõtraria ueritatis pro ueritate assumptio. Bal. in l. siue possidetis. C. de proba.

Fictio dicitur, quando statutum dicit, quòd Florentini habeantur pro Perusinis. Sed ueritas dicitur, quando statutũ dicit, quòd Florentini habeantur pro ciuibus. Bald. in d. l. siue. ij. col. C. de proba. & in l. quæ fortuitis. iiij. col. C. de pig. actio.

Fictio, & præsumptio differunt: quia fictio non cadit in statutis, sed præsumptio sic: secundum Abb. Sicu. in consi. lxxij. In hac causa, &c. & in sua disputatione, stante statuto communiter. & Pau. de Cast. in repe. auth. sacramẽta. C. si aduer. uen. Ioan. Bapti. de sancto Seuerino, in consi. Cor mundum crea, &c. Item in quibus differant, not. in l. j. §. accedit. C. de rei uxo. actio. & Anto. Rosel. in cap. tuæ. de spon. & Bart. in l. si duo. de acquirend. hęredi. ubi dicit, quòd contra neutrum admittitur probatio in contrarium. c. is, qui. de spon. Car. in

† clem. j. §. fi. de concess. præben. † Et per Felin. se remorantẽ. in c. quarto. de præsum. & per Franc. Aret. in l. si duo. de acquiren. hæred. in j. colum. in uer. in glo. fin. ibi, quia. & dom. Barth. Soc. in l. j. §. ij. nu. 16.] Vide Barto. in l. fi. in prin. quod met. causa. ubi idem dicit, quia

Fictio est præsumptio iuris, & de iure, secundum Bartol. in d. l. fin. post gl. ibi.

Fictio una non recipit alteram fictionem. Bald. in l. si nondum. C. de fur.

Fictio unde causetur. Cardinalis in clem. quod circa. ix. quæstio. de elec.

Fictionis effectus quis sit. Card. ubi s. xxj. q. quod habet effectum ueritatis.

* Fictio idem quod ueritas efficit. c. cùm dilectus. c. ad audientiam.

tiam.de cleric.non residen.l.j.§.hoc S.C.ad S.C.Velleian. ubi not.Ioan.Cro.con.v.numer.39.Æmilius Maria Manolessus.

Fictio quãdo ueritati præferatur. Car.ubi s̃.ult.q.& do.& Ale. in l.filio,quem.de libe.& posthu.

Fictio super quibus cadat.Card.ubi sprà.xvj.q.

20 Fictio quare non super iure locũ habeat.Car.ubi s̃.xvij.q.

Fictio quotuplex sit.Card.ubi sup.xv.q.

Fictio mala reprobatur,non autem bona.cle.j.§.quia uerò.& ibi Card.de statu mona.

Fictio est amica Bononiensib.gl.in l.obseruandũ.de off.præsi.

Fictio in statutis non habet locum,ideo statutum de dominio non habet locum in eo,quod habet hæres ante hęreditatem aditam:quia est factum hæreditate iacente.Bart.in l.hæres. de acqui.hære.Et tenet Bart.in l.iij.§.hæc uerba.de neg.ge. ubi dicit,quòd si statutum disponit super ueritate,non habet locum,si illa ueritas inducitur per fictionẽ.& tenet Baldus in l.meminimus.C.de legi.hære.& Abb.in consil.lxxij. in hac causa.Quod est uerum,maximè in statutis pœnalibus.Bald.in l.j.in prin.C.qui testa.fa.pos.

Fictio cadit super certis.Bart.in l.diuus.j.col.de rest.in integ. no.in l.fi.& ibi Bart.in prin.quod me.cau.

Fictio importatur per uerbum Videtur,& per uerbũ,Vt ita dixerim.Bal.in l.sororẽ.in fi.C.ad Syllan.& per uerbũ,Quodam modo,& per uerbum,Intelligitur,& uerbum,Perinde,& uerbum,Creditur.Alex.in l.si is.de usucap.

Fictio non operatur plus,quàm ueritas,nisi sit dispar ratio in ambobus.Fran.de Padua,licet Bartol.aliter dicat in l.eius, qui.si certum pet.& l.filio,quem pater.de lib.& posthum.& † tenet Alex.in l.si filius.si cer.pe.quem uide in d.l.filio. † Et per Frã.Are.in l.si procuratorẽ.§.fi.de fideiussori.& manda.

† Adde,quòd idem operatur fictio in casu ficto,sicut ueritas in casu uero.Soc.consi.xxiij.col.vj.uolu.j.

Fictio legis non extenditur ad impossibilia.l.qui ad certum.ff. locati.& Bartol.in l.Gallus.§.si eius.ff.de lib.& posthum. Item nec super nõ existentibus.l.eum,qui sibi.de uerb.obli. l.quoties.de noua.Bartol.in l.singularia.uer.ueniamus ad tertium.si cer.pe.& in l.necessario.de peri.& com.rei uen. ubi dicit,quod

Fictio non habet locum,nisi inueniat rem,super qua figat pedes.Vide etiam Bartol.in l.sciendum.ff.ex quib.cau.ma.& probatur in l.huic scripturæ.ad legem Aquil.

Fictionis materiam ponit Bartol.in repe.l.si is,qui pro emptore.ff.de usuca.& in l.nec utilem.ff.ex quib.cau.ma.& Bald. in l.siue possidetis.C.de proba.& Car.in cle.quod circa.de ele.xiij.q.& seq.

Fictus si fiat concessio ad affictum,uel ad firmam:uide in Spe.de loca.& conduc.§.iij.

Fictus materiã uide ĩ.uerbo,Locatio.uerbo,Pensio.& suprà, Conductor.per totum.

Ficus quanto spacio debeat plantari longe ab aliena regione,uide l.fi.ff.finium regun.

Ficus fuit maledicta propterea,quia fuit esuriẽs,cùm in ea fructum non inueniret,eam maledixit Dominus.xxiiij.q.j. cùm ergo.§.j.

Ficus qui comedit in horto uicini,punitur:quia datur ei aqua calida ad uomendum.Bald.in l.quicunq;.iij.colu.C.de ser. fugi.per l.uerbum.C.de infamibus.

Fideicommissarius uniuersalis est precarius hæres.Bald.in l.cùm uirũ.ultima col.C.de fideicommis.& ĩ.eod.uersi.vj.& fin.

Fideicommissarius uniuersalis nõ gaudet priuilegio fori.Bar. in l.sed & si restituatur.in princip.ff.de iudic.

Fideicõmissarius capit manu hæredis.l.inter omnes.& ibi do. & Pau.de Cast.ff.q satis.cog.l.qd' p manus.ff.de iure codi.

Fideicommissarius debet poni per hæredem in locum ipsius hæredis.l.qui quadringenta.ad Treb.& Bart.in l.fi.§.j.viij. col.C.de iure delib.

Fideicommissarius uniuersalis non potest esse testis in testamento,sicut nec hæres.l.dictantibus.& ibi Bartol.C.de testa.l.qui testamento.ff.eo.tit.Sed particularis sic,ut ibi.

Fideicommissarius habetur loco hæredis.l.postulante.§.fi.& ibi Bartol.ff.ad Treb.& in l.si hæres.in prin.per Bartol.eod. tit.l.si filius.§.si filio.ff.quod cum eo.Bald.in auth.ex causa. xv.col.C.de lib.præt.& in l.j.v.col.C.qui admi.ubi dicit,quòd est similis hæredi.& in l.fi.vij.q.C.de hær.instit.& idẽ dicit in patre,cui quæritur per filij personã.& Pau.de Cast.consi.

* clxiij.ubi dicit uerum post restitutionem.* Dec.con.cccc xxxviij.nu.12.Æmilius Maria Manolessus.

Fideicommissarius grauatus restituere cui uelit,an possit restituere bastardo testatoris.Bartol.Angel.& doct.in l.Lucius.§.j.ff.de lega.j.

† Adde,quòd fideicommissarius si grauatur restituere hæreditatem ad pias causas,nõ debet detrahere nec Falcidiam,nec Trebellianicam.Communis est opi.doc.utriusq; iuris,quã tenet Spe.in tit.de instru.edi.§.compendiosè.uer.sed cum deductio.Cy.in auth.sed cùm testator.C.ad legem Fal.Bart. in l.Marcellus.ff.ad Treb.Abb.in d.ca.Raynaldus.in vj.col. ubi ad hoc allegat consilium utriusq; Raph.& Bal.in d.l.id, quod pauperibus.C.de episcop.& cleric.

Fideicommissarius emens bona sibi per fideicommissum restituenda,pendente fideicommisso,sibi non prȩiudicat.ĩ.uer. Fideicommissum remittitur.uersic.ij.

Fideicõmissarius uenit appellatione hæredis.l.si filius.ff.quod cum eo.& l.j.§.de illo.& ibi Bart.ff.ad Treb.& Ioan.de Por. contra Ioan.de Imo.in l.qui libertis.§.hęc uerba.ff.de uulg. & pup.Quod est uerum impropriè,secundum Pau.de Cast. consi.cxxxvj.& ĩ.uer.hæres.el j.uer.viij.Sed an in statuto, per Alex.consi.lxxxvij.ij.parte.

Fideicommissarius agit contra hæredem,quando est sibi facta cessio,non antè. Bar.in l.si quis seruum.§.si certam.de lega.ij.l.Imperator.in prin.eo.tit.& l.legatarius.de leg.iij.uide in Spe.de act.seu. pe.§.ij.uer.sed quando.& ĩ.eo.uer.xxvij.

Fideicommissarius habet utiles actiones ipso iure sine restitutione,quando hæres grauatus latitat,uel quando mortuus est sine hærede,uel quando à primo fideicommissario relictum est fideicõmissum alteri.l.pe.§.fi.C.ad Treb.uel quando bona sunt alienata per hæredem grauatum,ut ibi gloss. uel quando pauperes uel ecclesia sunt substituti:ut ibi per Bal.& ĩ.Pauperes.uer.xiiij.

Fideicommissarius agens tenetur probare hæredem decessisse,non autem quòd decesserit sine filijs:quia hoc præsumitur,& parti aduersæ incumbit probatio,quòd hęres cum filijs decesserit.Tex.est singu.secundum Dy.& Ang.in l.ex facto.§.si quis autem suscepit.ff.ad Treb.

Fideicommissarius primus non potest cogere hæredem adire sine secundo,si apud eum sit remansura quarta hæreditatis. l.si patroni.§.qui fideicommissa.& ibi Bart.ad Treb.sed secundus cogit hęredem adire,quando primus fideicommissarius repudiat:ut ibidem per tex.& Bar.

Fideiussor ad unum actum, non intelligitur obligatus ad aliũ, licet pro eadem persona, nec ad eundem ex interuallo factum, nisi largè se obligauerit. Bart. in l. qui in aliena. de acquiren. hæred. & est argumentum gloss. in l. quod seruus. uersi. potest. ibi: rebus sic stantibus. ff. de condi. ob causam.

Fideiussor datus simpliciter, censetur datus solũ in uera quantitate petita: unde non tenetur ad usuras, uel interesse propter contumaciam rei principalis. l. j. & ibi not. ff. de in lit. iur. & suprà eod. uer. iij. & xix. Item nec tenetur ad sumptus litis. gloss. & docto. ubi suprà. l. ij. & l. cùm apud. ff. iudic. sol. Quod est uerum, nisi fideiubeat in omnem causam. Bart. in d. l. j. & in l. ij. de publi. iudi. & in l. quæro. ff. loca. & Angel. Aret. in tract. Malefi. uer. fideiusit. Item uerum, nisi in causis arbitrarijs, in quibus etiam ad interesse intelligitur obligari. in d. l. prima. de in lit. iuran. Item nisi usuras promittat, † quod potest. infrà eod. proxi. uersic. † Et per Fran. Aretin. in d. l. j.]

Fideiussor non potest in plus obligari, quàm principalis, sed efficacius sic. l. si pupillus. de uerb. oblig. l. si ultra. & ibi Bal. C. de fideius. l. Græcè. §. illud. & ibi Bart. eod. tit. quòd tunc etiam non tenetur in eo, in quo principalis erat obligatus, ut ibi, nisi iuramentũ interueniat: quo casu tenetur ut principalis, non ut fideiussor, secundum Bartol. singu. l. si quis pro eo. ff. de fideius. & Barth. Cæp. uer. xxxviij. in sing. Et si plus promittat, non obligatur etiã in minus, uel in eo, quod principalis debet. l. Græcè. §. illud. cum gloss. de fideius. & Alexand. in l. j. §. si stipulanti. de uerb. oblig. contra Bald. in l. si ultra. C. de fideius. ubi etiam Sal. contra Bald. sed potest in plus obligari accessoriè, scilicet quo ad usuras, & quo ad pœnas per principalem non promissas. Alexand. in d. §. illud. & in l. hi qui. ubi not. eod. titu. & glo. singu. Ang. & Imo. in l. sicut. eod. tit. & Bald. in l. si pro ea. ulti. q. C. manda. in l. si testamento. §. fin. de fideiusso. & Bartol. in l. centum. de eo, † quod certo loco. † Et per Franc. Aretin. in d. l. si pupillus: in uersic. in ead. glo. ibi. & do. Pet. Philip. Corn. in consi. ccxiiij. incip. Quòd dictis. in litera D. in ij. parte.

Fideiussor debet se subscribere obligatum in eadem charta principalis obligationis. no. in l. sciendum. de uer. obli. & in l. cùm de indebito. de proba.

Fideiussor potest obligari ad æstimationem, licet reus principalis sit ad sortem obligatus. Ioan. de Pra. in l. ij. ff. si cer. pet. & Bart. in l. si ita fideiussorem. ff. de fideiusso.

Fideiussor in una causa datus, an cogatur in executione alterius causæ. in l. si quis. ff. si quis caut.

Fideiussor etiam de nocte præstari potest. gl. in l. more. ff. de ferijs. & Bal. in Marg. uer. testium receptio.

Fideiussor ad pœnam corporalem non potest obligari. Bald. in tit. de pace Constan. §. damna. in fi. Barto. & Alex. in l. iiij. de custo. reo. glo. xxiij. q. v. cùm homo. facit l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & tenet Ange. in tracta. Malefic. uersic. fideiusit. in princ. ubi etiam dicit post Bartol. ubi suprà, idem in fi- † deiussore de repræsentando. † Et per Feli. in c. contingit. in medio col.]

Fideiussor an sit, qui promittit pro alio. Bart. quòd sic, in consi. An si tertius. & Bal. in consi. Tertius promittit mihi. Item,

Fideiussor si se obliget ut principalis. in Spec. de renun. & conclusi. uer. sed si fideiussor. gl. in auth. de fideius. in prin. & Ab. in c. ij. extrà, eo. tit. & Io. de Imo. in l. hi qui. ff. eo. tit.

Fideiussor cùm præstatur, sufficit quòd exhibeatur in iudicio per eum, qui præstare debet, nec habet ultra exprimere: & si creditor non uult eum recipere, debet dicere eum non esse idoneum in facultatibus, uel propter priuilegium fori: & tunc fideiussor debet dicere. Renuncio priuilegio fori. Bartol. in l. si fideiussor. in princip. ff. qui satisda. cog. & suprà eo. uers. ix.

Fideiussor sub pœna an possit se obligare pro eo, qui tenetur purè. Bar. in l. hi, qui. ff. de fideius. suprà eo. uer. xxix.

Fideiussor potest se obligare sub guarentigia, licet principalis non sit obligatus ex guarentigia. Bartol. in d. l. hi qui. ff. de fideius. quo casu potest petere se liberari etiam ante, quàm conueniatur. Alexand. post docto. in l. fideiussor. eod. titulo. ubi dicit idem, si sit obligatus per scripturam priuatam habentem ex forma statuti executionem paratam: secundum Cy. in l. certum. C. famil. erciscun. & ibi Bald. & plenius. infrà, uer. Fideiussor agit. uer. xv. circa medium. ibi: item quando fideiussor est obligatus ex guarentigia, &c.

Fideiubens pro alio patiente, dicitur eius mandato fideiubere. l. si fideiussor. & ibi Bald. C. mandati. nisi pro re turpi fideiubeat. Bar. ibidem.

40 Fideiussor iudicij, uel contractus obligatur, etiam sine expressione causæ, propter quam obligatur. Bal. in addi. Spe. de dolo & contu. uer. pen.

Fideiussor obligatur, licet in actis dicatur, Fideiusit, &c. nec dicatur, Renũciauit, &c. quia censetur renunciasse. gl. in l. inter stipulantem. in princip. & l. cùm filius. de uerbo. obligatio. & Bartol. in l. si quis pro eo. de fideius. & Angel. Areti. in tract. Malefi. uersicul. fideiusit.

Fideiussor debet iterum se obligare in prorogatione termini: aliàs soluta est obligatio prima. l. Labeo. §. si per fideiussorem. & ibi Bartol. ff. de arbit. Vide melius per Alex. in l. ubicunque. ff. de fideius. & infrà, uer. Fideiussor liberatur. uer. iij. & uer. Fideiussor conuenitur. uer. xiij. & lxxxij. & uer. prorogatio termini. uer. vij.

Fideiubere uidetur mulier, cùm defendit eum, qui habiturus est regressum contra eam. in Speculat. de defensore. uer. sed pone.

Fideiussor quibus causis accedat, uel non, uide infrà eo.

Fideiussor dandus non est, quando principalis præsumitur idoneus præsumptione iuris, & de iure. Bald. in l. cum clericis. C. de episc. & cleri.

Fideiussor an possit accedere obligationi ciuili. l. si cui. & ibi Bal. C. de non nu. pec. in l. j. ff. de fideius.

Fideiussor accedit obligationi ad antidora. Fran. Por. in l. j. & ibi not. ff. de fideius.

Fideiussor quibus obligationibus accedat. glo. docto. & Fran. Por. in l. j. ff. de fideiusso. an in obligatione facti, in l. si quis pro eo. & ibi Bart. de fideiussoribus.

Fideiussor pro debito futuro accipi potest. l. quo tempore. & ibi Bar. in prin. ff. de peculio.

Fideiussor an possit accedere post mortem debitoris. Bart. in l. postquam. in princ. ff. ut lega. no. cauea.

Fideiussor non tenetur, quando principalis obligatio non ualet. l. si seruus. in prin. & ibi docto. & Alex. ff. si quis caut. Sed contrarium tenet Bal. in l. j. ff. de fideiuss. & Alex. in l. Marcellus. eod. tit. & infrà eo. uersic. x. & seq.

Fideiussor pro muliere mandante non obligatur, nec pro ignorante. l. si mulier contra senatus. §. j. ad Velleia. & Alexand. in l. si constante. §. j. soluto matrimonio. post Bald. in l. j. C. ad Velleia.

Fideiussor potest obligari, etiam pro eo, qui tenetur officio iudicis nobili. l. cùm quis. §. si quis pro eo. de fideiuss. uel mercenario. l. centum. & l. fin. ff. de eo, quod cer. lo. & plenè per Bart. in l. Marcellus. & ibi Alex. de fideiuss. & Alexand. in l. ij. §. si quis. qui satisda. cogan. per Bald. in l. penult. C. quod cum eo.

Fideiussor pro filio famil. per statutum prohibito obligari, potest obligari. Bal. no. in l. j. ff. de fideius. Alex. in l. Marcellus. eo. tit. Adde Cy. in l. decretum. C. eod. tit.

Fideiussor accedit constituto. Bar. in l. ij. ff. de fideiusso. & Alex. in l. j. §. fi. ff. de consti. pecu.

Fideiussor accedit etiam actioni reali, sicut officio iudicis. Bal. contra Cyn. in l. dominium. C. quod cum eo. & Alexan. in l. Marcellus. de fideius.

Fideiussor in pupillari actione non accedit. in Spec. de procu. §. j. uer. sed præcedens.

Fideiussor in criminalibus datus, si soluit pro condemnato, quo remedio repetat. Bal. in l. si cum uendente. C. ubi causæ fisca. Paul. de Cast. & Io. de Pra. in l. si quis cum procuratorio. in fi. prin. ff. de procur.

Fideiussor inquisiti, uel accusati, obligatur, si in iudicio patitur se scribi in fideiussorem, & non contradicit. suprà, Fideiussor qualiter. uer. viij.

Fideiussor

Fideiussor pro uulnere mortali tenetur de morte secuta ex uulnere. Flor. in l. ait lex. in prin. ff. ad legem Aquil. & in l. si uulnerato. eo. tit. Lud. Pon. Alex. & Bal. in l. fideiussor. §. in fideiussore. qui satisda. cog. quia in dubio uidetur promittere in omnem causam. l. si quis pro eo. §. si numos. de fideiuss. & s. uerb. Fideiussor qualiter. uersic. xvj. & per Dy. & Bart. in l. fideiussores magistratuum. de fideiuss. & Alex. in l. j. de in lit. iuran. & Bal. in l. fine. qui satisd. cog. Sed Bal. tenet contrariū in additio. Spe. de fideiuss. uer. v. & ibi Spec. uer. sed pone, T. † in §. j. dicit non teneri, si uulnus non sit lethale, aliàs sic. † Vide do. Barth. Soc. in consil. cclxxiij. incip. In præsenti uer. ij. promittūt. circa medium. in ij. parte. ubi quid, si formata inquisitione pro uulnere alicui, pro quo imponenda erat pœna centum, & demùm secuta fuerit mors, pro qua imponat pœna mille, an tunc teneatur ad illa mille.] Item,

Fideiussor ad pœnam corporalem nō potest se obligare. suprà, uerbo, Fideiussor. qualiter. uersic. xxxiiij. & Pet. de Anch. in rubr. de fideiuss. ubi etiam Ioan. de Imol. & tenet Alex. in l. si quis. de cust. reo. & per Bald. in l. j. C. ne fideiuss. doti. den. & † in l. pen. C. de pact. & in l. quoties. de noxa. † Et per Fel. in c. contingit. de sent. excom. & per Franc. Aret. in l. si quis post. in fi. de testa.

† Adde hîc, an fideiussor possit interuenire in causa criminali, uide Bar. in l. si quis reum. ff. de custo. & exhibi. reo. & Cy. in l. ad cōmentariensem. C. eod. Et conclusio est, quòd non: quia non potest quis ex contractu ad capitalem pœnam se obligare: quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & xxiij. q. v. in c. si nō licet. Sed distinguitur utrum fideiussores fuerint in dolo, & tunc pœna erit arbitraria: si extra dolum, punientur pœna pecuniaria, ad quam obligauerunt se: & si non fuit expressa quantitas, iudex arbitrabitur. Abbas in d. rub. Tu adde Barba. in d. rub. ubi allegat gl. sing. in c. cùm homo. xxiij. q. v. quòd consuetudo loci possit disponere, quòd fideiussor punietur pœna corporali. Quod est bene notandum pro illa ardua dubitatione, quæ fuit Florentiæ: quidam rebelles occiderunt ambasiatores Aretij: fuit factum statutum Florentiæ, quòd consanguinei occidentium, nisi intra certum tempus occidant, uel faciant occidere, quòd fieri potuit, quòd illi consanguinei occiderentur. Refert illam q. Pet. de Anch. in repe. c. j. de consti. & illā gl. d. c. cùm homo. allegat Bal. in c. ex rescripto. de iureiu. & in l. j. C. ne filius pro patre. & in l. si qua. ff. de his, qui sunt sui uel alie. iur. & in rub. res inter alios acta.

Fideiussor de repræsentando accusatum an liberetur, si uulneratus moriatur, Iac. de Bel. in l. sancimus. C. de fideiuss.

Fideiussor in criminali an statim exigat reum condemnatum. Bal. in addi. Spec. de sententia. uersi. Titius fideiussit. & Bar. in l. fina. C. de usur. rei iud.

Fideiubere possunt sibi inuicem inquisiti uel accusati de crimine. Bar. in l. Romanus. de tuto. & cura. da. ab his.

Fideiussor an admittatur, cùm pœna est corporalis in defectū pecuniariæ. Bar. in l. j. ff. de cust. reo. & in l. item soluit. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. uel hypo. sol. quòd sic, quando dicit statutum, quòd si reus non potest soluere pœnam, amputetur ei manus: secus, si dicit, si non soluerit. & per Bart. post Dyn. & ibi Io. de Imo. in l. ij. ff. de pub. iud. Ang. Aret. in trac. Malefi. uer. fideiussit. ij. col. & in uer. quòd fama. x. & xj. q.

Fideiussor relaxari non debet, qui ex forma statuti tenetur ad centum pro pœna, & ad alapam recipiendam pro alapa data alteri. Bart. in l. quoties. in princ. ff. de noxa. ubi etiam dicit, quòd nec per alium potest tunc defendi.

Fideiussor relaxari non debet, qui appellauit à sētētia capituli. Bar. in l. eos. §. super his. C. de appel.

Fideiussor an possit præstari per homicidam cōdemnatum pecuniariter ex forma statuti. Bal. in addi. Spec. de appel. uersi. dicit statutum, quòd homicida.

Fideiussor pro crimine capitali non tenetur ad pœnam corporalem, sed ad pœnam pecuniariā sic. gl. xxiij. q. v. cùm homo. Vide Abb. in rubr. de fideiuss. & Alex. in l. si quis. de cust. reo. & s. eo. uer. Fideiussor qualiter. uer. xxj. & xxiij.

Fideiussor in criminalibus nō habet beneficium discussionis. Lud. & Alex. in l. ij. §. si quis. in fi. ff. qui satis. cog.

Fideiussor in criminalibus causis debet præstari, etiam ab eo, qui possidet bona immobilia. Alex. post Bal. in l. sciendum. † qui satisd. cog. † Et per Fran. Are. in l. reis. in j. col. uer. utrum autem. de duobus reis.

Fideiussorem non recipiens iudex ab inquisito, uel accusato, tenetur. Bal. in auth. generaliter. ult. col. C. de episc. & cler. & Alex. in l. j. de cust. reo.

Fideiussor licet sit præstitus per citatum, tamen ex indicijs superuenientibus potest cogi ad comparēdum, captis pignoribus. s. uer. Citatus. uersic. xxxij.

Fideiussor non tenetur ad quartum plus auctum pœnę ob contumaciam condemnati intra terminum non soluentis. l. j. & ibi Bart. & Alex. ff. de in lit. iur. Quod est uerum, nisi expressim se etiā ad illud obligauerit. Bar. ibi, & Ang. Aret. in tract. Malefi. uersi. fideiussit. ij. col. Item nisi in omnem casum, uel de iudicato soluendo fideiusserit. Bart. in l. quæro. in prin. ff. loca. Sed uide omnino Bar. in l. ij. in q. an quartū plus sit pœna, uel non. ff. de publ. iud. & quod per Alex. in d. l. post Bart. ubi etiam dicit uerum, secundum Rapha. nisi una sententia feratur condemnatoria etiam in quarto pluri.

Fideiussor non tenetur ad quartum plus, quod creuit propter negationem, uel per iuramentū in litem præstitum post sententiam. Bar. post gl. in l. iij. ff. qui satisd. cog. facit. l. si ab uno. ut in poss. leg. & per Alex. in d. l. j.

Fideiussor cùm in causa criminali non reperitur à fœmina, sufficit cautio iuratoria. in auth. ut nulli iud. §. necessarium. & Ang. Aret. ubi suprà, ij. colu. Idem in causis ciuilibus, secundum doct. in l. in omnib. ff. de iud. & s. uer. Cautio iuratoria. uer. iij. & xij. Sed secus in causis criminalibus, quo ad homines masculos. Bald. in addi. Spec. de accusa. uersic. in causa criminali.

Fideiussor non debet relaxari cōdemnatus ad soluendum, nisi dentur fideiussores de soluendo. Odofr. & Bart. in l. neq; impuberes. §. j. ff. de in ius uoc. Bal in l. fin. §. in cōputatione. de iure delib. per l. si pecuniæ. in fi. ut in pos. leg. l. his cōsequenter. in fi. ff. fam. erc. Lud. in sing. uerb. Fideiussor. uersic. quæro, quidam. Item nec qui post bannū captus est. l. lege. cum gl. & ibi do. And. in apostil. ff. ad Syllanianum.

Fideiussor si recusetur à iudice, quādo pro crimine reus est relaxandus fideiussore, tenetur reo iudex actione iniuriarum. Bar. in l. si uerò pro cōdemnato. §. j. ff. qui satisd. cog. & Ang. Aret. ubi s. ij. col.

Fideiussor in criminalibus datus liberatus per sententiam absolutoriam latam pro reo principali, non potest obligari per statutū postea cōditum, quòd processus reuideantur iterū: quia licet postea principalis condemnetur per reuisores, nō tenetur amplius fideiussor, qui sit aliàs per sententiam liberatus. Bar. in l. fi. ff. de pactis. Ang. Aret. ubi s. uersi. pen.

Fideiussoribus an & quando sit quis relaxandus pro crimine. in Spec. de accus. §. j. uersic. sed pone. & uersic. cùm autem. & uersic. præmissa. & Bal. in l. eos. §. super. C. de appel. quòd nō pro crimine capitali: aliàs sic, etiam clericus. s. Clericus conuenitur. uersic. xxxix.

Fideiussor dotis restituendę soluto matrimonio dari potest per uirum. Bar. in l. generali. post gl. in l. j. C. ne fideiuss. dot. den. l. si constante. §. quoties. & ibi doc. & Ioan. de Por. sol. matr. Ang. in l. j. C. ne fideiuss. dot. den. & gl. in l. creditor. §. j. ff. mandati. quæ limitat d. titulum, ut habeat locum in uiro, non in uxore: unde & pro dote danda datur. Bar. ubi s. Vide in Spec. de dote post diuor. resti. §. ij. & omnino per Alexan. in d. §. quoties. ubi limitat uerum, nisi fideiussor de dote reddenda præstetur ante nuptias, casu quo matrimoniū non sequatur, per l. Titio. §. Titio genero. uersi. sed cùm ante nuptias. de condi. & demon. Item nisi cum iuramento: ut ibi, & infrà eod. uersi. vj. Item nisi sponte detur. Iac. de Aret. & Cy. in l. ij. contra Bart. C. ne fideiuss. dot. den. & Ioan. Andr. in Spec. de dona. inter uirum. §. pen. uer. illud. secundum Alexan. qui tenet contra Bar. ubi suprà. Item nisi † dos sit data ab extraneo. Alex. ibi. & Bart. in l. ij. vj. q. † Vide Alexan. in d. §. quoties. ubi plenè examinat, & plures fallentias ponit.

Fideiussor pro dote, si non est datus, sed expromissor, & maritus eum promisit conseruare indemnem, non propterea ꝓbatur fideiussio, & simulatio, ut tenet Alex. in l. si constante. §. quoties. solut. matr.

Fideiussor ut in fraudem legis detur pro dote contra titul. ne fideiuss.

fideiuſ.do.den. cautela eſt, quòd Titius marito abſente obliget ſe pro dote ſeruanda, & reſtituenda. Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties. ſolu. matr. ubi tamen non bene firmat eam traditam per Paul. de Caſtr. conſil. clvij.

Fideiuſſor pro dote conſeruanda, uel reſtituenda, non eſt dandus. Alex. plenè poſt doct. in l. ſi conſtante. §. quoties. ſolut. matr. & in l. ſi cùm dotem. §. ſi mulier. eod. tit. ſed poteſt dari expromiſſor, uel delegari poteſt debitor pro dote. Alex. poſt Ang. & Moder. in d. §. ſi mulier. ubi dicunt uerum, niſi expromiſſor, uel delegatus debitor eſſet diues, & ſoluendo: ut ibi per Ang. Imol. & Alex. qui etiam ponit plenius in d. §. quoties. ubi uide: & ibi dicit ualere, etiamſi uir promittat eum conſeruare indemnem.

Fideiuſſor dotis ex nudo pacto obligatur. Bald. in l. fina. C. ad Velleia. & Alex. in l. v. §. j. de uerbo. oblig.

Fideiuſſor de dote cõſeruanda per maritũ non debet dari. l. j. & ij. C. ne fideiuſſ. do. den. niſi ſit pauper, & uergat ad inopiam. c. per ueſtras. de dona. inter ui. & uxo. & Bart. in l. ſi conſtante. §. quoties. & ibi Alex. §. ſi pater. ſolut. matr. Item niſi cum iuramento: ut per doct. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. Io. de Imol. in c. cùm contingat. lvij. charta. de iureiur. x. membro. & ibi Abb. ad fi. & Paul. conſil. clxij. uel ſeq. & in d. l. ſi cõſtante. §. quoties. ſolu. matr. & in d. l. ſi quis pro eo. contra Anto. de But. in d. c. cùm contingat. & contra Bar. ibi in ij. col. contra quem tenet Paul. de Caſt. conſil. clxviij. ubi plenè loquitur. Item niſi coniunctus, uel extraneus principaliter ſe obliget pro dote, non ſimul cum marito, ſecundum Paul. in d. conſil. & in conſilio præcedenti. Item niſi duo fratres, uel pater & filius, per Bar. & Alex. in d. §. quoties.

Fideiuſſor dotis eſt triplex, per Bald. in l. dotis cauſa. in fin. ff. ſolut. matr.

Fideiuſſor in dotem dari nõ poteſt, ſed correus ſic, ſcilicet principalis. in Spec. de do. inter uir. & uxo. §. ij. uerſic. illud quoque. & ibi Bal. in addi. uerſic. ij. & Bart. in l. fin. in fi. C. de do. cau. non nu. ubi not. Quod tene menti pro cautela dotis. & plenè per Alex. in d. §. quoties. ubi Bart.

Fideiuſſor pro dote an dicatur, qui promittit tempore contracti matrimonij ſe obligare pro dote. Paul. de Caſtr. in conſil. clxvij. & clxiij.

† Fideiuſſores duo, puta pater, & filius, quando promittunt dotem filiæ, ille, ad quem pertinet totum negotiũ, ſeu onus dotandi, intelligitur principalis, & alter fideiuſſor. d. Pet. Phil. Cor. in conſil. cxxiij. incip. Viſo: in litera C. in j. parte.

Fideiuſſor ſocietatis an, & ad quæ teneatur, uide Pet. de Peru. in trac. Societa. xv. parte. iij. q. in iiij. col.

Fideiuſſor ſocij an teneatur in ſolidum, uide ibidem ij. col. Et dic, quòd ſic. l. uerum. & ibi Bar. ff. pro ſocio.

Fideiuſſor ſocij non habet beneficium competens principali, ſcilicet ne teneatur ultra, quàm poſſit. d. l. uerum. Sed cautela eſt, quòd faciat reum principalem cõparere, qui ſuſcepto in ſe iudicio opponat exceptionem prædictam. Bar. ibi.

Fideiuſſor ſocietatis an teneatur finita ſocietate. ibidem. Pe. de Peruſ. in d. xv. parte. iij. col.

Fideiuſſor de euictione datus nõ poteſt petere ſe eximi ab obligatione, niſi re euicta, niſi fortè diu ſteterit obligatus. Bal. & Io. de Imol. in l. facere poſſe. ff. ſol. mat. Cy. in l. ſi pro ea. C. manda. & ibi Bal. contra. Sed Bart. in d. l. facere. tenet, quòd etiamſi diu ſtetit obligatus, non agit ut liberetur, niſi prius euincatur. & Bald. in l. ſi pater. de colla. & Io. And. in addi. Spec. de iud. §. ſpecialia. uer. ſi uerò. in prin. Item per Alex. in l. Lucius. ff. mandati. dicit poſt Bald. in d. l. facere. quòd põt petere ſe liberari à promiſſiõe, nõ ab obligatiõe.

Fideiuſſor de euictione efficitur, & conueniri poteſt ex proceſſu agitato contra principalem, etiamſi ipſe nunquam fuit citatus ad illum proceſſum. l. authorem. & ibi Bal. C. de euictio.

Fideiuſſor pro euictione obligatus an teneatur de euictione, quando uenditor ipſe agit contra emptorem cõdictione ex lege. l. ij. C. de reſcind. uenditio. Item,

Fideiuſſor pro euictione an teneatur de euictione, ſi uenditor ſit reſtitutus aduerſus cõtractum uenditionis. Bar. quòd ſic. in l. j. C. de fideiuſ. mi. uide gl. in l. ij. eo. tit.

Fideiuſſor de euictione non tenetur, quando contractus uenditionis eſt contra legem. l. cùm lex. & ibi doct. de fideiuſ. Alex. conſil. xc. iiij. parte.

Fideiuſſor de euictione obligatus habet electionẽ an uelit reſtituere feudum euictum, an intereſſe. l. ſi fideiuſſor. ff. de doli. excep. & Bar. in l. ſi inſulam. iij. oppo. ff. de uerb. oblig.

Fideiuſſor de euictione debet præſtari per obligatum ad dandum, quando dat. j. uerb. Obligatus. uerſic. xxxvj.

Fideiuſſor de euictione quomodo præſtetur. Bart. & Alex. in l. j. §. ſtipulationũ. ff. de præto. ſtipu. & in l. fi. ff. de reſcin. uend. ubi dicit dandũ eſſe pro omni euictione à quocunq; facienda. Quod etiam tenet Bar. in l. pen. §. fi. ff. de peri. & commo. rei uend. & in l. ſi poſt. C. de euict. ubi etiam dicit Bart. quòd actor & emptor debent iurare, quòd nõ fraude agant. Item,

Fideiuſſor de euictione dari debet, quando euictio imminet in limine contractus. l. ſi poſt. C. de euict. & Bar. in l. j. C. de bo. mat. l. pen. §. ante. de peric. & commo. rei uend. Bal. in l. ij. §. non idcirco. C. de contrahen. emp. ubi etiam dicit non dari, ſi actum ſit, ne detur. Item nõ debet dari, niſi ſit euicta. d. l. ſi poſt.

10 Fideiuſſor pro euictione ſi offeratur nouus, quando primus non uult amplius ſtare in obligatione, an detur creditori inuito. Bald. in l. ſi pater. C. de colla. & in l. j. §. j. ff. ſi cert. petat. Ang. in Repertorio. uer. Venditor dicit, quòd nõ, ſed uolenti dandus eſt æquè idoneus.

Fideiuſſor de euictione poteſt appellare à ſententia lata in cauſa euictionis. l. à ſententia. iij. reſponſo. & ibi Bar. ff. de appe. & j. Fideiuſſor appellat. uerſic. iij.

Fideiuſſor de euictione per uenditorem non eſt dandus, niſi actum ſit. gl. in l. pacta cõuenta. de contrahen. empt. l. emptori duplam, in prin. de euict. quo caſu debet dari idoneus. Et quid ſi fuerit actum de dando certum hominem, & ille noluit fideiubere, uel deceſſit: uide in Spec. de emp. & uend. §. j. uer. ſed quid ſi in inſtrumento. & uer. præce. & uer. ſeq. l. nõ idcirco. & ibi Bart. de contrahen. empt. nec debet dari non ſubditus. Io. de Pra. in l. neq; fœminis. ff. de procur. arg. l. ſi fideiuſſor. qui ſatiſd. cog.

Fideiubendi de euictione pro minore uendente quę ſit forma, uide in Spec. eo. tit. §. iiij. in prima forma.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti an liberetur, ſi reus ſiſtendus in iudicio deceſſit antè, quàm fideiuſſor ipſum ſiſteret. Bart. poſt gl. quòd ſic, in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſda. cog. ſi fuerit adiecta pœna, aliàs non: ut ibi, & in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. de uerb. oblig. unde non tenetur ſiſtere hæredem, ut ibi not. Alex. l. ſancimus. ad fin. C. de fideiuſſ. Item uerum eſt, ſi deceſſerit ante moram. ibi.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti nõ uolens ſiſtere reum, qui fugit, uel eſt abſens, ſit cautus, ut euitet pœnam, ut offerat ſe paratum eum defendere, dummodo non requiratur præſentia eius. Caſus ſing. in l. ſi eum. in prin. & ibi Alex. ff. ſi quis cau. & in l. ſancimus. uer. & ſi quidem. C. de fideiuſ. & j. in Spec. de accuſ. uer. ſed quid ſi.

Fideiuſſor de repræſentando idoneus eſſe debet, niſi ſit cõiuncta perſona. l. j. & ibi doct. & Alex. ff. in ius uoc. ut eant.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti debet de nouo præſtari per hęredem defuncti ſiſtendi. not. Bald. & Alexan. in l. ſi deceſſerit. qui ſatiſda. cogan.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti, uel de ſoluendo, tenetur ſoluere, ſi bannitus ſit is, quem ſiſtere promiſit. infrà uerbo, Promittens. uer. lv.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, nõ tenetur ad quartum plus propter contumaciam, uel negationem principalis. Bart. in l. j. ff. de in litem iuran. niſi una ſententia tantùm feratur condemnatoria, & in quarto pluri, ſed Raph. & Alex. ibi.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti non dicitur propriè fideiuſſor. no. in gloſſ. in l. ij. §. ſi quis. ff. qui ſatiſda. cogan. ſed ibi Alex. tenet contrà, ſecundum omnes doct. uide gl. & Bal. in rubrica. C. de fideiuſſ.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti habet beneficiũ diſcuſſionis, ut plenè per Alex. poſt Bald. Paul. & Lud. in d. §. ſi quis. ubi dicit uerum in ciuilibus, nõ in criminalibus. Item dicit uerum in ciuilibus, ſi conueniatur ad intereſſe, & præcedat obligatio principalis: ſecus, ſi cõuenitur officio iudicis ad ſiſtendum, ſecundum Bald. ibi. Item,

Fideiuſſor de iudicio ſiſti ad intereſſe conueniri debet uia ordinaria, ſed executiuè ad ſiſtendum. Ang. & Rapha. & Paul. de Caſtr.

Castr.in l.ij.§.in fideiussorem.& ibi Alex. qui satisd.cog.Interesse autem probatur probando debitum principale. Ale. in d.§.& l.iij.eo.tit.

10 Fideiussor de iudicio sisti,potest esse filius pro patre. s. Fideiussor quis.uer. xiiij.

Fideiussor de iudicio sisti pro deportato,liberatur per deportationem.no.in l.natura.& ibi Bart. qui satisd.cog.Quod uerũ est,nisi in casu,quo deportatus potest stare in ciuitate : ut in l.is,qui reus.de publi.iud. secundum Ang.& Alex.in l.si decesserit.qui satisd.cog.

Fideiussor de iudicio sisti, & de prosequẽda lite, usq; ad finem, debet præstari etiam per actorem,licet immobilia posidentem.Alex.in d.l.de die.§.j.in fi.qui satisd.cog.per auth. generaliter.C.de episc.&.cle.& Alex.in l.sciendum.qui satis.cog.

Fideiussor de iudicio sisti,non potest peti post litem contestatam.s.uer.Cautio de iudicio sisti.uer.iiij.

Fideiussor de iudicio sisti liberatur succedendo actori , uel econtrà,& alius est præstandus. l. de die.§. si fideiussor. qui satisd.cog.

Fideiussor promittens sistere aliquem in iudicio, non uidetur prorogasse iurisdictionem, & renũciasse priuilegio fori.no. in l.j.& ibi Alex.si quis in ius uoc.non ie. nisi promiserit parere mandatis curiæ illius iudicis.Bald. Paul.Rapha.& Ale. in d.l.j.

Fideiussor actoris de prosequenda lite præstitus à procuratore sine mandato,liberatur per superueniens mandatũ.Ang. & Alex.in l.Iulianus.qui satisd.cogan.

Fideiussor si promittit simpliciter repræsentare,uel toties,quoties,uel semel,rursus,& iterũ,uel ad omnem iudicis uoluntatem,quando liberetur,omnino per Alexan. post Paul. de Cast.& Lud.in l.si finita.in prin.de dam.infect.& j.e.uer.xx.

† Et per Fran.Aret.in l.duob. reis.de iureiur.§.si ei, qui.& perdo.Alex.de Imol.in consil.cxliij.in j.col.in ij.parte.]

Fideiussor de præsentando non respectu alicuius litis, tenetur perpetuò ad presentandum.Bald.in l.iij.ff.qui satisd.cogan. Sed Bart.contrà in l.pen. C.de fideius.quòd si non fuerit requisitus intra duos menses, si non exhibeat, liberatur : uide ibi,& in l.sancimus.eod.tit. Sed Bart.ubi s.dicit de quatuor mensibus.

Fideiussor de iudicio sisti,an liberetur perempta instantia, uel actore non prosequente. Alex.in d.l.iij.& Bart. in l.grege.§. & post lit.in d.l.cùm apud.iud.solui.

20 Fideiussor de repræsentando,& faciendo omnia,quæ in iudicio sunt facienda,non tenetur repræsentare post sententiam,secus si toties, quoties iudex uoluerit. Alex. in d.l. iiij. Bart.in l.si quis reum.de custo.re.per Alex. in l.legem.de fideiuss.& Bald.in d.l.iij.Sed Bald.aliter loquitur in l.qui crimen.C.qui accusa.non pos. Et quid si promisit præsentare quandocunq;.Alex.in d.l.iij.& s.uer.clausula, Pœna toties. uer.pen.in clausulis Contractuum.

Fideiussor de defendendo,non tenetur post sententiam.l.cùm quærebatur.& ibi Bart.in fi.prin.iud.sol. Alex.post Paul.de Castr.in l.Græcè.in prin.de fideiusso.

Fideiussor de repræsentando laicum coram iudice laico, non tenetur repræsentare illum factum clericum. Card. in cle.j. ix.q.de censi.

Fideiussor de iudicio sisti tenetur ad pœnam,si nõ sistat,& pœna non sit apposita.l.fi.& ibi doct. & Alexan. ff. si quis in ius uoc.non ier.

Fideiussio de iudicio sisti coram iudice incompetenti, non ualet.Bal.& Alex.in l.ij.§.si quis.ff.qui satis.cog. Idem dicunt, quandocunq; iudicium nõ ualet,uel si præstetur excommunicato,uel bannito prohibitis agere.

Fideiussor de iudicio sisti, & de parendo mandatis curiæ, non tenetur post sententiam.Bal.in Spec.de reo.j.col.& Alex.in l.Græcè.de fideiusso.& in l.si quis. de custod.reo. & melius in l.si finita.in prin.de damno infect.

Fideiussor de præsentando liberatur per primam præsentationem,quando promisit pro absente. Alex.in d.l. Græcè. & in consil.xv.iiij.parte.Paul.de Castr.in l.duobus.§.j.de iureiuran.& Ioan.And.in Spec.de accus.in addi.Odof. Vide etiam Paul.de Castro omnino in l.ij.§.finali.ff.qui satisd.cog.& ibi Alexand.qui tenent idem.& in l.si finita. in princ. de damno infecto.

† Et per Fran.Aret.in l.duobus reis.§.si ei,qui.de iureiur.]

Fideiussor liberatur, si præsentatus fugit de carcere. Bald.in l. qui crimen.x. col.qui accusa. non pos.& Alex.in l.si quis.de cust.reo.

Fideiussor si promittit de iudicio sisti,uel præsentare certo loco:uide in Spec.de dolo & contuma.§.ij.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur se obligare sub pœna.l. iij.§.fin.ff.qui satisda.cogan. & suprà uerb. Fideiussor qualiter.uer.xxj.

30 Fideiussor aliquis est de iudicio sisti usq; ad sententiam, de quo in auth.offeratur.C.de lit.contest.& in l.j.qui satis. cog. Aliquis est qui datur nuncio, uel officiali de eundo ad iudicium: de quo in l.j.ff.si quis in ius uoc.nõ ierit.& in l.j.in ius uoc.ut eant.Ita Bart.in d.l.j.si quis in ius uoc.non ierit. nec debet sistere negotio transacto.in Spec.de salar.§.iij. uersic. sed pone.

Fideiussor de soluendo po. liberatur, licet principalis mutet statum.Bart.in l.capitis. de fideiuss. & Alex. in l. si uerò.qui satisda.cogan.

Fideiussor de iudicio sisti an conueniatur prius, quàm principalis.Ang.in auth.de fideiuss.in prin.colla.j.

Fideiussor de iudicio sisti an detur post sententiam : & quid de fideiussore de parẽdo mandatis curiæ.in Spec.de reo.uersi: sed quid,si quis generalius.& per Alex.in l.si finita.in princ. de dam.infect.& not.in d.l.Lucius.

Fideiussor de iudicio sisti an petat se liberari ante tempus.in l. si mandato.ff.mand.quòd sic.& Bal. in l. si pro ea.j.oppo.C. eo.tit.contrà tenet Bal.in d.l.si mandato.Lud.in l.Græcè.in fi.de fideius.Alex.in d.l.Lucius.

Fideiussor de iudicio sisti tenetur sistere usq; ad sententiam, si actor litem prosequitur:aliàs tantùm tenetur sistere usq; ad sex menses. gloss. & Bart.in l.iij. ff. qui satisd. cogantur.& l. sancimus.C.de fideiuss.no.in l. Græcè.ff.eod.tit. Vide Bart. in l. si quis reum. de custo.reo. & infrà eodem uersic.xxxvj. imò ad duos,secundum Bar.& Alexan.in d.l.iij. sed aliter loquitur Bar.in l.pe. C. de fideius. Bald.in l.qui crimen.C.qui accus.non pos.

Fideiussor de iudicio sisti, debet possidere immobilia. not. in auth.de exhi. reis.§.sancimus.col.v.secũdum Gul. uide per Bar.l.j.& ibi Alex.in l.possessor.qui satisd.cog.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur sistere post sententiam eum,qui est cõdemnatus,& pro quo fideiussit.l.Græcè.post litem.ff.de fideiusso.Bar.in l.si quis reum.de custo.reo. Bar. in l.iij.qui satisda.cogan.l.cùm apud.& ibi Bart.iud. solui.& Bald.in addi.Spec.de accus.uer.no.qualiter.l.cùm apud.iudica.sol.Idem in promittente aliquem sistere, per Alex.in l. eum,pro quo.de in ius uocan.& in l.j.si quis in ius uoc. non ierit.Vide Bald.in addi.Spec.de reo.j. colum. & Alexan. in d.l.iij. Quod est uerum, siue à sententia sit appellatum, siue non,secundum Bald.in addi.Spec.de appel.uer. quidã promisit. Quod est uerum,nisi obligauerit se ad sistẽdum quandocunq;,& coram quocunq; iudice, & in causa appellationis,secundum Angel.Aret. in tract. Malefic.uer.fideiussit.j. col. Sed Bald.in l.Iulianus.vj.col.qui satisda.cogan. sing.dicit,quòd si est appellatum,& prima sententia est simpliciter cõfirmata,cùm ex prima detur actio, fideiussor tenetur etiã in causa appellationis. Secus, si sententiæ iudex appellationis aliquid addidit,uel detraxit: quia tunc agitur ex secunda,fideiussor non tenetur. Item fideiussor prædictus liberatur,sublato iudice,coram quo fideiussit.d.l.cùm apud.iudicat.solui.quæ habet locum,etiamsi iuramentum interuenit, secundum Bald.in d.l.Iulianus.vj.col.per gloss.no. iij. q.iiij. quod bene:nec tenetur sistere coram successore iudicis, nisi dictum sit, uel nisi promiserit sistere ad mandatum curiæ.d. l.cùm apud.& ibi doct.& tenet Abb.antiq.in c. præterea.de testib. & Bald.in Mar.uer. promittens. uer.ij.allegat l.j.iud. sol.& tenet Gofr.Ioan.An.& Butr.in c.j. quod me. causa. & do.Phil.in c.ad hæc.de appel.& uide in Spec. de reo. uersic. sed quid si generalius.

Fideiussor de iudicio sisti,& iudicato soluendo procuratore Titij,aut pro substituendo ab eo,tenetur pro utroq;. Bald.in l. cùm quidam.C.de uerbo.signifi.

Fideiussor de iudicio sisti qualiter recipiatur, & de eius materia,uide in Spec.de satisd.§.ij.

Fideiussor

Fideiussor de repręsentando aliquem in iudicio quando teneatur, si nō repræsentat. in Spec. de accus. §. j. uersic. quando autem. & in §. vj. uer. sed si dedit. & seq. & s̄. eo. uer. xvij. cum tribus seq. ubi uide, quid si nō possit repræsentare. & s̄. eo. uer. † v. xj. & xxvij. † Et Dy. consil. xxix.

Fideiussor de repræsentando, an teneatur repręsentare bannitum, uel excusetur, dum bannum durat. in Spec. ubi s̄. uersi. item quæritur. ecce. & not. in l. sed si quis. §. rei capitalis. ff. si quis cau. & in l. si decesserit. qui satisd. cogan. & in Virgiliana, tit. de comparatione. iij. col. quòd si ante latum bannum sit præceptum de repræsentando, debet repræsentari, non si pòst: ut ibi. & uide omnino Bar. in l. si uerò pro cōdemnato. in fi. principij. ff. qui satisda. cog. ubi dicit, quòd non liberatur, si opera sua fuit bannitus reus repræsentandus: aliàs sic, nisi quādo bona banniti nō essent publicata: ut ibi plenius per Bar. & melius per Alex. & Bar. in l. capitis. de fideiuss.

Fideiussor de repræsentando an incidat in pœnam, si principali non sit factum præceptum pœnale de se repræsentando. Bal. in addi. Spec. de do. & contu. uer. ij. ubi sing. loquitur.

Fideiussor de repræsentando aliquem sub pœna corporali, nō potest obligari. Bar. in l. iiij. ff. de custo. reorum.

Fideiussor de repræsentando aliquem cogitur tam actione ad interesse, quàm officio iudicis, ut repræsentet. Bar. in l. eum, pro quo. ff. de in ius uocando.

Fideiussor de repręsentando intra decem dies, an constituatur in mora, si ei nō præcipiatur, quòd repræsentet intra decem dies. Paul. de Castr. in consil. clxvj.

Fideiussor si promittat de iudicio sisti, uel præsentare certo loco, uide in Spec. de do. & contu. §. ij.

Fideiussor iudicatum solui pro Titio, uel eius procuratore, debet soluere pro utroq;, secundū Bal. in l. cùm quidam. C. de uerborum significa. & qualiter obli† gatur. Bart. in l. j. in fi. ff. iud. sol. † Vide textum, & ibi Bart. & Paul. in l. cùm apud. ff. iud. solui. & in l. ij. C. de proc. Glos. ibi.

Fideiussor iudicatum solui debet etiam defendere, & iudicio sistere. l. iudicatum solui. ff. iud. solui. Io. de Pra. in l. si defunctus. §. fina. ff. de procurato.

Fideiussor iudicatum solui tenetur etiam ad usuras. Bart. in l. † quæro. in prin. ff. locati. † Et per Fran. Aret. in l. j. de in litem iuran.

Fideiussor iudicatum solui cōuentus potest petere terminum ad denunciandum domino principali, qui ueniat defensurus: Casus est in auth. ut om. obe. iu. pro. secundū unam lect. & Ang. col. vj. in iiij. col.

Fideiussor iudicatum solui potest conueniri etiam coram iudice rei principalis. Bal. in addi. Spec. de compe. iud. ad. uer. laicus. Item,

Fideiussor iudicatum solui in una instantia datus non tenetur, si iudicatur ex alia instātia. l. si quis alio. & ibi Bar. ff. de iud.

Fideiussor iudicatum solui habet beneficium diuisionis. Bal. in l. fi. ij. col. C. de usur. rei iud.

Fideiussor iudicatum solui parēre mandato iudicis, non tenetur parēre mandato successoris: secus, si ꝓmisit parēre mandato curiæ. Gof. Io. And. & Ant. de Butr. in c. j. quod met. causa. & Phil. in c. ad hoc. de appel.

Fideiussor iudicatum solui patitur executionem paratam. Bal. in addi. Spec. de sententia. uers. quare fideiussor. Bar. in l. j. ff. iud. sol. Secus, in fideiussore contractus: ut ibi per Bart. & s̄. Executio sententiæ. uer. lxxxiij. & lxxxv.

Fideiussor iudicij, uel contractus, obligatur etiam sine expressione causæ, propter quam obligatur. Bald. in addi. Spec. de dolo & contu. uersic. pen.

Fideiussori iudicatum solui nocet sententia lata contra principalem. j̄. Sententiæ effectus. uersic. xxj.

Fideiussor iudicatum solui post litem cōtestatam non petitur. s̄. uer. Cautio, iudicatū solui. uer. iij. & melius in uerbo, Cautio, de iudicio sisti. uersic. iij.

Fideiussor iudicatum solui coram iudice incompetenti, nō ualet. Bal. & Alex. in l. ij. §. si quis. qui satisd. cogan.

Fideiussor iudicatum solui datus in causa criminali non tenetur in causa appellationis, nisi aliud actum sit. l. cùm apud. iudic. sol.

Fideiussor iudicatum solui tenetur etiam in iudicio sistere. s̄. Cautio iudicatum solui. uer. iiij.

Fideiussor iudicatum solui nocet sententia cōtra principalem etiam cōtumacem lata. l. iudicatum. j. & l. cùm quærebatur. iud. sol. & j̄. uer. Sententiæ effectus. uer. xxj.

Fideiussor indemnitatis etiam de iure Digestorum facta renunciatione non cōuenitur, nisi discusso principali. Bart. in l. quæro. in prin. ff. loca. & in l. j. C. de conue. fis. debi. lib. x. & s̄. uer. Discussio. uer. xiiij. circa medium. ibi. item nec quando est renunciatū, &c. j̄. Fideiussor officialis. uer. ij.

* Fideiussor, cùm aliquem indemnem se præstiturum promittit, se ea, quæ debitor soluere non posset, præstaturum, promittere uidetur. l. j. C. de conuen. fis. deb. lib. x. l. ij. C. de sent. quæ sine cert. quant. gloss. & Bart. in l. curatores. §. fin. C. de admi. rer. ad ciui. pert. Bald. & Salic. in l. si pro ea. C. mand. Iac. Philip. Port. Imol. consil. clxxvj. nume. 21. & 38. Æmilius Maria Manolessus.

Fideiussor indemnitatis ad quid teneatur. no. in l. ij. C. de sent. quæ sine certa quanti. profe. quod tenetur defendere. j̄. Indemnitas. uer. iij. & seq.

Fideiussor indemnitatis pręstitus syndico ne denunciet maleficium, non obligatur: quia non ualet promissio. j̄. Promissio. uersic. xcix. & uer. Syndicus denunciat. uer. xvij. Secus in iudice. j̄. uer. Iudex punitur.

Fideiussor indemnitatis obligatur statim, sed exactio suspenditur. Bald. in l. j. de conue. fis. debi. lib. x. & Alex. consil. xxxj. iiij. parte.

Fideiussor indemnitatis si præstetur, sufficit, quando socij diuidunt mercantias locorum cum creditis, & debitis singulorum locorum, nisi sit lata sententia condemnatoria, uel nisi sit obligatio ex scriptura habente executionem paratam. Ang. & Alex. in l. frater à fratre. de condict. indeb. Adde Bal. in l. certum. C. fami. ercisc. & Bart. in l. fideiussor cum uenditore. de fideiuss.

Fideiussor indemnitatis potest peti per obligatum ad certum diem, si superuenerit noua causa suspicionis: aliàs non: licet possit ille se liberari ante diem petere. Alex. in l. Lucius. ff. mandati. & in l. facere. sol. matr.

Fideiussor indemnitatis est præstandus per tutorem ex forma statuti: & si tutor eum non inueniat, non excusatur tutor. Bal. in consil. Considerandum est, quòd fideiussor. & Alex. in l. Lucius. mandati. Item,

Fideiussor indemnitatis creditori uolenti liberare alium fideiussorem, præstari debet fideiussori ipsi per debitorem. l. si mandato. §. j. & ibi Bal. ff. mand. Cyn. & Bald. in l. certum. fa. ercisc. & Alex. in l. facere. sol. matr. contra Bal. in consil. Considerandum est, quòd fideiussor, &c. ubi dicit contrariū, nisi causa noua suspicionis in debitore superuenerit.

† Fideiussores, qui iurant creditorem indemnem seruare, iuramentum seruare tenentur. Fel. in c. ex rescripto. in prin. de iureiur.]

Fideiussor indemnitatis de alio foro si præstatur. Bal. in l. ij. per quas perso. no. acquir.

Fideiussor de indemnitate officialis non tenetur de falso. Bart. in l. si quis uxori. §. si fugitiuus. & Alex. ff. de fur. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ix. q. ff. de off. procon. & lega. Adde Bal. in l. j. C. de cond. ob tur. causam.

Fideiussor indemnitatis præstitus uniuersitati, non tenetur singulis de uniuersitate, ut quia unus ex ea sit derobatus: nam pro tali derobatione nō tenetur fideiussor. Bar. in l. j. in prin. ff. de magi. conue.

† Fideiubere aliud est, & aliud promittere quem indemnem conseruare. Fel. in d. c. ex rescripto. de iureiur. circa fi. in uer. ex. gl. circa medium. uer.]

Fideiussori indemnitas si præstetur, uel promittatur, qualiter instrumentum conficiatur. in Spec. de fideiuss. §. ij.

Fideiussor minoris non restituitur, nec restitui uidetur, nisi dolus accesserit contractui. l. j. & ij. C. de fideiuss. mi. in Spec. de execu. sent. §. iij. uer. quid si sententia.

Fideiussor minoris potest petere restitutionem in integrum, etiam inuito principali suo. Bar. post gl. in l. fi. & ibi Bald. C. de fideius. mi.

Fideiussor minoris læsi sui facilitate, & restituti, non gaudet beneficio restitutionis concessæ minori: secus, si esset læsus dolo aduersarij. l. fi. & ibi Bar. C. de fideiuss. mi. Item,

Fideiussor

Fideiussor an petat sibi concedi restitutionem, quæ cócessa est suo principali minori. Bald. in l. ij. C. de fideiuss. mi. Bart. ibi in l. fi. post gl. dicit quòd debet aliam petere pro se, nec sufficit sibi ea, quæ concessa est minori.

Fideiussori minoris an succurratur, not. in l. j. & ij. ff. de fideiuss. mi. & in l. Marcellus. de fideius. per glo. & in l. si minor. & ibi gl. & Bar. ff. de proc. & gl. in l. iij. §. sed utrum. ff. de mino.

Fideiussor minoris nõ habet actionem mandati. l. si uerò remunerandi. §. si adolescens. & ibi Bart. ff. mand.

Fideiussor datus à patre minoris an possit defendi per ipsum minorem. in Spec. de defensore. uersic. sed pone.

Fideiussor minoris an uideatur restitutus ex restitutione minoris. in Spec. de execu. sent. §. iij. uersic. quid si sententia. & s̄. eo. uersic. iij. & tit. de restit. in integr. §. ij. iuxta prin. & §. fi. uer. hoc quoq;.

Fideiussor minoris uendentis sub qua forma obligatur. in Spec. de emptio. & uend. §. iiij. in prima forma.

Fideiussor pupilli, qui sine tutore compromisit, tenetur ad pœnam compromissi. j̄. Pœna compromissi. uersic. xxxij.

Fideiussor pupilli nõ habet priuilegium, quod habet pupillus. Bart. & Alex. in l. quæsitum. §. fi. ff. de priui. cred. & per Bart. in l. quia tale. soluto. matr.

Fideiussor pupilli, quem tutor liberare promisit, potest liberari à tutore, pupillo recusante. Io. de Imol. & Alex. in l. usufructu. ff. sol. matr.

Fideiussor tutoris non tenetur de gestis per tutorem finita tutela. l. Lucius. §. Paul9. ff. de admi. tu. l. tutor pro. & ibi Bart. ff. eo. tit. Et an unus pro omnibus tutoribus. in l. si duo. & ibi Bar. ff. de admi. tu.

Fideiussor tutoris non potest esse tutor pupilli. Ang. in auth. ut hi, qui perhi. obl. res mi. in fi. prin. col. vj.

Fideiussor tutoris qualiter extrahatur de damno. Bal. in l. quanquam. C. de sent. quæ sine cer. quanti. profe. ubi dicit, quòd eo ipso, quòd alter æquè idoneus offertur. Bald. in l. Labeo. §. si per fideiussores. de arbitr. Adde j̄. Fideiussor agit. uersic. xv. ante fi. ibi: item quando fideiussit pro tutore, &c. ubi dicitur an fideiussor tutoris petat, durante tutela, se liberari.

Fideiussor tutoris tenetur in subsidiũ. l. j. & ibi Bar. ff. de magi. conue. uide in l. ij. per gl. & Bar. ff. de adm. tu. Item,

Fideiussor tutoris non debet esse de necessitate tantum diues, quantum pupillus. Bar. in l. ij. §. idoneus. ff. ad Tertul. per l. mulier. C. de iure do. sed tutor sic, ut ibi. Sed contrarium no. in l. si tu. & ibi Bald. C. de magi. conue.

Fideiussor pro tutore rem pupilli saluã fore, quem tutor promisit extrahere de obligatione, quomodo extrahat de obligatione. Bal. in d. l. si pater. in fi. C. de col. & quomodo conueniatur, & de forma libelli, in Spec. de pig. §. ij. uer. contra fideiussorem. & de iud. §. ij. post uer. sequitur uidere.

Fideiussor tutoris, approbator seu affirmator, tenetur in subsidium. l. cùm ostendimus. §. fina. ff. de fideius. tuto.

Fideiussor tutoris condemnati non patitur executioné. j̄. uer. Executio sententiæ. uer. lxxxj.

* Fideiussor tutoris iudicio ordinario, & non executiuo est cõueniendus, etiamsi aduersus tutorem sententia lata sit. l. grege. §. si à debitore. ff. de pignor. l. à sententia. in prin. ff. de appellatio. l. præsenti. §. adijcientes. C. de his qui ad ecclesi. confug. gl. in c. j. uersic. prægrauetur. de iniur. & dam. dat. Spec. in tit. de execut. sent. §. sequitur. uersic. sed nunquid sententia. Bart. in l. j. ff. iud. sol. Alex. consil. cxxxj. col. ij. uol. ij. Fran. Aret. con. lxxviij Marc. Anton. Nat. consi. cccxlv. nu. 1. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Fideiussor officialis an teneatur ad interesse tantũ, uel etiam ad quod officiales tenebantur. text. & Bar. & ibi Bald. in l. j. C. de pericu. eor. qui pro mag. inter. lib. xj. & no. in l. si fideiussores. ff. de fideius.

Fideiussor officialis de indemnitate non potest prius cõueniri, nisi principali excusso, etiamsi renũciauit huic beneficio de fideiussoribus. l. j. & ibi Bar. C. de conue. fisc. debi. lib. x. & in l. quæro. ff. loca. & Alex. in l. curatores. §. pro magistratu. ff. de administra. re. ad ciui. perti. † Adde Paridem de Puteo in tracta. Syndi. in uer. Subijci.]

Fideiussor officialis de indemnitate non tenetur de falso. s̄. Fideiussor indemnitatis. uersic. antepe. & potest præstari officiali laturo sẽtẽtiam. Bar. & Alex. in d. l. si quis uxori. §. si fugitiuum. de fur. & per Bal. in l. j. C. de condi. ob tur. causam.

Fideiussor officialis non tenetur pro reo refirmato in officio. Bal. in l. si cùm Hermes. C. locati.

Fideiussor agit sine libello contra principalem, quando executio est facta contra ipsum. Bar. in l. fina. C. de usu. rei iud. & in l. ij. §. fi. ff. qui satisd. cog. & in l. j. in fin. iud. sol. ubi uide.

Fideiussor potest mittere creditorem in tenutam rei, pro qua fideiussit. Bar. in l. si procuratoré. §. si ignorantes. ff. mandati.

Fideiussor agit actione mandati contra principalem, repetendo solutum. gl. doct. & Io. de Pra. in l. Titius. ff. de procur. no. in l. ij. & in l. si negotia. ff. de nego. gest. Quia

Fideiussor uidetur habere mandatum de soluendo. l. indebitã. & ibi Bar. ff. de condi. indeb.

Fideiussor etiam iniustè condemnatus, si fecit in iudicio quicquid potuit pro sui defensione, & sic non est in dolo, habet regressum cõtra principalem debitorem. Bal. in l. uenditor. §. solet. ff. de hære. uel act. uend. sed potest petere à creditore sibi cedi iura cõtra debitorem, & sic repellet eum: quia tunc creditor nõ habet quid cedat ei, cùm iniustè obtinuerit sententiam pro se contra fideiussorem. Bald. sing. in l. si nomen. eo. tit. & Alex. sing. in l. sciendum. de uerb. oblig.

Fideiussor exactus potest petere restitutionem in integrum de indemnitate contra principalem, etiam non condemnatum in sentẽtia ipsi fideiussori. l. fi. C. de usur. rei iudi. Quod est uerum, etiam coram iudice aliàs incompetenti ipsi reo. Bald. Ang. & Pet. de Sun. ibi.

Fideiussor condemnatus ad soluendum potest statim agere cõtra principalem, ac si soluisset. l. j. C. de fideius. mi. l. fideiussor pro uenditore. & ibi Bart. ff. de fideiusso. & ibi Ang. l. si pro ea. & ibi Bal. C. mandati. & gl. in c. fi. de foro compe. li. vj. Itẽ uide in c. fin. de fideiuss. & Ang. & Alex. in l. frater à fratre. de condi. inde. & Bal. in l. certum. fa. er. & Alex. in d. l. fideiussor.

† Et per Fran. Aret. in l. hominem. ff. man.]

† Fideiussor condemnatus sicut potest agere contra principalem debitorem, ita quando apparet euidenter, quòd est de breui condemnandus, ut uult Bal. in l. si pro ea. in ij. col. uer. vj. quæro. C. manda. sequitur do. Ias. in auth. si qua mulier. in viij. col. uer. nota diligenter. C. de sac. san. eccles.*

Fideiussor petit sibi caueri de indemnitate cum fideiussore. Nicol. de Neapol. & Bald. in l. actione. §. hæc actio. de tut. & ra. distra. nisi promiserit fideiubere. Bal. in l. sancimus. C. de uerbor. significatio.

Fideiussor potest implorare officium iudicis, ut imponatur creditori perpetuum silentium. l. iij. qui bo. ce. pos.

10 Fideiussor renunciatus pro nõ idoneo, agit actione iniuriarum contra iniurantem, id est, recusantem. in Spec. de accus. uersic. sed pone. & no. in l. si uerò. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cogan. & ibi Bart.

Fideiussor petens se eximi ab obligatione, an debeat producere instrumentum principalis debiti. Ang. in auth. ut sponsalar. sa. §. & hoc insuper. iij. col. colla. ix.

Fideiussor carceratus an petat à reo principali factum, id est quòd extrahatur de carcere, an uerò interesse, quòd detinetur pro debito. Bal. in l. quanquam. C. de sent. quæ sine cer. quan. profe. & in l. fi. C. de usuris rei iud.

Fideiussor pro ignorãte potest petere se eximi ab obligatione. gl. in l. sed uideamus. de neg. gest. Bald. in l. si pro ea. in fin. C. mand. Alex. in l. Lucius. ff. eo. tit. contrà gl. in l. ij. ff. de neg. gest. Idem in negotiorum gestore: ut ibid.

* Fideiussor liber ab omni obligatione est,si obligatio, ad quã fideiussor accessit,nulla atq; infirma est. ca. accessorium. de reg.iur.in vj.l.cùm principalis.ff.de reg.iur.fac.l.j.ff.de usuf. l.eius qui.§.quod si stipulatus. & ibi Alex. & Dec.nu.5.ff. si cer.pet. Aymo Crau. consil.cclxxij. numer.2.& 3.uolum.ij. Iac.Philip.Port.Imol.consil.v.num.11. Æmilius Maria Manolessus.

Fideiussor an intelligatur liberatus ex parte actoris uel rei,mutato iudicio.in l.Iulianus. ff. qui satisd. cog.ubi per Alex. & in l.si ante acceptum.ff.iud.sol.doct.& Io.de Pra.in l.in causa.§.ex parte.ff.de procur.

Fideiussor ad tempus, liberatur finito tempore. Dy. & doct. in l. Lucius. §. Paulus. de admi. tu. Bal. Ang. & Alex. in l. si unus. in prin. ff. de pactis. ubi dicunt uerum, etiamsi tempus proro getur principali. & per Alex. plenius. in l. ubicunq;. ff. de fideius. & s̄. uer. Fideiussor conuenitur. uer. lxxxij. & j̄. eo. uer. xij. & per Alex. in l. dies. de dam. infect.

Fideiussor liberatus intelligit, si debitori tempus ad soluendum præstitutum, à creditore fuerit prorogatum. Ang. in l. si unus. §. si cum reo. ff. de pact. Abb. post alios in c. constitutis. in extre. de fideius. Illust. Card. Zab. in c. j. §. nos itaq;. de iureiur. in Clem. Dec. con. xciij. nu. 2. Dec. in l. lecta. nu. 12. ff. si cert. pet. affirmat communem hanc esse sententiam, & ibi Fran. Cur. & Cagnol. nu. 90. Iac. Phil. Por. Imol. con. v. nu. 15. Æmilius Maria Manolessus.

† Fideiussor an & quando per receptionem partis liberatus esse uideatur: uide do. Maria. Soc. in consil. xviij. incip. Prosequendo. uer. circa secundam. cum uer. seq. usq; ad uer. circa tertiam principalem q. in j. parte.

Fideiussor pro omni eo, in quo constabit Titium esse debitorem, liberatur, si moritur Titius non liquidato debito. Paul. de Castr. singu. & ibi Alexan. in l. qui Romæ. §. Augerius. de uerb. oblig.

Fideiussor accedens sententiæ latæ liberat in ipso iure statim, quòd illa sententia reuocatur per secundam. Bald. in l. tam mandatori. iiij. col. C. de non nu. pecu.

Fideiussor non liberatur per missionem in omnibus bonis factam contra principalem. l. hæres. §. quod si stipulatus, & ibi Alex. de fideiusso.

Fideiussor non liberatur, si actum sit hypothecaria contra possessorem, uel contra debitorem. Bal. in l. etiam. C. de fideius. & Alex. in l. hæres. §. quòd si stipulator. ff. eo. tit.

Fideiussor liberatur per pactum liberatorium factum principali. Bal. in d. l. tam mandatori. pen. col.

Fideiussor nō dicitur liberatus, si principalis scribit literas creditori, & promittit se soluturū, si sit clausula, Saluo iure con tra ipsum principalem, ut cōtra fideiussorem, secundū Paul. de Castr. consil. cccj. Item credo sine dicta clausula, per l. nouatione. in fi. C. de fideius. ubi dicitur non liberari, si fideiussor principalis iterum se obliget.

10 Fideiussor nō censetur liberatus in dubio per restitutionem in integrum concessam principali, nisi actum sit expresim. l. j. C. de fideius. mi.

Fideiussor si uelit liberari, & is, cui datus est, nolit consentire. uide j̄. uer. Venditor. cautela est, quòd uenditor offerat emptori idoneum fideiussorem: qui si recusetur, offerat fideiussori cautionem indemnitatis aduersus creditorem. Bal. Sali. Paul. Lud. & Alex. in l. si pater. C. de col. & Bal. in l. ij. de sen. quæ sine certa quantitate profe. in l. Labeo. §. fi. de arbit. in l. qui autem. de arbit.

Fideiussor compromissi liberatur, quando cōpromissum prorogatur in aliud tempus: quia respectu fideiussorum dicitur nouum compromissum. Dy. & doct. & Bal. sing. in l. Titius. ff. de excusa. tu. & ibi Bar. & omnino per Alex. in l. dies. in fi. de dam. infect. Item per prorogationem termini. l. Labeo. §. per fideiussorem. & ibi Bart. de arbit. & omnino per Alex. in † l. si unus. in prin. de pact. † Et per Fel. in c. de causis. de off. & po. iu. dele. circa fi. ij. col.]

Fideiussor censetur liberatus per sententiā latam pro reo. Bal. in l. properandum. §. sin autem reus. ij. col. C. de iud. & Bart. in l. fi. ff. de pact. ubi dicit uerum, etiamsi pòst principalis cōdemnetur, quia perpetuò fuit liberatus fideiussor. Item,

Fideiussor an, & quando censeatur liberatus, liberato principali. in l. tam mandatori. per doct. & Petr. de Sun. C. de non nu. pe. Quid econtrà. s̄. uer. Absolutio. uer. eo. quod no. l. aduersus. & ibi Bart. de arbitr. & in l. adulter. ff. de adult. & in l. qui iurasse. §. à fideiussore. de iureiur. & in l. fin. eod. tit. ubi dicit post gloss. secus, quando fideiussor habet regressum contra reum, ut quia sit in rem suam fideiussor, & per Dy. in regula, rati. in vj.

† Fideiussorum obligatio ex quo refert se ad obligationē principalium, an, & quādo procedit, quòd illa deficiente deficiat illa fideiussorum, quia ea sublata, eorum obligatio remanet sine causa: uide do. Barth. Soc. in con. cclxxiij. incip. In præsenti. in uer. præterea obligatio. in ij. parte.]

Fideiussor liberatur nouatione obligationis, nisi iterum obligetur. l. nouatione. & ibi Bal. C. de fideius.

Fideiussor liberatur delegando debitorē: quia uidetur soluere. l. inter eos. §. abesse. & ibi Bar. ff. mandati.

Fideiussor quomodo possit tempore liberari sine principali. gl. in l. fideiussor. & ibi Bar. ff. mandati.

Fideiussor castellani liberatur finita castellania, licet successor nondum uenerit. Bal. in l. ex diui. C. locati. per l. si cùm Hermes. eo. tit. Item uerum, si refirmatur ad aliud tempus. Alex. post Bald. & Ang. in l. si unus. in prin. suprà, de pact. & s̄. eo. uer. iij.

Fideiussor an liberetur reducto laudo ad arbitrium boni uiri. Bal. in l. fina. x. quæstio. C. de contrahen. empt. gl. in l. in proposita. pro socio. quòd non. & Bar. in §. arbitrorum. ij. col. eo. tit. Ioan. de Prat. in l. multa. de condi. & demon. secus, in pœna. Bart. ibidem.

20 Fideiussor prior an liberetur per donationem secundi. Bal. in l. Valerianus. in fi. ff. de præto. stipulat.

Fideiussor liberatur solutione debiti facta in totum, uel in partem, per principalem. l. ij. & ibi Bar. C. de fideius. tut.

Fideiussor an liberetur per acceptilationem factam principali. Bart. in l. fideiussor. §. qui ita. ff. de accepti. & Alex. quòd sic, in l. ij. §. si tamen. de uerb. obl. Quid econtrà, s̄. Acceptilatio. uer. viij. cum tribus sequentibus.

Fideiussor per sententiam liberatur. l. Grecè. §. post litem. ff. de fideiuss. & s̄. Fideiussor. de iudicio sisti. uersi. xxxv. & xxxvij.

Fideiussor conductoris liberatur finita prima cōductione, nec tenetur pro secunda. l. si cùm Hermes. & ibi Bal. C. loc.

Fideiussor liberatur per redditionem instrumenti debiti factā debitori per creditorem, sicut liberatur principalis. l. si hæres pecuniā. ff. ad Trebellia. secundū Bal. in auth. ad hoc. C. de Lati. lib. tol.

Fideiussor nō censetur liberatus, licet actum sit hypothecaria. l. etiam. & ibi Bald. C. de fideius.

Fideiussor quando petit se liberari, uide s̄. Fideiussor agit. uer. xv. & per discursum.

Fideiussor de iudicio sisti liberatur, si actor ei succedat, uel ecōtrà. l. de die. §. fideiussor. & ibi doct. qui satisd. cog.

Fideiussor procuratoris sine mandato non liberatur superueniente mandato. l. Iulianus. & ibi doct. & Alex. q. satisd. cog. nisi sit procurator actoris, qui cauit de lite prosequēda, quia superueniente sibi mandato, liberatur fideiussor. Alexan. ibi post Ang.

30 Fideiussor iudicatum solui præstitus à defensore, liberatur, superueniente mādato, & debet alius præstari ab eo ut procurator. s̄. Denfensor. uersic. xlvj. & Alex. post Rapha. in d. l. Iulianus.

Fideiussor ut liberetur, cogi potest debitor ad soluendum debitum liquidum, & purum: sed si est conditionale, uel non liquidū, sufficit quòd debitor ei caueat de indemnitate, quan do creditor non uelit liberare fideiussorem. Bald. no. in l. qui autem. §. j. de consti. pecu. & Alex. l. si pater. C. de colla. & s̄. eo. uersic. xj. & s̄. Creditor inuitus. uer. xxx.

Fidelitas potest iurari per syndicum, uel procuratorem. Bal. in c. j. §. fi. per quos fi. inue. & in c. j. ult. col. quo tempore mil. in usib. feu. & in l. j. §. ne autem. in fi. C. de cadu. tol. & c. j. §. uerum. de statu. reg. in vj.

Fidelitatis forma quando iuretur, uide glos. & Bald. in c. fi. in j. col. per quos fi. inuest. in usi. feu. Card. post gl. in clem. j. §. cæterùm. de iureiur. dicit quòd sex requiruntur, id est, iuranda sunt, scilicet, Incolume, tutum, utile, facile, possibile, consilium, auxilium. & in Spec. de feu. §. ij. & ibi dicitur, quòd seruanda est forma.

Fidelitas qualiter promittatur domino per uasallos. Bal. in dicto c. fi. per quos fi. inue. & in c. j. de forma fideli. & tit. de nofor. fide. & xxij. q. ult. de forma.

Fidelitatis sacramentum repræsentat quandam speciem seruitutis. in Spec. de teste. §. j. uer. sed nunquid uasallus.

Fidelitatis sacramentum non omnibus dominis præstandum est per uasallum. Bald. in l. j. §. in j. C. de cadu. tol. & per Spec. de feu. §. ij.

Fidelitas intra annum debet iurari, & inuestitura peti. j̄. uerb. Inuestitura. uer. x. Caue, quia de fidelitate uerbū dixi. j̄. uer. Vasallus iurat. uersic. j.

Fideli-

Fidelitas per hæredem feudatarij debet iurari: secundum Bal. in l.pe.in fi.C.ut in pos.leg.& in l.j.C.de patri.qui fil.distr.& suprà, Feudatarius.uersic.lxxv.

* Fidelitatem quis alicui iurare non est ea tantùm de causa compellendus, quia in eius territorio bona possidet. Innoc. in c.postulasti.de for.compet.doct.in c. nimis.de iureiuran. Alb.Bru.con.xxxv.col.iiij.Ay.in.Crau.con.ccj.nu.10.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

Fidelitas est iusiurandum, quod à uasallo præstatur domino, quod debet fieri post iusiurandum.x.col.tit.j.c.j. & in tit. de forma fideli.Card.in §.cæterùm.de iureiuran.in cle.j.

Fidelitas iuratur, non obedientia regulæ. j. Obedientia. uersic.xij.

Fidelis præsumitur is, qui eligitur ad officium.l.amicissimos.& ibi Bart.ff.de excusa.tuto.

Fidelis, id est, catholicus.glo.& Card.in clem.j.§.regula.de sta.mona.

* Fidelis nemo pro parte nō esse potest, ut nec pro parte liber, pro parte seruus, pro parte ingenuus, pro parte libertinus. Bal.in §.j.de contro.inuest.in usib.feu.Iaso. in con.cxxxiiij. uol.vj.post medium.uol.iiij.Ay.Cra.con.ccj.num.17.uol.ij. Aemilius Maria Manolessus.

Fideles Imperij non tenentur sequi Imperatorem, si fructus feudi non sufficiunt ad sumptus.Dyn.Bart.in l. Mæuia.§.u-

† xore.de an.leg.† Et per Felin.in c.j.de lib.obla.]

Fideli totus mundus diuitiarum est, infideli nec obolus. in Spec.de positi.§.v.uer.sublatis.

Fideli extraneo an debeat quis potius subuenire, quàm patri infideli.in Spec.qui fil.sint legi.uer.quid si pater.

Fidelis contrahens matrimonium dum infideli, qualiter ad diuortium prouocabit.in Spec.de diuor.

Fides hosti non est seruanda.l.j.ff.de dolo.Quod est uerum à priuato, sed à duce belli sic.Bart. in l.conuentionū. de pact.& in l.fi.ad leg.Iul.ma.Paul.consilio xxxij. Item pacta hosti sunt seruanda.Alex.in d.l.j. Vide limitationem in-

† frà. † Adde, quòd fides multipliciter sumitur: nam quandoque dicitur sponsio, quandoque fidelitas, quandoque conscientia, item creditum, item sacramentum, item fides infirmis.de qua j.ad Corinth.xiij.item fides uiua, de qua ad Heb. xj. & isto modo sumpta diffinitur, quòd est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. & dicitur Græcè πίστις.

Fides est una.cle.j.§.fi.& ibi Card.de excel.præla. & in clem.j. de summa.trini.& fide cath.de consecra.distin.j.in princ.de sentent.excom.& ibi Car.

* Fides appellatur quia fiat quod dictum est. Cice. Off.lib.j. Æmilius Maria Manolessus.

Fidei unicæ caput est Christus.de sacra unc.cap.j.in fi.

Fides de precio in contractibus innominatis haberi non potest.Bal.in l.traditionibus.j.col.C.de pac.ubi etiam per Sal. Sed uide etiam Alex.in l.si seruus.§.quod uerò.de furtis.

Fides iudici facienda est.l.quinquaginta.de prob.scilicet quanta faciat plenam probationem.Ioan. And. in c.cupientes.§. quòd si quis.uersicul.fidem.de elec.in vj.& cle.constitutionem.§.insuper.& ibi Car.de elec.

Fides seruanda est bannito.Bar.in l.conuentionem. ff. de pac. uide Bart.in l.quid ergo.§.si seruus.& ibi Ange.de lega.j. & Bal.in l.j C.quando liceat se si.iudi.uin.

† Fidem bonā ille recognoscit, qui iustè distribuit, & qui reddit unicuique quod suum est, & agit secundum naturam ad bonam conscientiam, ita quod nec se, nec alium uelit cum aliena iactura locupletari.do.Bar. Soci.in consi.xxxvj.inci. Rectè.uersic.tertiò hic ostenditur.in j.parte.

Fides præstari non debet ei, qui multa pollicetur.Bart.in l.qui cum uno.§.fi.ff.de re mil.

Fides testis quo tempore inspicienda sit.Bar.in l.iij.§.duæ causæ.ff. ad Carbo.& infrà, uer. Testes deponunt.uersic.xij.& sequenti.

Fides testis dependet ab arbitrio iudicis.Bartol.in l.Lucius.ff. de infa.

Fides data ante contractum censetur repetita in contractu. l. si uerò.& ibi Bald.ff.de ædil.edi.

10 Fides non seruatur frangenti fidem. l. solicitationem.& ibi

† Bar.C.de do.ante nup.l.qui fidem.ff.de transac.† Et per do. Soci.in cons.ccxiij.inci.In prçsenti consultatione.uer.confirmatur.nam circa medium.in ij.parte.char.xcviij. & plenè not. per do. Iason May. in l. cùm proponas.C.de pact.& per Feli.in c.si cautio.de fide instru. & in c.peruenit.el ij. de iureiur.& aliquid in c.dilecti filij.de excep.ante medium.vj. col.& per Felin.in d.l.cùm proponas.]

† Fidei causas solus papa potest cognoscere, & decidere. In contrarium tamen facit glo.in cap.Anastasius.xix.dist. quæ uidetur uelle, quòd papa in causa fidei debet congregare concilium: & in tali causa concilium est supra papam. Vnde aliqui ruditer intelligentes illam glo.ueniunt contra tex. in c.maiores.de baptismo.Vnde dic, quòd regulariter solus papa potest decidere causam concernentem fidem, & sacramentum ecclesiæ, ut probatur in d.c.maiores.& in c.hæc est fides.xxiiij.q.j. & d. c. Anastasius. dic quòd ibi papa uoluit decidere contra aliquod statutum per ecclesiam, quod non poterat sine concilio: quia ubi in causa fidei constat de iudicio totius ecclesiæ, papa non potest aliquid decernere contra statutum ecclesiæ: quia posset papa esse hæreticus, & sic errare in fide.xl.dist.si papa.sed tota ecclesia errare non potest: ut in c.à recta.xxiiij.q.j.& ibi bona gloss.Abb. in d. cap. maiores.

Fides quid sit.Bald.in cap.j. de capi. Cor. in usi.feud.Dic ut in postilla.

Fides quot modis exponitur.doct.in rubrica, & in c. j. de sum. tri.& fide catho.

Fides de precio quando dicatur haberi. infrà, Venditor. el j. uersic.xxx.

* Fides quo ad precium, habita uidetur, quotiescunque sine precio res tradita est. glo. in l. quod uendi. ff.de contrahen. empt.l.procurator.§.planè.ff.de tribu.Cy.& Sali.in l.inciuile.C. de rei uendic. Alexand.in l.traditionib.col.j.C.de pac. M.Anto.Nat.consilio clxxj.num.6.uolum.ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Fides habita censetur, etiam cui modica dilatio ad pecuniā soluendam est concessa. Cyn. & Salic. in l.inciuile.C.de rei uendi.Ang.in §.uenditæ.Insti.de rer.diu.M.Anto.Nat.con. clxxj.nu.5.uol.ij.Æmilius Maria Manolessus.

Fides de precio an possit haberi per executores testamentorum uendentes bona testatoris, suprà uerbo, Executorum testamenti potestas. uersi. ix. Et an per procuratorem uendentem, j. uerbo, Procurator ad negotia.uersi.iiij.& an per creditorem uendentem pignus, s. Creditor in pignore. uer. xviij.& infrà, Subhastatio.uersic.pen.

Fides ubi electa est, non requiruntur testes.Bald.in l.fin.in fin. C.de fideius.

Fidei articuli quot sint, & qui.Hos.in c.j. de sum.tri.& fid.cath.

Fides seruanda est, sicut iuramentum: aliàs periurium committitur, & infamia incurritur.in Specu. de arbitris.§.qualiter. uer.sed idem est, si fides.Imo.in §.sequitur. uer.sed pone, quod compromissum.Ioan.And.in c.j.de sepul.lib.vj.in Nouel.& Lanfr.in tract.de arbitrio. v. par.pe.q. ad fi.Io.de Pra.in l.mutus.§.qui non cogitur.ff.de procu.gl. in c. peruenit. de fideiusso.Ioan.And.in c.in tempore.de arbi.Alex. in l.iiij.§.dato.in fi.de iureiu.ubi idem dicit, quando promissio est facta sub periculo animæ promittentis, quòd obligat, secundum Ang.sed clericus rumpens iuramentū magis punitur, quàm rumpens fidem.doc.& But.in c.querelam. ubi etiam Ab.ne præla.uic.su.& in c.ad aures.quod met. causa. & s. Clericus

† delinquit.uer.iij.& Archi.xxij.q.v.iuramenti.† Et per Fel.in d.c.querelam.de iureiur.& in c.preterea.de spon.in iiij.col. & do.Ias.May.Insti.de act.§.item si quis.nu.54.& nu.55.

Fidem frangenti, fides frangatur eidem.l.quæro. §. inter locatorem.ff.loca.& l.cùm proponas inter.ubi glo.& doct. C.de pact.Et hoc procedit, etiamsi interuenisset iuramentum, secundū Iacobi. de sanc. Geor. ibi in d. l. cùm proponas. uer. uersic.nota illud uulgatum.Limita tamen prædictam regulam quatuor notabilibus modis, ut ibi per eum.Hippo.Mar. in sing.clv.inci.Frangenti fidem.ubi ponit unam aliam notabilem limitationem ad prædictam regulam.

* Fides frangenti seruanda non est.l.qui fidem. ff. de transact. l.quæro. §. inter locatorem. ff.locati.l.cùm proponas.& ibi post gl.& ali.doc.Iacob.à S.Geor.C.de pact.l. si quis maior. C.de transact.l.pollicitatione.ubi Bar.C.de dona.ante nup.

Felin.in c.si cautio. de fid. instrum. & in c.dilecti.de except. Soc.con.ccxiij.uer.confirmatur.uol.ij.Lud.Gozad.consi.j. num.1. Et hoc locum sibi uendicat, etiamsi iusiurandi religio ad fidem accessisset.gl.pe.in §.j. de noua form.fidel.quę uasallum domino fidem necessario seruare nō debere, cùm Princeps non seruat quod promisit, affirmat: iusiurandum enim tacitam conditionem habet, si is cui datur fidem non uiolauerit.fac.l.quidam cùm filium. ff. de uerbor. obliga.d. l.quæro.d.§.inter locatorem. Oldra.con.ccxciij.nu.j.Imo. consi.lxxxj.In casu præmisso adducit nota.in d.l. cùm proponas.l. siue apud acta. C. de transact.in c.iij.ubi & Abb.de iureiur.idem Abb.consi.lxj.Videtur j.colu.j.uolu.ij.Roma. consi.ccxliiij.per euidentia.Dec.consi.cclxv.nu.4.Bauer.in lxxij.priuil.iuramenti.Hip. Marsi.sing. xlij. Æmilius Maria Manolessus.

Fidem non seruans per negligentiam, tenetur crimine stellionatus, quo ad periurium.Bald. in cap. j.iiij. colu.quo tempo. mil.

20 Fidei fundamentum est Christus. suprà, Christus. uer. xvj. Item baptismus,ut de presbytero non bapti.ueniens.

Fides potest esse de monstrabilibus. Cardin.in clem.j.§.porrò. de summa trini.& fid.ca.

Fides est duplex,scilicet formata,& informis.Car. in clem.j. §. ad hoc.in prin.de summa trini.

Fides ueritatis non requirit adminicula uerborum.l. j. C. si ut se ab hære.absti.de dona.l.fi.de formu.l.j.

Fides contractus si non seruetur inter dominum & uasallum, uide infrà uerbo, Vasallus priuatur.uersic.xxx.

* Fidem qui non seruauit, nec promissa patrauit,in dolo esse uidetur.l.dolus.& ibi gloss.fin. l. si procuratorem.§.dolo.ff. mandat.l.j.§.est autem.ff.depos.Alexan.cons.lij.col.j.in extrem.cons.lxxxiiij.col.ij.uol.vj. Corn. cons.cxvj.in extrem. uol.j.cons.cxxviij.col.ij.uol.iij.Aym.Crau.con.cxcij.nu.15. uol.j.Æmilius Maria Manolessus.

Fidem rumpens tenetur crimine stellionatus. Bald. in capit. j. iiij.col.quo tempore miles.in Vsi.feudorum.

Fides & fideiussio,parificantur:quia idem est dare fidem,& fideiubere.facit l.solutum.§.solutam.de pig.actio.& Ioan. de Pra.in l.mutus.§.qui nō cogitur.ff.de procura.facit l.si rem. §.omnis.ff.de pigno.actio.

Fides implicita sufficit ad excusandum ab hæresi, secundum Innoc.in c.j.de sum. tri. & fide cath. nisi factum contradicat uerbis, secundum Host. ibi. & Bald. in Margar. uer. fides. uersic.j.

* Fidem contractus non seruare nihil aliud est, quàm mentiri. Bald.con.xxiij.uol.ij.Ay.Cra. cons. ccxlj.num.19.uolum.ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Fidei præstatio uim iurisiurandi obtinet. gl. in ca. pe.de iureiur.& in ca. ad aures.quod met.caus.Iason in l.iij.§.iurari. col.j.ff.de iureiur.in l.si quis maior.col.fin. C. de transact.in §.item si quis.col.j.Instit.de action.Ay.Cra.consi. ccxlj.nu. 11.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Fides hosti siue ante bellum, siue pòst data sit,est seruanda. ca.innocens.xxij. q.iiij.c.noli.xxiij.q.j.Bart.in l.nam & seruus.ff.de nego.gest.Raph.Cuma. in l. conuentionum.ff. de pact.Dec.in l.debitorem.col.ij.C.de pact.Bal. con.ccclviij. uol.ij.Guid.Pap.Dec.ccccxviij.Aym.Crau.con.vj.num.81. uol.j.Æmilius Maria Manolessus.

Fiendum de proximo habetur pro facto. l. j. §. sed si in eo.per Bartol.ff.ad Syllan.& in l.pen. ff. de testa.mil.

Fieri de facto non sufficit.l. dedi. §.si liber.& Alexan.de condictio.ob causam.Bart.in l.ubi.de transact.

Figura iudicij dicitur,quando contradictor comparet: & sic tres personæ sunt in iudicio, scilicet, iudex, actor,& reus.Bal.doct.& Alex.in l.j.C.qui admitti.& ibi Sali.& Bal.in l.ne quisquam.uer.de plano.de offic. proconsul.

† Et Ioan.And.in Nouella,in c.identitatibus.de elec.in vj.]

† Adde, quòd figura, est forma quanti,secundum beat. Tho. in j.par.sum.quæstio.vij.articu.j. & in hoc contra Gentil.& dicitur Græcè τύπος:secundum autem Iuristas,est cuiuscunque rei ipsius apparens forma,uel facies,in qua rei substantia fingitur.l.non figura.ff.de action.& obliga.tex.in c.cùm. Marthæ.in uersi.ex eo.de celebratio.miss.

Filiatio probatur,probando quòd quis fuit filius talis, & ab eo fuit tractatus ut filius.Bar.in l.j. & ibi Alex. §.per contrarium.ff.de lib.agno.& in l. filium. ff. de his, qui sunt sui,uel ali.iur.& in l.non nudis. C.de proba.Item etiam per coniecturas,secundum Bald.in cap.decedente. v. colu. qui feu.da.po.in usi.feu. de quo per Innoc. in cap. Michael. de fi.presby.& Lanfran.post Inno. in cap. quoniam contra. uer.testes.de proba.ubi dicit Inno.nō probari, nisi præsumptiuè.l.j.& ibi Bal.& Bar.C.quorum bonorum.ubi dicit sufficere probari,natum esse in domo,scientibus uicinis ex uiro,& uxore.& Bar.in l.si uicinis.C.de nup.glo.in d.cap.Michael.& Pet.de Sun.in d.l.non nudis. Bart. in l. Titia. solu. mat.Pau.de Cast.in consil.clxxj.incipien. Super primo dubio uidetur.† Et per Felin.in cap.per tuas.de proba.]

* Filium aliquem alicuius esse ex eo probatur, quia & filius appellatus, & pro filio habitus semper fuit.Barto.in l.j.§.ad quæstionē.in extre.ff.de quæstio.Raph.Fulg.con. cxxxviij. col.ij.Anton.Butr.in c. ex transmissa. col.iij.qui fil.si.legiti. Ang.consi.lxxxvij.in extrem.Alex.con.lj.uol.j.Dec.consil. cccxxj.nu.1.Æmilius Maria Manolessus.

Item quòd est habitus & reputatus pro filio talis ab omnibus, secundum Abb.in c.per tuas.de proba.& Bal.in Marga.uer. Filius.uer.ij.& uer.fi.& per glo.in d.c.Michael.& Bart.in l.j. ff.de quæstio.Lanfran.ubi suprà,& Alexan.consi.xxiiij.iiij. parte.& per eum consi.lj.j. parte. Item uerè & directè,ut quia uir & uxor,soli steterunt per annum carcerati simul, & duo steterunt ad custodiam: quia illi duo custodes possunt probare natum esse filium in carcere, & nullus intrauit in carcerem,nec intrare potuisset, quin ipsi uidissent:secundū Bartol.in d.l.j.C.quorum bonorum. Item directè, quo ad matrem tantùm, ut per obstetrices, quæ nascentem puerum ex tali fœmina parturiente recollegerunt: per gloss.no. in l. j.ff.proba.no.in l.Lucius.de condi.& demon. Lanfran.in d. cap.quoniam contra.uer.testis.uer.subsequenter. Adde per Angel.in authen.de trien.& se.§.consideremus.Franci.Por. in tract.de duo.fra.q.xxxvj.& seq.in iij.parte.Bal. in d.l.j.ff. de prob.Bal.in l.neque natales.C.eod.tit. & in Spec.de nocri.§.viij.in princip. & de maio.& obe.uer.eodem modo.in Specul.de testa. §. ij. & de conuer. in fin.de uer.porrò.& in

† Spec.qui fil.sint legit.in princip.† Et per Felin. in d.cap. per tuas.& plenè. & an ex educatione facta à patre: uide domi. Pet.Philip.Corn.in consilio lxxviij.incipiente,Viso.in litera O.in iij. parte.

† Filiatio quomodo probetur.uide Abb.cons.cj. in ij.colu. & plenè per doct.in l.Lucius.ff.de condit.& demon.Bald.in l. filium.ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iur. & plenè per doct. & ibi Abb.in gl.fi.in c.transmissæ.qui fil.sint legi. & in cap.per tuas.& ibi Ab. de proba. in iij. no. ubi dicitur, quòd filiatio probatur præsumptiuè:uerè autem, saltem ex parte patris probari non potest.ut in d.l.Lucius.& probatur filiatio per communem reputationem & nominationem parentum,& aliorum. Quod intellige uerum,quando nōn potest probari de necessitate. Aliàs autem ex quo quis natus est in domo mariti ex uxore sua,adeò præsumitur filius mariti,ut nō admittatur uolens illum dicere suum non esse filium,nisi probet secum tempore conceptionis filij non concubuisse, uel propter absentiam, uel infirmitatem, uel quid aliud: ut est bonus text.in d.l. filium. facit l. si uicinis. C. de nup. Idem dic in nato ex concubina retenta in domo: ut est gloss. no. in cap. Michael. de filijs presby.facit gloss. iuncto text.in l. fina. ff. de proba. Abb. in dicto capit. per tuas. & ibi uide Barba.

* Filiatio,ut nostri dicunt,probari nullo modo posse uidetur, nec de ea matri est præstanda fides. l. Lucius. ff. de cond. & demonst.l.fin.ff.de probat.Bart.in l.filium.ff. de his qui sui. Franc.Rip. in l.Centurio.num.92.ff.de uulg. Æmilius Maria Manolessus.

Filiatio posthumi probatur, probando quòd Berta fuit uxor Titij, & cum eo stetit in matrimonio, & quòd peperit Seiū post mortem Titij intra nouem menses, quo tempore possibile est nasci suum. Bart. in l.j.§.fi.de libe.agno.

Filiatio nō probatur ex eo quòd fuit alimentatus, & tractatus ut filius, maximè facta protestatione, quòd alat amore Dei. Alex.consi.xxiiij.ij.parte.

† Adde

† Adde hic, quòd sola nominatio incidenter facta constituit quem in quasi possessione filiationis, donec contrariũ probetur, quando fit in actu, qui magis conuenit filio, quàm extraneo: puta, si dixit, Beneueniat filius, quem uolo habere & tenere res meas. Bart. in l. j. §. Iulianus. ff. de lib. agno. etiam in nato extra domum. ar. l. quidam. ff. de proba. & uidetur eum sequi domi. Anto. in cap. per tuas. de proba. Quod tamen dictum Abb. non credit procedere, per text. not. in cle. si summus pontifex. in ij. responso. de sen. excom. ubi dicitur, quòd si papa nominet aliquem, seu quouis modo tractet titulo alicuius dignitatis, etiam scienter, non per hoc uidetur eum approbare in illa dignitate. Ad idem c. si papa. de priuileg. lib. vj. & l. neque professio. C. de testa. maximè quia uerba prædicta solent quandoque dici ei, qui diligitur ut filius, licet non sit filius. Et sic non probat hoc esse, quòd ab hoc contingit abesse. c. ij. de transla. præla. l. neque natales. C. de proba. nisi esset confessio de filiatione directè facta in iudicio, quæ bene constitueret nominatum in possessione filiationis: ut no. in d. §. Iulianus. Et idem putat in confessione extraiudiciali directè, & propter se facta, nominato præsente. ar. l. certum. §. si quis absentem. ff. de confess. cum materia sua, quod no. in c. si. eod. tit. Et ita residet ibi Abb. Et hanc opi. uidetur sequi Barto. in d. cap. per tuas. Sed domi. Franc. Are. ibi uidetur sequi opi. Barto. & domini Anto. per text. in l. j. §. ad quæstionem. ff. de quæstionibus. Non obstat text. in d. clem. si summus. quia nominatio cum tractatu probat in præiudicium tractantis, sed non in præiudicium tertij: nam si ex assertione summi pótificis probaretur aliquis esse prælatus, hoc præiudicaret ecclesiæ, uel tertio. Vnde dicit text. in cap. ex ore. de his, quæ fiu. à ma. parte capituli. ubi no. quòd si aliquis tractat aliquem ut prælatum, præsumitur contra ipsum pro prælatura. Ponderat etiam text. in capit. licet ex quadam. de testi. quòd quamuis tractatus duorum, qui se habent pro consanguineis, probet ad eorum præiudicium, tamen non probat ad præiudicium descendentium ex eis, nisi aliud concurrat. Et sic concludit, quòd si aliquis nominatur filius in actu proportionabili soli filio, tunc per talem nominationem probatur filiatio, per dictam l. j. §. ad quæstionẽ. & ita ibi residet, in vij. col. Ego pro opi. Ab. adduco textum Instit. de adop. in fin. ubi, si dominus actis interuenientibus nominauerit seruum filium suum, licet constituatur liber, tamen propter hoc non acquirit ius filiationis, nec sufficit hoc ad accipiendum ius filij: & tamen prima facie uideretur, quòd illa uerba prolata in iudicio, Veni huc, fili mi: deberent operari omnem effectum non solùm libertatis, sed etiam filiationis: & tamen contrarium ibi deciditur. Tamen, iudicio meo, opi. Bartol. & Angel. posset procedere, ubi ex euidentissimis coniecturis apparet, testatorem seu nominantem hoc uoluisse in tali actu proportionabili magis filio, quàm extraneo, per iura allegata per eos, & argu. eorum quæ notantur in ca. per tuas. qui fil. sint leg. aliàs in dubio procederet opi. Abb. quia uerba generalia, & simpliciter prolata non obligant. cap. cùm uenissent. de insti. & no. in l. si Rufinus. C. de testa. mili. cùm talia uerba aliquando dicantur ad complacentiam. Nec obstat dictus §. fi. quia cùm ibi posset agi de præiudicio aliorum, debemus interpretari uerbum, ut minus lædat. & sufficit ut aliquid operetur, scilicet libertatem, & non ius filiationis. item quia ibi non sumus in actu proportionabili magis filio, secundum opi. Bartol.

Filiatio per famam solam non probatur sine alijs adminiculis. Salic. in l. j. in princ. iij. col. ff. de testa. & Alexan. consi. xxiiij. iiij. parte. & in consil. lj. j. parte.

Filiatio legitima an probetur de matrimonio parentum. Bart. & Alex. in l. filium. de his, qui sunt sui iur.

Filiatio an probetur per confessionem patris iudicialem, uel extraiudicialem. Bartol. in l. j. §. idem per contrarium. ff. de lib. agno.

Filiatio per matrem non probatur. l. etiam. cum glo. ff. de probationibus. ubi uide.

Filiatio per duos testes probari potest. Paul. de Cast. in l. error. C. de testa.

† Filiatio qualiter probetur, & an p testamentũ: uide do. Bart. Soc. in con. lxxxix. inci. In causa agitata. uer. secundo principaliter. cum uer. seq. in j. parte. & uide infrà, eod. in uer. antepen.]

† Filiationis probationi quid requiratur: uide do. Bart. Soci. in consi. xxxix. incipien. Visis uersi. secundus tractatus. in j. parte.]

† Filiatio præsumptione iuris probatur. do. Pet. Phil. Corn. in consi. v. incip. Viso. in litera A. la ij. in ij. parte.]

Filia illegitima probatur sicut legitima, scilicet præsumptione, ut quòd fuerit habitus & reputatus pro filio talis, uel quòd fuit natus ex Berta concubina talis. glo. in d. c. Michael. de fil. presby. Lanfran. ubi s. Bal. in l. si uicinis. C. de nup. Bald. & Pe. de Sun. in l. etiam. C. de appel. licet possit probari contrarium. gl. & Inn. in d. c. Michael. Bal. in l. iij. in princ. de lib. & posthu. Inn. in c. ex parte. de resti. spo. Vide Bar. in l. Titia. solut. mat. Paul. consi. clxxvj. incip. Super primo dubio. & Alex. consi. xxiiij. iiij. parte. & consi. lj. j. parte.

10 Filiatio quomodo probetur, si mater est in matrimonio. per Pau. de Cast. in consi. clxxiij.

Filiatio illegitima probatur per causas extrinsecas, secundum Bal. in l. humanitatis. xij. colu. C. de impub. & alijs substi. & Pau. de Cast. in d. consi.

Filiatio illegitima non probatur per assertionem matris, dicentis esse filium ex alio, quàm ex marito suo. Bar. in d. l. filium. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. & Pau. in d. consil. clxxiij. sed per assertionem suam, id est, filij, sic. in d. consi.

Filiatio ex quo præsumatur, si mater asserat esse bastardum. Cynus & Raph. Fulg. in l. si uicinis. C. de nup. Lau. de Fano in l. in quorum. xxxj. col. de pigno.

Filiatio nõ probatur ex assimilatione: quia ex cogitatione fœminæ tempore conceptionis contingit partum assimilari ei, de quo fœmina cogitauit. l. quæreret aliquis. de uerb. sig. Bart. in l. Gallus. in princ. ulti. col. ff. de libe. & posthu. & gl. in l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. Pau. de Cas. in d. con. clxxiij. Et quid de duobus fratribus similibus in facie, uide Dyn. in l. iij. §. si duobus. de adi. leg. & in quæstionibus sabbatinis.

Filiatio non potest negari per matrem, uel per patrem, quibus non creditur, si dicant, Tu non es filius meus. Bar. in d. l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. & ideo nocet filio: ut ibi. & Bar. in l. j. §. si quis. ff. ad Carb. & in l. si posthumus. §. si quis ita. de li. & post. & no. in c. per tuas. qui fi. sint leg. Quod est uerum, si prius fuit tractatus ut filius à patre, uel matre, uel appellatus pro filio: quia negatio parentum non nocet, nec ei tollit querelam. l. si instituta. §. j. ff. de inoffi. test. & glo. ordi. in c. literas. de præsum. & ibi doc. & Bart. in l. si mulier. de proba. & in d. l. Gallus. & ibi Bal. & in l. neq;. C. de proba. per Bal. Vnde tunc negatiua debet probari per negantem. l. non nudis. & ibi Bal. de proba. Et ibi etiã dicit esse respondendum positioni, quòd non est filius: aliàs uerò, scilicet quando non est in possessione filiationis, si negetur, debet probari per filium. Bartol. in d. l. si posthumus. §. fi.

Filiatio probatur coram iudice laico, coram quo quæstio incidit. Bart. & doct. in l. Titia. ff. sol. mat. Paul. de Cast. in consil. cxlij. Bal. in l. ij. C. ad Carbonian.

† De probatione filiationis, & de quasi possessione filiationis, tradit latè Dec. in consi. liiij. incip. In causa. in j. uol.

Filiationis proprietas probata præfertur probationi præsumptiuæ. cap. cùm dilectis. de causa pos. & propriet. Lanfranc. in cap. quoniam contra. uer. testes. de proba.

Filiatio dicitur probata, licet articulus sit de ipsa, & ipsius ueritate, & testes dicunt de fama, quòd fuerit habitus pro filio: sed nõ econtrà, si articulus est de fama, & testes dicũt de ueritate filiationis. Bald. sing. in l. non nudis. in fi. C. de proba. & Alex. in l. si quis libertatem. de peti. hæredi.

Filiatio præsumitur legitima ex marito, etiamsi constet, quòd uxor cum alio concubuerit. no. in l. septimo mense. ff. de sta. ho. l. miles. §. defuncto. de adul. Bal. in l. si uicinis. C. de nup. & in rub. de proba. Ang. in l. ij. ff. eod. tit. & Bart. Cep. in sing. uer. cxxxviij. & Pau. de Cast. consi. clxxiij. & Alex. in d. §. defuncto. & Bald. in l. si à matre. C. de suis & legi. Item uerum, etiamsi natus sit in prostibulo, non post decem menses, sed intra menses decem, quo mulier fugit à marito: secundum Cyn. & Bald. in d. l. si uicinis. & in rubri. C. de proba. & Ang. in l. ij. ff. eod. tit.

20 Filiatio negata quomodo probetur, id est, quòd quis non sit filius

sit filius talis. per Fran. de Por. in tract. de duob. fra. iij. parte. † xxxviij. q. † Et Bal. in l. j. de proba.]

Filiatio negata per quem sit probanda. per Fran. Por. in tracta. † de duo. fra. iij. parte. xxxix. q. † Et per Bal. in d. l. j.]

Filiatio probatur si fiat unus articulus, quòd est filius, & alter, quòd habetur pro filio. Bart. in l. j. C. quorum bonorum.

Filiatio probatur per summariam cognitionem, & probationem. Bald. in Marg. uerbo, Iudex. uer. lxv. & in l. ij. C. ad Carbo. ubi dicit uerum esse, etiam coram iudice seculari, & posse probari per coniunctos, secundum Bal. ibi. de quo etiam per Bart. in l. Titia. sol. mat. Vnde

Filiatio etiam per coniunctos probari potest. Bald. in d. l. ij. ff. ad Carbo. & l. iij. §. duæ causæ. & ibi Bar. ff. eod. tit.

Filiatio non probatur ex eo, quòd quis appellatur filius in testamento. l. non nudis. & l. non epistolis. & ibi Bald. C. de probatio. & l. neque. & ibi Bal. & Bar. ff. de testa. sed tunc præsumitur, nisi contrarium probetur. d. l. non epistolis. & ibi Bald. Quod est uerum, quando est in quasi possessione, secundum Bart. in d. l. non nudis. & in l. j. C. quorum bono.

† Filiationis, seu filij probatio tam de spurio, quàm de legitimo quomodo fieri debeat, uide do. Pet. Phil. Cor. in consil. j. In præsenti. in litera Con. & Re. in iij. parte.]

Filiationis quæstione pendente, debet filius deponi apud matrem. l. denique. §. pen. & ibi Bar. ff. de libe. exhiben.

Filiationis quasi possessio expirat morte, sed non præsumptio causata ex ea. Bald. in l. non nudis. C. de proba.

Filia probatur, & præsumitur libera, si mater est libera. Bal. in l. neque natales. C. de proba.

Filia non cogitur exire de ciuitate, de qua pater est bannitus, stante statuto, quòd filij bannitorum cogantur exulare. Bal. in l. quicunque. iiij. col. C. de ser. fugi.

Filia potest habere peculium quasi castrense, uidelicet quando princeps donat ei. text. singu. secundum Baldum, in l. fin. in princip. C. de bonis quæ libe.

Filia in adulterio inuenta per patrem potest impunè occidi, etiamsi est prægnans. Bartol. in l. Imperator. la ij. ff. de statu hominum.

† Filia impudica potest exhæredari. Felin. in c. pastoralis. in ij. col. uer. filia etiam. de iudi.]

Filiafamiliâs, etiam consensu patris, nõ potest fideiubere. Bal. in l. fi. §. necessitatem. viij. col. C. de bo. quæ libe.

Filia bastarda an admittatur ad uindictam patris occisi. Bar. in l. ij. ff. de accusa.

Filia præsumitur consentire patri. Bald. in l. si fine. lj. col. C. ad Velleia.

Filia an ueniat appellatione omnium filiorum in substitutione. Paul. de Cast. consi. ccclvj.

† Filia an ueniat appellatione filiorum in statutis: uide Fel. in rub. de fide instru. ad fin. uersi. similiter dicitur.]

† Filia pupilla an debeat morari penes illum, qui sperat successionem, uel an sit in arbitrio iudicis: & quid si pater expresserit: uide do. Bar. Soci. in consi. cxciij. incip. Circa primum uer. iij. q. cum uersi. sequen. in ij. parte. Pro quo etiam uide Rapha. Fulg. in consil. cxcvj. in princ. & Signo. de Homo. in consi. xliij.]

Filia agit ad dotem, etiam sine consensu patris: sed debet cauere de rato, licet pater non teneatur cauere agens sine consensu filiæ. gl. sing. secundum Ioan. de Imo. in l. si cùm dotem. §. j. in uer. uoluntate. in fi. ff. sol. mat. Itẽ uerum, quando pater est suspectus de dilapidatione. Bart. & Bal. Ange. & Imo. & Alex. in l. post dotem. solu. mat.

Filia agens ad dotem profecticiam debet facere citari patrem, non autem quando agit ad aduenticiam. Bald. in auth. quod locum. iiij. coll. C. de collat.

Filia agit contra matrem, ut reddat ei rationem, non obstante liberatione legata matri in testamento. Paul. de Cast. consi. ccxxxiiij.

Filia an petat pensionem domus sibi relictæ pro tempore, quo stetit uidua. Paul. de Cast. consi. ccxxxvj.

Filia debet habere legatum sibi factum à patre sub conditione uiduitatis, etiam si nubat: secus in uxore. Paul. consi. cclv.

Filiæ an currat præscriptio contra bona materna, uiuo patre. Bart. in consilio, Quidam habuit uxorem.

Filia legataria alimentorum à patre, si uidua erit, non potest petere alimenta, etiam cauendo restituere, si non erit uidua. Bal. in auth. cui relictum. iiij. col. C. de indict. uidui. tol.

Filia, cuius patri uiuo in diuisione cum fratribus facta contingit fundus emphyteuticus, eo sibi euicto ab ecclesia, non agit de euictione contra patruos suos, nisi in tali casu constet de stipulatione euictionis facta tempore diuisionis. gl. sing. & Bar. in l. si familiæ. C. familiæ erciscundæ.

Filia prohibita alienare potest seipsam dotare de bonis prohibitis alienari. Bal. in l. uoluntas. C. de fideicom.

10 Filia repetit dotem à uiro uergente ad inopiam, etiam patre contradicente. Ang. in authen. de æqual. do. §. fi. col. vij. Vide Bar. in l. si constante. in prin. j. q. ij. prin. ff. solu. mat.

Filia petit relictum sibi factum in codicillis, licet dotem non conferat. l. à patre. & ibi Bal. C. de collat.

Filia habet actionem ad dotem promissam marito à patre suo, licet uerba promissionis sint concepta in personam mariti, in effectu promissio interest filiæ. l. seruo legato. §. si testator. & ibi Dy. in apost. ff. de leg. j. & in simili no. in l. ij. ff. ad Tertul. Sed Ioan. de Imo. & glo. in d. §. si testator. dicit contrariũ in stipulatione, quæ alteri per alterum non quæritur: secus, in legato, ut ibi. & est tex. contra Dy. in terminis in l. si propter. C. de dot. promis. & ibi glo. & doc. & Bald.

Filia passa se maritari sine consensu Titij non contradicendo, an possit petere hæreditatem patris, quando pater instituit filios cum onere maritandi filiam de consensu Titij, aliàs instituit eam hæredem: uide Paul. de Cast. in consi. lxxxvj. & ibi ponitur, an talis filia ueniat iure directo, uel per fideicommissum.

Filia ingrata patri non potest petere dotem ab eo. Bald. in l. fin. C. de dot. promis.

Filia cui pater reliquit decem, & eam iussit stare tacitã & contentam, an plus possit petere condictione ex l. hac edictali. C. de nup. Baldus ibi in v. col.

† Filia an si pater ei reliquit in testamento decem, iubens eam esse contentam & tacitam, ita quòd de bonis suis non possit plus petere, uel habere occasione legitimę, uel alia quacunque ratione, an acceptans legatũ, id recipiat à fratre, faciendo finem & refutationem, possit agere ad supplementum legitimæ, ex quo agnouit iudicium defuncti: uide do. Bart. Soci. in consi. cciij. incip. Viso. uersi. iiij. dico nullo modo. in ij. parte. pro quo uide etiam quæ habentur per Franc. Areti. in l. si testamento. C. de impub. & alijs substitu.]

Filia cui pater reliquit quinque solidos, si nubat indigno, nubens indigno non potest agere ad supplementum legitimę, imò posset tunc exhæredari. Bal. in l. si pater. C. de sponsa. & Fran. Por. de duobus fratribus. iiij. parte. xvj. q.

Filia licet dotem ante tempus ætatis nubilis non possit petere, tamen potest petere alimenta ab hæredibus patris. Bald. in l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. Ioan. de Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & demon. & in l. qui filium. & ibi Ang. ff. ubi pup. edu. debe. ubi etiam dicit Nico. de Nea. post Bar. quòd non computat sibi alimenta in legato. doct. & Paul. de Cast. con. lxxv. Item,

Filia an possit petere legatum dotis antè, quàm nubat, stante statuto, quòd filia non succedat, masculo stante. Pau. de Ca. in d. consi. lxxvj. Sed

Filia petit legatum super dotem, etiam antè, quàm nubat. Pau. de Cast. in dicto consi. lxxvj.

20 Filia etiam minor, potest agere in iudicio ad dotem, & pro causa matrimonij, uel alia spirituali sine consensu patris. c. si annum. cum glo. de iud. in vj. & Ludo. Ponta. in l. ij. xvij. col. uersi. occurrit etiam in dote. solut. matrim. & Alexan. in l. si constante. vj. charta. solu. matr. & infrà, Vxor agit. uersic. xl. & xliij.

Filia legataria patris prohibita maritari sine consensu Titij potest petere legatum, etiamsi nubat sine consensu Titij. Bart. in l. j. ff. de his, quæ pœ. no. & j. uer. Legatum dotis. uer. liij.

Filia potest uenire contra quietationem factam matri de administratione tutelæ, etiam iuratam, Pau. de Cast. in consilio cccvj. Sed

Filia non potest uenire contra quietationem factam patri de non succedendo iuratã. Pau. de Ca. in con. cccvij. ubi plenè.

Filia cui factum est legatum dotis, si maritetur uiuo patre, consequitur legatum. Pau. de Ca. consi. cxcviij.

Filia,

Filia, cui est promissa dos, & cui est factum legatum dotis, an petat utrunque: uide Franc. Por. de Padua in tractatu, de duob.fra.iiij.parte,xxxj.q.& Bart.in consi.In quæstione do minæ Miglitię.ubi tenet,quòd non. Dic,quòd si est promissa pro dote certa quantitas à proprio patre,& eadem quantitas postea legata est ab eodem patre, debetur una tantū.l. huiusmodi.§.cùm pater.de le.j.& ibi Bar.l.Titia.§.qui inuita.& ibi Bar.de le.ij.ubi omnino uide per Odof.in apost.magna.& l.cū pater.de iure dot. Sed si pater legat,& postea dotat,& est nobilis,debetur legatū dotis, etiamsi matrimoniū nō ualuit.Bal. tenet in l.filia legatorū. C. de lega. Sed si unū promittitur,& aliud legatur,debetur utrumq;.l.si pater pro filia.de colla.dot.& Bar.in d.§.cùm pater.& Bar.& Bal.in d. l.filia.j.co.Item si primò pater dotat,& tradit dotē,& postea eidem legat eandem rem,debetur æstimatio.l.cùm pater.§. pater filiæ.de leg.ij.& Fran.de Rampo.in consi.Iacobus maritauit filiā.Sali.contrà in consilio,In quæsito prædicto utar paucis. Sed plenius uide Bart. in d.§.cū pater.ubi dicit post Oldr. & Iac. quòd quandocunque pater postea legat ipsum corpus hæreditarium,quod erat traditum, & tunc ualet legatum,& filiæ debetur ęstimatio.d.§.pater filio. Sed si legat dotem simpliciter, & tunc ualet legatum,non quòd filia aliquid de nouo consequatur,sed quia dos tanquam legata nō uenit in collatione.d.§.qui inuita.& ar.l.filiæ.& l.à patre.C. de colla.Si uerò legatur aliud à dote, & corpore rei dotalis, ualet legatum,& id non confertur,sed dos confertur.l.filiæ. de colla. & ff. eod.titu.per totum. Si uerò primò legat,& postea dotat,uidetur de primo legato dos data.l.Lucius.la j.de lega.ij.& ibi omnino per Bar.quando primo plus legauit,& minus in dotem dedit. per Alex. in l.huiusmodi. §.cùm pater.de leg.j.& Bal.in d.l.filia.ubi tenet indistinctè opi.Oldr. scilicet,quòd residuum debeatur. Vide ibi Ange.in d.l.filia. & ibi Bart. & Bal.C.de leg. Sed si primò legauit simpliciter, & postea dotauit,debetur utrunque.l.quinquaginta.de proba.& no.in l.planè.§.j.de leg.j.sed Alex.in d.l.filia.reprobat Bar. quo ad hoc. Item si pater legauit genero,cui antè promiserat,nō ualet legatum factum nomine dotis, sed factum simpliciter debetur utrunque.Ita dicit Bart. in d.§. cùm pater.& ibi Dyn.doct.& Paul.de Cast. Quid autem si pater legat,& frater dotat:collige ex dictis Bart.in l.uxorem. §. pater.de lega.iij.Paul.de Cast.consi.cviij.

Filia an, & quando, & ad quid agere possit,supple j.uerb.Filia dotata.& uer.Filia nupta.& uer. Filia instituta. & uerb. Filia præterita.& seq.per discursum.

Filia conuenitur ad onera hæreditaria,si ei emancipatæ pater donauit hæreditatem sibi relictam.Casus sing. in l. hæreditatem.ff.de donatio.

Filia, cui factum est legatum dotis cum onere,si recepit legatum in uita patris,an teneatur ad onus.Pau.de Cast.con.cx. & consi. ccxxxiiij.

Filia non tenetur dotare matrem. Bald. in l.iij.C.de lon.temp. præscrip.& in l.si à matre. C. de iure dot.

Filia tenetur alere matrem inopem,si ipsa sit diues.l. filia. & ibi Bald.ff.de patria potesta.

Filia usurarij an sit obligata creditoribus hęreditarijs,id est,patris,ad restitutionem usurarum.Bald. in l.rem, quam.C.de iure dotium.

Filia succedit in totum patri eam instituenti in relicto dotis,etiam cum clausula,quòd sit tacita, & contenta dicto relicto,quando filius hæres uniuersalis repudiat hæreditatem,secundum Flo.qui refert sic fuisse consultum in l.dominus.§.per fideicommissum.in j.col.ff.de usufru. Sed uide Bart.in consi.Matiolus,&c.& no.per Barto.in l.quoties.§.si duo.ff.de hæredi.institu.† Adde.quòd filia regulariter succedit, sicut masculus, uide amplè materiam per limitationes,& ampliationes.Benedict.in cap. Raynutius.fo.10.col. xij.& seq.Item,

† Filia patri non est hæres extraneus.§.sui.Insti.de hæred.qu. ab intest.Ay.Cra.consi.cclxxxix.nu.1.uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Filia,cui pater reliquit pro dote,potest agere ad suppletionem legitimæ, in qua succedit. l. si non mortis. de inoffic. testa. secundum Bald. sing. in l. fin. C. de dot.promis.Vide etiam Bald.in l.pactum.vj.opp.de coll. in iij. col. ubi dicit uerum, quando pater testatus decesit: sed si intestatus, filia uocatur iure taciti iudicij.sed ibi Alex.contra ad fi.Item uerum,si statutum sit,quòd filia dotata non succedat patri ab intestato,secundum Ant.de Rosel.in tracta.de succes.ab intest. cv. col.uer.unum not.& in xcvij.col.uer.unum restat. & Bal. in consi.Præsupposito statuto.& sentit Barto.in l.cùm ex filio. de uulg.& pup.& in l.Titio centum.§.Titio genero.de condi.& demon.Bal.in auth.res,quæ.ij.col.communia de lega. & Paul.de Cast.in consilio cccxlvj.& in consil.cxiij. ubi tenet idem. & per Lau. de Fano in §.cæterùm. Insti.de leg.ag. suc.viij.col.Vnde

Filia prohibita per statutum succedere ab intestato, non potest agere ad supplementum legitimæ: ut suprà proxi.uer. Item omnino per Alex.in consil.vij.ij. parte. Item per Alex. consi.lxix.j.parte.& consi.cxxviij.ea.parte.

Filia prohibita succedere ab intestato per statutum,non succedit etiam in legitima:secundum doct.& Dyn.regula,indultum.in vj. Cyn.in l.sancimus.C.de nup.Bart.in l.Titio centum.§.Titio genero.de condi.& demonstrati.& Paul.consi. lxxvj. & per Alex. in d. consilio vij.ij.parte. & in consil.liiij. iiij.parte.& idem in l.si conuenerit.§.si nulla. de pign. actio. Anto.de Rosel. ubi suprà. d. uer. unum non omitto.& Lan. ubi suprà, vij. col. & Paul. consilio cxviij. & consi.cxxxv.& Ange.consi.ciij.Statuto cauetur,&c.

Filia ex primo matrimonio habens fratrem utrinque coniunctum,& fratrem ex altero matrimonio,non potest tanquam præterita rumpere testamentum patris in fauorem fratris utrinque coniuncti, quando filius ex secundo matrimonio est hæres uniuersalis, & frater utrinque coniunctus est hæres in decem tantùm. Bald. in l.maximum.ulti.q. C.de libe. præte.

Filia Iudæi non succedit matri,extante patre, ex consuetudine Hebraica,secundum do.Anto.Rosel. in tracta. de suc.ab intesta.penul.col.

Filia comminando fratribus de petendo hæreditatem, uidetur adire.Bart.in l.posthumus.§.fin.de inoffi. testa. & transmittit,ut ibi.

Filia prohibita succedere ab intestato,an debeat institui de necessitate: & an præterita rumpat testamentum. infrà, uer. Prohibitus.el j.uer.vij.Item,

Filia non debet habere legitimam,stante statuto, quòd filia sit contenta dote pro sua Falcidia.Bar.in l.j.ff.ad leg.Fal.

10 Filia eius,qui commisit crimen læsæ maiestatis,patitur pœnam:quia non succedit patri,sed matri sic in legitima tantū. l.quisquis.§.ad filias. C. ad legē Iuli. maiesta.sed extraneus succedit tam ex testamento, quàm ab intestato: tum quia non reperitur prohibitum: tum quia in eis debet esse mitior sententia: tum etiam, quia illa lex loquitur tantùm de successione paterna & materna,secundum Sali.ibi singu. filij uerò masculi nullo modo succedunt etiam extraneis. ut ibi,in uersi. filij autem.

Filia instituta in dote cum clausula,quòd plus non petat: si filius masculus hæres moriatur, & soror testatoris substituta adiuit cum beneficio inuentarij, potest petere supplementum legitimæ,stantibus agnatis non institutis,nec substitutis.Item fructus legitimæ à tempore mortis patris,licet petierit legatum dotis.Alex.consi.lxvij.j.parte.

Filia non dotata succedit exclusa filia dotata, stante statuto, q filia dotata non succedat. Bal.in l.si uiua.C.de bonis mater. & Paul.de Cast.consi.cvj.

Filia, cui pater legauit ducenta pro dote, si postea maritetur cum dote centum,an petat alia centum ex legato.Bald. in l. iij. C.de fal.causa adiec.le.l.Lucius.& ibi Bar.de leg.ij.

Filia an succedat in feudum excluso nepote ex altera filia mortua.Bal.in l.fi.iij.col.C. de suis, & legi.in auth.cessante.post Cy.C.de legitimis hæredib.

† Filia non succedit in feudo,pro quo nullum præstatur præmium.Dec. consi. lxxxv.col iij.uer.uenio ad secundum. Et adde, quòd filia regulariter non succedit in feudo. Socin. consi.xix.col.j.& ij.uol.j. Et an succedat in feudo emptitio, Alber.Bru.consi.xviij.col.iij.in ij.dubio.

Filia pupilla sponsa,cui est promissa dos, an succedat cum fratribus,stante statuto,quòd filia dotata non succedat. Bal. in l.non fine.C.de bonis,quæ libe.

Filia an ſuccedat matri, ita quòd uendicet mortuo patre bonorum partem, ſcilicet maternorum datorum in dotem alteri filiæ per patrem communem, ſi ipſa fuit præſens & conſentiens. Bal. in l. j. C. de bo. mater. quòd ſic.

Filia hæres matris ex teſtamento ſuccedens poteſt adire ab inteſtato poſt annos triginta, ſi antè non adiuit ex teſtamento. Baldus in l. licet. iij. q. C. de iure deliberan. Item ſi intra triginta annos non uenit ad ſucceſsionem per unde liberi. nec adiuit, poteſt uenire pòſt intra alios triginta annos per unde legitimi: & poteſt uſq; ad quadraginta annos petere dotem matris. Bal. in d. l. licet.

Filia ſuccedit matri, excluſa auia materna. l. j. & ibi Bald. & doc. C. ad Orficianum.

Filia baronis non ſuccedit in baronia de conſuetudine, extantibus fratre ſuo, uel filijs fratris, ſed ſtantibus alijs agnatis ulterioribus ſic. quo caſu ſuccedit etiam filius ex ea. Bald. in auth. ceſſante. C. de legiti. hære. & ĩ. Nepos ex filia. uer. viij.

20 Filia fratris excluditur à feudo per filium ſororis. Baldus in auth. ceſſante. C. de legi. hære. per cap. j. de eo, qui ſibi, & hære. ſuis maſcu. & fœmi. in uſi. feud.

Filia in feudo potior eſt, & ſuccedit, excluſo nepote. Bald. in dicta authen. ceſſante. C. de legi. hære.

Filia ſuccedit in relicto facto in codicillis, etiamſi dotem non conferat. l. à patre. & ibi Bal. C. de colla.

Filia an ſuccedat, uel dicatur exhęredata ex uerbis teſtamenti, Volo eam eſſe dote contentam. Barto. in l. qui uolebat. ff. de hæred. inſtituen.

Filia quæ cum iuramento promiſit non ſuccedere patri, non poteſt ſuccedere, ne incidat in periurium. Bal. in l. pactum. xviij. col. C. de collat.

Filia de iure communi ſuccedit ſimul cum fratribus. l. maximum. C. de liber. præte. Sed ſi repellitur à ſtatuto, an ueniat in inſtitutione facta de his, qui debẽt de iure ſuccedere. Bar. Cæp. in l. nominis. §. uerbum. xj. col. C. de col.

* Filiam unà cum fratrib. ad patris hæreditatem communi iure uocari, & interdum etiam ſtatuto, tradit Dec. cõſ. cxxxix. nu. 2. Æmilius Maria Manoleſſus.

Filia ſuccedit matri inteſtatæ, excluſo auunculo, id eſt, fratre matris, & ſtante ſtatuto, quòd ſi quis deceſſerit ab inteſtato, ſuperſtite agnato, fœmina non ſuccedat: quia intelligitur ſtatutum de maſculo decedente, non de fœmina. Sali. ſin. in l. ij. C. de noxa. & Alex. conſil. lxvj. ad fi. iiij. parte.

Filia præfertur tranſuerſalibus in ſucceſsione. l. fi. & ibi Bal. C. de ſuis, & legitimis.

Filia an ſuccedat cum maſculis in feudum quæſitum per patrem pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis. Bal. quòd ſic, ſcilicet ordine ſucceſſiuo, non ſimul. in l. liberti. viij. colu. C. de bon. lib. per c. j. & ibi Bal. epiſcopum, uel abbatem. & in c. fi. per Bald. de ſuc. feud. in uſi. feu. & per Fran. Por. in tract. de duo. fra. iiij. parte. xxviij. q.

Filia ſuccedit in emphyteuſim ſtipulatam pro ſe, & filijs, quando eſt conſuetudo, quòd filia dotata ſuccedat in emphyteuſim. Bart. in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. liber. & Ioan. de Imo. ibi. & in repeti. c. potuit. in fi. de loca. & Andr. Barba. in conſi. Spectabilis. quod eſt poſt conſilium xlv. Alex. 4. par.

30 Filia unius hæredum, quibus fuit facta ſubſtitutio, ſi ſine filijs deceſſerit, an excludat ſubſtitutum: & ſi non excludat, an detrahat Falcidiam & Trebellianicam. Paul. de Caſtr. in conſi. cclv.

† Filiæ an cenſeantur poſitæ in conditione ſubſtitutionis. uide do. Pet. Philip. Corne. in conſi. cj. incipien. per totum. in iiij. parte.

Filia an excludat ſubſtitutum omnibus filijs teſtatoris datum, ſi filij maſculi ſunt mortui. Paul. de Caſt. in conſi. cclv.

Filia an ſuccedat, ſi maſculus deceſſit ante aditam hæreditatẽ relictis filijs, ſtante ſtatuto, quòd filio maſculo non adeunte, fœmina ſuccedat. per Paul. de Caſt. in conſi. ccclxxxviij. & conſi. ccclxxxix.

Filia monialis an excludatur à ſucceſsione patris inteſtati, ſtante ſtatuto, quòd filia nõ ſuccedat propter agnatos. Pau. de Caſt. conſi. cccxxxv. & Lau. de Fano in §. cæterùm. xx. q. Inſtit. de legi. ag. ſuc. & But. in c. quod clericis. de foro compe. & plenius in ſtatuto de ultimis uoluntatibus. & ibi uide, quid ſi extat filius maſculus clericus.

Filia an non ſuccedat patri inteſtato, ſtantibus maſculis, ſtante ſtatuto, quòd non ſtantibus maſculis filia ſuccedat: per Bal. & Sali. in l. conuenticula. C. de epiſco. & cler. Bal. Ange. & Imo. in l. ſi cùm dotem. in princip. ff. ſoluto matrimon. & Dyn. in conſilio, Statuto ciuitatis Piſtorij, &c. Anto. Roſel. Bald. in l. inter ſocerum. §. cùm inter. de pact. dota. in tracta. de ſuc. ab inteſta. lxxiiij. colu. uer. ſed pone, quòd ſtatuto. & Lau. de Fano. in §. cæterùm. xxix. colum. Inſtitu. de legi. ag. ſuc. Et hanc primam quæſtionem publicè diſputaui in ſtudio Paduano, in quarto anno ſtudij mei, M. CCCCLIX. & ſuprà, uer. Argumentum. uerſi. xviij. & per Paul. de Caſtr. conſi. cccxxxiiij. & Alex. in l. j. ff. de officio eius. & in d. l. ſi cùm dotem. penul. colum. ubi tenet, quòd non ſuccedit contra Ludo. ibi.

Filiæ ſucceſsionis materiam ſupple ĩ. uerſic. ſeq.

Filia hæres, uel legataria, an & quando ſuccedat, uel non, dicetur ĩ. eod.

Filia meretrix poteſt exhæredari à patre, uel matre. l. ſi filiam. & ibi Bar. & doct. C. de inoffi. teſt. & in l. in arenam. C. de inoff. teſt. niſi mater ſit meretrix, ſecundum Bal. ibi. Item nec eſt alenda. in Spec. qui fil. ſint legi. uer. quid ſi filia. & ibi Bal. in add. uerſi. iij. qui dicunt, quòd poteſt exhæredari, & non debet ali.

Filia, etiam in uno numo hæres inſtituta, non poteſt querelare teſtamentum. gloſſ. in authen. ut cùm de appel. cog. §. aliud quoque. & §. cæterùm. not. in c. j. de teſta. in vj. Poteſt tamen agere ad ſuppletionem legitimæ. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſta.

Filia in dotem inſtitui poteſt hæres à parentibus. gloſſ. & ibi Alex. in l. iij. §. ſed utrum. ff. de mino. Bald. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſta. Sed glo. & Bart. in d. §. ſed utrum dicunt conſilium eſſe, quòd inſtituatur in quinque ſolidis, & in dote ſua: tunc enim non poteſt conqueri de teſtamento, ut ibi. & tenet Bal. in l. non ſine. C. de bonis, quæ libe. ſecus ſi non ſit inſtituta, ut ibi. & Paul. de Caſtr. in conſilio cx. & infrà eo. uerſic. x. & per Alex. conſi. clxxvj. ij. parte.

Filia inſtitui non poteſt hæres in dote ſibi data, quia eſt quæſitum patrimonium: ſecundum Bal. ſingu. in l. ſuus quoq;. de hæred. inſt. & Alex. in conſil. clxxvj. ij. parte. ubi dicit ſecus, ſi dos non eſt ei data. & in Spec. de inſtr. edi. §. xiij. uer. ſed ſuper. & ibi Io. And. in addi. ubi omnino uide.

Filia iuſſa per teſtatorem ſtare tacitam & contentam relicto ſibi facto ab ipſo patre, non poteſt querelare teſtamentum, & relictum ipſum capit pro legitima. Bald. in l. ſi adulta. C. de hæred. acti. & ibi Pe. de Sun. & Bald. in addi. Spec. de inſtru. edi. uerſi. filia. & in Spec. Imò præterita non dicit teſtamentum nullum: ſecundum Bar. in l. j. ff. de bo. poſ. contra tabu. Vide Fran. Por. in trac. de duobus fra. viij. & ix. q. & per Paude Caſtr. in conſilio cvj. & cxviij. & conſilio lxxvj. & infrà, eo. uer. xxij.

Filia, cui pater reliquit pro dote, non petit ſupplementum legitimæ, ſi renunciauit ſucceſsioni paternæ. Bald. in l. lex Cornelia. de uul. & pup. & Io. de Por. in l. cùm filius. de uer. obli. aliàs ſic. ut ſ. uer. Filia ſuccedit. uer. ij.

Filia poteſt inſtitui ſub conditione fauorabili, ſi nupſerit. l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſt. l. hæc conditio filiæ. & ibi Io. de Pra. de condi. & demon. & Bal. in l. ſi quis. licet alij contrà in l. filius matrem. C. de inof. teſt. Item,

Filia poteſt inſtitui ſub conditione, ſi nupſerit, uel cùm nupſerit, & ſic in dotem futuram. Bal. in l. ſi pater. iij. col. C. de inſtit. & ſubſtit. & infrà, uerſi. Pater dotat. uerſic. v. & in uerb. Pater teſtatur. uerſic. xlvj.

10 Filiæ debet à patre relinqui aliquid titulo inſtitutionis, nec ſufficit relinqui pro dote. Bald. in l. non ſine. in fin. C. de bo. quæ lib. & per Pau. de Caſt. conſi. cxcvij. & cccxlvj. Adde omnino ĩ. uerſic. Legatum dotis. uer lviij.

Filia an teneatur ad onus iniunctum legato dotis, ſi recepit legatum in uita patris. Paul. de Caſtr. in conſilio ccxxxiiij. & conſil. cx.

Filia hæres nõ poteſt uelle legitimam iure inſtitutionis, & reliquũ dimittere ſubſtituto. Bal. in l. iij. C. de impu. & ali. ſubſt.

Filia inſtituta in certa ſumma, non computat ſibi legatum factum ſibi in eodem teſtamento. in Spec. de teſta. §. j.

Filia hæres poteſt petere miſsionẽ in poſſeſsionẽ hæreditatis, & feudi

& feudi paterni, non obstante contradictione agnatorum. Io.And.in Spe.de testa.§.pen.in fi.& Alex.in l.fin.ad fi.C.de edi.diui Adri.tollen.

Filia cui parer dotem promisit, & non soluit, si instituatur hæres simul cum fratre à patre, computat in totum sibi in partem hæreditatis dotem promissam, & ideo partē dotis promissæ non petit à cohærede. Alex.post Ludo.in l.post dotē. v.char.sol.ma.per text. sing. in l.j.§.filiā.de col.dot.quod est mirabile.

Filia substituta fratri si uidua erit, si postea secundo nubat, altera sorore postea remanente uidua: uide Ioan. de Pra. l. hæc conditio filiæ.de condit.& demonst.

Filia hæres instituta cōminando fratribus de petendo hęreditatem, uidetur adire, & tanquam aditam transmittit. Bar. in l.posthumus.§.fi.ff.de inoffi.testamen.

† Filia si uirtute institutionis non consequitur integram legitimá, an pòssint alia relicta impugnari, & illa reseruari usq; ad instantiam integræ legitimæ. d. Bart.Soc. in con.ccxxx. incip. Viso.uer.circa primam.cùm uer.seq.in ij.parte.]

Filia instituta à patre in bonis maternis tantùm, an dicat testamentum nullum. Pau.de Cast.consi.ccclxvj.

20 Filia hæres grauata fideicommisso an computet sibi dotem in Falcidiam uel Trebellianicam.j. uer. Filia dotata.uer.vij.

Filia debet habere legatum sibi factum sub conditione uiduitatis, etiamsi nubat: licet secus sit in uxore. Paul. de Castro consil.ccxlv.

Filia instituta in dote potest expresse grauari fideicommisso. Bal.in authen res, quę.iij.col.uer.ex hac autem. C. cōmunia de legat.quem etiam uide in l.quoniam nouella.C. de inoffic.testa.& in l.cùm uirum.de fideicom. & in l. cùm patrem. C.de iure do.& in Spec.de instru.edi.§.xiij.uer. sed super.& ibi Io. And.& per Bar.in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Treb.& in l.fi.§.fi.de leg.ij.Cy.& Bald.in l.j.§.uideamus.C. de rei uxo. act.& per Bar.in l.à filia.in prin.ff.ad Treb. ubi dicunt uerū, si filia habet legitimam ultra dotem, aliàs nō. Vnde Paul.de Castr.in consil.ccxxx. Item uerum, nisi sit exclusa à statuto. quia dotata, secūdum Pau.de Cast.in consi.cxviij. & consil. cxj.uide etiam in consi.cxcvj.& lxxvj.& j.eod.uer.xxxv.

Filia, cui pater reliquit aliquid in testamento pro legitima sed non iure institutionis, non potest querelare testamentum tanquam præterita, stante statuto, quòd filia non succedat, extantibus masculis, sed stet contenta relicto sibi facto in testamento. Bal.sing.in l.maximum.vj.col.C.de libe.præte. & Pau.de Cast.in l.fi.§.in computatione. C. de iure delib.& per Paul.de Cast.consi.cxcvij.& s.eo.uer.xvj.& j. Legatum dotis. uersi.lvj.

Filia instituta à patre sub cōditione, si intrabit in monasteriū, habet hæreditatem, etiamsi nubat. Barto.in consil.Domina Nuctia,&c.

Filiæ potest legari dos à patre de bonis fideicōmissi, sicut potest dotari de illis à patre uiuo, dummodo congrue legetur. Bar.no.in l.à filia.in prin.ff.ad Treb.

Filia hæres in re certa an ueniat ad legatum cum fratribus hæredibus uniuersalibus factum ab extraneo hæredibus Titij.Bald.in l.liberti.xv.col.uer.sed quid si quidam.C. de bo. quæ liber.

Filia cui est relictum pro dote, non dicitur habere cum onere, ideo testamentum ualet.Bal.in l.si quis in suo.C. de inoffic. testa.adde Pau.de Cast.consi.cvj.& seq.

Filia iussa stare tacita, & contenta relicto sibi facto in testamento, etiamsi fecit quietationem fratri pro legato facto sibi, & soluto, potest petere suppletionem legitimæ, nisi & illi renunciauerit expresse. Bald. in l. scimus.§.cùm autem.C.de inoffic.testa.& Alex.con.lxx.utrum emphytheusis, &c. iiij. parte.& per Alex.consil.lxix.j.parte.

Filia etiam in re certa instituta, & prohibita plus petere, cedit in emphyteusim. Bal.in auth.si quas ruinas. de sac.san.eccl. & Flo.in l.dominus.§.per fideicōmissum. de usur. & in Spe. de loca.§.vj.uer.lxxvij.quod est uerum, ut filia, nō ut hæres, secundum Bal.in l.si adulta.C.de hæred.actio.sed Bal.aliter dicit in l.liberti.ix.col.C.de oper. liber. & uide Fran.Por.in tract.de duobus fra.iiij.parte.xxix.q.& per Bar.in cōsi.Dominus Iacobus,& cætera.

Filia, cui pater legauit ducenta pro dote, si postea eam maritat cum centum, an petat alia centum: per Bald.in l.iij.C.de fal. ca.adie.leg.in lec.antiqua & noua.& tex. in l. Lucius.de leg. ij.& ibi plenè per Bar.

30 Filia instituta ultra legitimam suam, & ultra dotem maternam, & prohibita plus petere, non potest petere dotem maternam. Bar.in l.liberti.ix.col.C.de ope.libe. & in l. quoniā nouella.C.de inoffic.testa.& Bar.in l.iurisiurandi.§.si liberti.ff.de ope.lib.& per Pau.de Cast.in con.cviij.quòd sic. Itē,

† Filia instituta in legitima sibi contingente secundum formā iuris, & in dotibus, & rebus dotalibus, & indumētis sibi traditis per testatorem, & iussa ne plus petere posit, an ab hærede uniuersali posit petere legitimam uirtute copulatiuę, & in dotibus, &c.do.Pet.Phil.Cor.in consi.cc.incip. Cōsuluerunt.per totum.in iij.parte.]

Filia infans an transmittat legatum dotis sibi factū, si decedat innupta.Bal.in l.non sine.de bo.quæ lib.quòd non.

Filia hæres patris maritans se extra territorium mortuo patre, & adita hæreditate, an priuetur hæreditate, stante statuto, quòd filia maritata extra territorium patri nō succedat: per Bald.in l.si matre.C.de suis & legi. quòd non. sed an ex pacto reseruet sibi succesionem.Bald.in l.fin.C.de pactis.Itē,

Filia legataria partis hæreditatis an rumpat testamentum, tanquam non instituta.per Bald.in l.fi.C.fa.er.tex.sing. in cap. Raynaldus. de testamen. Ioan. de Imol.in l. cùm ex filio. de uulg.& pup.

Filia hęres matris ex testamento potest adire ab intestato post triginta annos, si antè non adiuit ex testamento. Bald.in l.licet.iij.quęst.de iure deliberandi.& suprà, uer.Filia succedit. uersic.xviij.

Filia instituta in certa quantitate, & grauata fideicommisso, si decedat sine filijs, ea decedente debet detrahi Falcidia & Trebellianica. Bartol. in l. cohæredi. §. quæ ita. in fin. de uulg.& pup.

Filia, cui pater reliquit cùm nupserit, si decedit antequam nubat, an transmittat legatum ad hęredes, stante statuto, quòd filia sit contenta relicto sibi facto à patre. Alexan. consil. lv. ij. parte.

Filia non succedebat patri, stante filio masculo, secundum legem Mosaicam, Nume.cap.xxvij. Ang.in q.nobilis quidam genere, &c. And.Barb.in consi. Spectabilis ac generosus miles.ij.col.quod est post consi.xlvj.Alex.iiij.parte.

Filia instituta in minus legitima, si agit ad supplementum legitimæ, obtinet, & computat sibi quicquid habet iuris supplementum contra uoluntatem patris in dimidia parte, in qua ipsi fuit fratri substituta, si frater suus sine filijs moriatur. Bar.sing.in l.liberto.§.filium.in fi.ff.de an.leg.

Filia, cui est relicta dos, non dicitur præterita, & ideo non potest querelare testamentum patris de iure canonico. not.in c.Raynutius.& ibi doct.& But.de testa. secus de iure ciuili, Bar.in l.his uerbis.de hæredi.insti. Vide Bal.in l.fin.C.fam. erc.& Bal.in l.si adulta.de hære. act,& in addi. Sp.de instru. edi.uer.filia potest.

40 Filia instituta in certa quantitate, an succedat uni fratrum uniuersalium hæredum patris, excluso altero fratre.Pau.de Cast.consil.lxxvij.

Filia instituta in testamento, in quo altera filia est præterita, an reducta re ad causam intestati per filiam præteritam, succedat ab intestato in plus, quàm habuerit ex testamēto, in quo erat ipsa hęres particularis.Bar.post gl.in l. pater decedens. de inoffic.testa.

Filia, cui pater legauit dotem, debet interim ali ab hærede, donec nubat, & non computat sibi alimēta in legato dotis. Ni. de Nea.in l.qui filium.ff.ubi pu.edu.de.& Paul.de Cast.consil.lxxvj.suprà.

Filia sacerdotis nata post sacerdotium an posit hæres institui simul cum filio nato ante sacerdotium, an non. Fran.Por.in tract.de duo.fra.iiij.parte.xxx.q.

Filia instituta hęres in re certa in testamento patris, in quo filij masculi sunt hæredes uniuersales, non succedit in fideicōmissum factū filijs reciprocè, ut quòd uno moriente succedant superuiuentes, quando masculi sunt plures: secus, si est unus tantùm, quia etiam filia uenit ad fideicōmissum: quia participium, Superuiuentes, non potest uerificari in uno. Bar.no.in l.fi.ff.ad Treb. quia prædilecti in institutione, uidentur

dentur etiam prædilecti in fideicommisso, ut ibi, ubi etiam subdit, quòd si apparet uerbum scriptum abbreuiatim, puta in superuiuente, in dubio, debet interpretari in numero plurali, ut omnes instituti uideantur, etiam substituti inuicem, & sic etiam filia cum masculis, secũdum Bar. ibi. & omnino per Pau. de Cast. in con. xxxvij. Adde And. Barb. in cõsil. Spectabilis ac generosus miles. post consilium xlvij. Alexan. iiij. parte.]

Filia ex altero matrimonio instituta à matre in minus legitima, an petat suppletionem legitimæ, non obstante statuto, quòd filia dotata non succedat, sed sit contenta dote, & relicto sibi facto nec supplementum petere possit: uide omninò in consi. d. Contis de Perusio, In Christi nomine, amen: Punctus quæstionis, super qua, &c. ubi tenet, quòd sic.

† Filia exclusa instituta in aliqua parte, an possit petere supplementum legitimæ: uide do. Bar. Soci. in consi. ccxxxviij. incip. Visa. uer. probatur. circa medium in ij. parte.]

† Filia si sit instituta sub conditione usq; ad legitimam, conditione reiecta, an purè illa censeatur instituta: uide do. Bartho. Soc. in consi. xcij. incip. Circa primum huius uersic. vj. & ult. in j. parte.]

Filia præterita potest mortuo uel uiuo masculo fratre suo contratabulare testamentum, etiam stante statuto, quod extãte filio masculo fœmina nõ succedat ab intestato: quia non contratabulando non dicitur uenire ab intestato, sed contra testamentum. Quod est uerum, si ueniat per bonorũ possessionem contra tabulas post aditam hæreditatem per fratrem ex testamento scriptum: quia tunc contratabulæ nõ deducunt rem ad causam intestati: secus, si ante aditam, quia nõ potest propter causam intestati, à qua repellitur per statutum. l. ut liberis. & ibi glos. & Bald. C. de colla. secundũ Pau. de Cast. in authen. ex causa. C. de lib. præteri. & in l. certum. & ibi Bald. in pen. col. C. unde cog. & l. filiæ. & ibi Pau. & Alex. contra Angel. C. de colla. & Franc. Por. in tracta. de duob. fra. iiij. parte, xij. q. Ant. Rose. in tract. de succes. ab intest. xcvj. col. & Lau. de Fano in §. cæterùm. Insti. de leg. agn. suc. viij. col. & quod per Bar. in l. Gallus. §. quid si tãtùm. de libe. & postũm. & ibi per Bald. viij. col. Bartol. in l. fin. ff. ad Trebel. & per Bald. in l. ij. C. de libe. præte. ubi Alexã. & in l. si quis posthumos. §. si quis filium. de lib. & posth. ubi Alex. & in l. si quis filium. & in l. si quando. C. de inoffic. testa. & in l. maximum. C. de libe. præter. & in l. emancipati. iiij. col. de colla. ubi dat consilium, quòd dicta filia ueniat per bonorũ possessionem contra tabulas nõ per ius dicendi nullum. uide omninò per Alex. in d. l. filiæ dotẽ. de colla. & ubi suprà, & Ang. in d. l. certum. & per Pau. de Cast. consil. lxxvij. cvj. cxviij. ccccxlv. & seq. & Pet. de Anch. in consi. Hæc quæstio iam uulgaris, &c. Et quid de filio ex filia præterita mortua uiuo patre suo, an rumpat testamentũ aui post mortẽ auunculi sui, id est, fratris suę matris. Bald. in l. si quis filium. C. de inoffic. testa.

Filia præterita, cui pater legauit centum simpliciter, non iure institutionis, dicens de nullitate testamenti, non debet habere legatum. Bald. in authen. ex causa. viij. q. pen. col. C. de libe. præter.

Filia præterita, sed dotata, exclusa per statutum à successione, non dicit de nullitate testamenti, & potest in dote grauari. Pau. de Cast. con. cvj. cx. cxviij. lxxvj. cvij. ccxlvij. & cccxvj. & suprà, Filia hæres, uel legataria. uersi. xxij. Et an petat suppletionem legitimæ. j. eod.

Filia, cui sit relictum pro legitima, non dicitur præterita. s. eo. Filia hæres. uer. xxij.

Filia præterita an mortuo masculo, propter quem per statutũ excluditur, possit rumpere testamẽtum. Bal. in l. si quando. C. de inoffic. testa. & j. Filia exclusa. uer. xx.

Filia præterita debet dotari ab hærede extraneo, si nolit agere de nullitate testamenti. Bal. in l. fi. C. de do. promis.

Filia præterita substituta pupillariter an tacendo approbet testamentum. Old. con. clxxj.

Filia instituta in dote sibi iam data, dicitur præterita, & testamentum non ualet: secus, si dos non erat ei data. s. uerbo proximo. uersi. v.

Filia instituta in centum, si nupserit, & in ducentis si monasterium ingrediatur, dicitur præterita, si fiat soror tertij ordinis sancti Francisci. j. Institutio. el j. uersi. lxxvij.

10 Filia an dicatur exhæredata ex uerbis, Volo filiam dote esse contentam. Bar. in l. qui uolebat. de hære. instit.

Filia rumpens testamẽtum mortuo masculo, an rumpat ut ex nũc, an ut ex retro. Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. & in l. si quis posthumos. §. fi. de libe. & posthumis. & in suo cons. Do. Iambertus, &c. Bal. in l. ij. C. de lib. præte. Lau. de Fano Insti. de legi. agna. suc. §. cæterùm. xvj. col. ubi plenè. Item,

Filia pręterita decedens ante masculum, an transmittat ius rũpendi testamentum, uel dicendi nullum ad filios: per Bal. in l. ij. C. de libe. præte. Item, an transmittat ius petendi legitimam. Bal. in d. l. ij. ad fi.

Filia præterita, uel exhæredata in testamento patris, in quo sit instituta mater, uel soror, & non agnati, quorũ respectu excluditur per statutum ab intestato, potest rumpere testamẽtum, secundum Abb. in consi. & Lau. de Fano in d. §. cæterùm. x. colum.

Filiæ præteritæ materiam supple j. uer. seq.

Filia exclusa per statutum, extãtibus masculis, à successione intestati, potest succedere ex testamento. Itẽ potest sibi successionẽ reseruare ex pacto: secus, si excludatur per statutum tam ex testamento, quàm ab intestato: quia tunc pactum sibi non prodest. Bartol. singul. in l. fin. C. de pact. Quod uerum est, secundum Bald. ibidem, nisi dicto pacto fratres consentiant.

* Filiæ fœminæ à successione stantibus masculis exclusæ, si uel non extẽt masculi, uel extantes succedere nolint, admittuntur: tũc enim exclusionis causa cessat: ac per cõsequens ipsa exclusio. l. j. §. fortissimum. ff. de offic. eius. Bar. in l interstipulantem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. Gl. Bald. & Salic. in rub. C. de amit. & retin. posses. Abb. consi. xxxvj. nu. vj. uol. I. Iaco. Phil. Por. Imol. consi. cxxxj. num. xiij. xviij. Aemilius Maria Manolessus.

* Fœminæ cùm masculorum causa ab hæreditatibus municipali iure excluduntur, non censentur exclusę, si masculi sint excommunicati, deportati, uel alia deniq; de causa capere hęreditatem non possint. Bald. in l. maximum uitium. uer. quęro quid si statutum. C. de libe. pręter. Abb. in c. quod clericus. nu. xl. de restit. in integ. Iaco. Phil. Por. Imo. con. xxiij. nu. ix. Aemilius Maria Manolessus.

* Filię à statuto propter masculum si ei nõ sit data dos idonea pro facultatibus & dignitate patris, ad dotis supplemẽtum agere potest, dosq; nõ uidetur idonea, si minor legitima sit. Bal. in l. fi. col. ij. C. de dot. prom. Salic. in authen. res quę in ij. not. C. cõmu. de leg. Alex. con. lxix. uol. 2. Dec. consi. cciij. co. cccxcij. Aemilius Maria Manolessus.

Filia expulsa per statutum, & iussa stare contenta dote, si non uelit dotari, ne perdat successionem, nõ succedit, si dos fuit ei à fratribus oblata. Bal. in l. fi. C. de pact. in l. pactum. xx. q. de colla. & Alex. in l. qui decem. de solu. & Franc. Por. in tractatu, de duobus fratribus. iiij. parte, xxiiij. quęst. Vide Bal. in l. pen. v. col. in lectu. antiqua. C. de cond. inser. & j. Soror. uersi. antepe.

* Filia, quã ius municipale masculis existentibus à patris successione excludit fratri, qui patri hæres extitit, succedere potest. Alex. in l. j. §. ueteres. ff. de acq. poss. Angel. consi. lij. Roma. con. xl. con. clxviij. Dec. cõ. dcxxvij. nu. ix. Aemilius Maria Manolessus.

* Filia, cùm à statuto, masculo hęrede existẽte, excluditur, intelligendum est, filijs existentibus. Dec. con. cccxcv. nu. viij. Aemilius Maria Manolessus.

Filia prohibita succedere ab intestato per statutum nõ potest agere ad supplementum legitimæ. suprà, Filia succedat. uersic. ij. & iij.

Filia per statutum exclusa à successione, si est competenter dotata à patre, an possit dicere se incompetenter dotatam, si non fuit dotata à curatore. Paul. de Castr. in consil. cviij. & infrà, §. ij. uersi. antepen. Item uidetur exclusa etiam à legitima. suprà, §. Filia succedit.

Filia exclusa per statutum non potest testari de relicto dotis sibi facto à patre. Paul. de Castr. in consil. cvj. & sequen. ubi etiam dicit Pau. quòd non exclusa per statutum potest testari de relicto dotis.

Filia per statutum exclusa an censeatur à patre instituta in testamento

ſtamento per uerba, Inſtituo filios meos in partibus, quæ ſibi de iure tangunt. Bald. quòd ſic, uidelicet in partibus ſibi tangentibus de iure cõmuni, & ſic in uirili: in l. quicunque. iiij. col. de ſer. fugi. Barth. Cæpo. in l. nominis. §. uerbum. de uerborũ ſignifi. & omnino per domi. Alexan. conſil. cxxvij. j. parte.

* Filia à ſtatuto maſculorum cauſa excluſa, ſi maſculi hæredes eſſe non poſsint, hæres eſt, fac. l. ut ſi ex modica. §. ſi filius. ff. de bon. lib. l. ſiue. §. fin. ff. de iure. patron. l. j. §. quib. ff. de ſuc. edict. l. ij. §. & ſi ſint ſui. ubi Bart. ff. ad Tertyllian. idem in l. j. §. filium. ff. de bon. poſſeſ. cont. tab. Bald. in l. maximum. col. pen. C. de libe. prӕte. Dec. conſi. ccxcvj. nu. v. Aemilius Maria Manoleſſus.

Filia excluſa ab inteſtato, uidetur excluſa etiam iure rumpendi, & dicendi nullum teſtamentum. Bal. in l. poſthumus. §. ſi quis ex hoc. de inoffic. teſt. quia poteſt prӕteriri. & infrà, per Alex. in l. filiæ. C. de colla. & s. §. prox. uer. j. & iiij.

Filia excluſa per ſtatutum à ſucceſsione inteſtati propter fratres, ſi in teſtamento ipſa ſit prӕterita, & etiam fratres, & extraneus non ſit hӕres ſcriptus, poteſt contratabulare teſtamentum. Ang. Imo. & Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de libe. & poſthu. Ludo. in l. ut liberis. C. de colla. & plenius per Alexã. in l. filiæ. eod. tit. ubi dicit uerum, quando filia eſt in poteſtate, uel ſi eſt emancipata, & præterita ſine cauſa, nõ ſi cum cauſa, & hӕreditas eſſet adita. & per Abb. Sicu. in cõ. & Lau. de Fano, Inſtit. de ſuc. agn. §. cæterùm. x. col.

† Filia, quæ ab inteſtato excluditur, non petit legitimã. Et iſta eſt communis opinio, ſecundum do. Phil. Deciũ poſt alios, quos refert ibi in conſil. ccxvj. incip. In caſu propoſito. in ij. col. uer. ſimiliter filia. in ij. uolum. Hoc tamen declara, ut ibi per eum.

Filia excluſa per ſtatutum propter agnatos poteſt grauari in relicto dotis, uel legitimæ. Pau. de Caſt. conſi. cxcvij. in princ. Adde ſuprà, Filia hӕres. uerſic. xxj.

Filia excluſa ab inſtitutione uniuerſali, uidetur etiam excluſa à ſubſtitutione reciproca. Bar. in l. fin. ff. ad Trebel. & Pau. de Caſt. conſi. lxxvij.

10 Filia per ſtatutũ excluſa poteſt ſuccedere in emphyteuſim. Bal. in authẽ. ſi quas ruinas. v. col. C. de ſac. ſan. eccle. quem etiam uide in l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. & plenius in l. liberti. ix. col. C. de ope. lib. & in l. quoties. de ſuis & legi. quòd etiam in emphyteuſi, uel feudo, ordine ſucceſsiuo, uide omnino Bar. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. lib.

Filia excluſa à ſucceſsione paterna propter dotem, non ſuccedit in ius patronatus eccleſiæ. Fed. de Senis in cõſ. cxxxix. Item quæritur, an filius.

Filia excluſa propter maſculos, non dicitur ſua hæres. Bar. in l. j. §. ſciendum. de ſuis & legi. & per Alex. con. cxxviij. j. parte. & conſil. cxxxj. & Lau. de Fa. in §. cæterùm. xv. col. Inſtit. de leg. agn. ſuc. nec poteſt inſtitui in teſtamento coram duob. teſtibus, per §. ex imperfecto. qui non habet locum in ea, ſecundum Raph. Fulg. in §. per nuncupationem: in l. hac conſultiſsima. C. de teſta: ſed ſe non firmat in hoc. & Ioã. Pet. de Peru. reprobat ibi. Item,

Filia excluſa habetur pro extranea, & æquiparatur filio ingrato, quo ad ſucceſsionem. Ang. in authen. de nupt. §. optimè.

† Et do Barth. Soc. in con. cl. incip. Et nos. uer. prӕterea illud. in fin. in j. parte.]

Filia excluſa propter fratres, nõ ſuccedit in partem ab uno ex fratribus repudiatam per ius accreſcendi, nec in partem fratris mortui. Bal. in l. j. iiij. q. princ. C. quando non pen. par. & Bart. in l. mulieri de condi. & demon. & in l. re coniuncti. de lega. iij. niſi unicus tantùm ſit ei frater, & is repudiet, quia ſoror ſuccedit. Bal. in l. nõ pro numero. C. ad Orfi. & infrà, Statutum de ultimis uoluntatibus. uer. xxiij.

Filia excluſa ob maſculos per ſtatutũ ſuccedit, ſi maſculus, qui unicus extat, eſt incapax, puta frater ordinis Minorum ſancti Franciſci. Bar. in l. j. §. filiam. in j. col. in fi. uer. quæro, quid ſi extat. ff. de bon. poſ. contra tabulas. & in l. filiusfam. §. cùm quis. in fi. ff. de lega. j. Bald. in authen. ingreſsi. in fi. C. de ſac. ſanc. eccleſ. & in l. fratres. in fin. C. de inoffi. teſt. & in l. maximum. vj. col. uer. item quero, nunquid ſtatutum. C. de libe. prӕte. Bar. in l. ij. §. ſed ſi ſint. ad Tertul. & Bar. in l. ſi. C. quando & quib. quarta pars deb. lib. x. & per Lau. de Fano. in §.

cæterùm. ij. col. Inſtit. de legi. agn. ſuc. & in xxviij. col. Secus tamen, ſi ſit clericus ſecularis, ſecundum Paul. de Caſt. in l. omnes populi. de iuſti. & iure. & Bal. in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. Idem in epiſcopo, Bal. ibi. & Bar. in l. ij. in fi. ff. de his, qui ſunt ſui uel alie. iur. Item ſi maſculus eſt exhæredatus, quia non ſuccedit filia, ſecundum Bald. in d. l. fratres. in fin. Barto. in l. j. §. filium. de bõ. poſſeſ. contra tab. & Bar. in l. j. §. ſi pater. el ij. de coniung. cum emancip. lib. in j. col. Sed an ſi ſit monachus, uel ſeruus pœnæ. Bald. in l. Deo nobis. §. hoc etiam. j. & ij. col. C. de epiſc. & cle. quòd monachus ſuccedit, ea excluſa. Sed quid de bannito. j. Statutũ. de ultimis uoluntatibus. uer. xxiij. & xxix.

† Filiæ nõ dotatæ ſi excluduntur à ſucceſsione ex forma ſtatuti, & an per legitimatos excludantur, aut cũ eis ſimul ſuccedere poſsint. uide do. Bar. Soc. in conſi. ccxlvj. incip. Eleganter. uerſi. circa tertium & ultimũ. cũm uer. ſeq. & uer. ſed poſito, quòd exiſtentibus. cum ſeq. in ij. parte.]

Filia excluſa licet ſit indecenter dotata, poteſt agere ad dotis ſuppletionem arbitrio boni uiri, niſi ſtatutum excludens ultra procedat, iubendo eam eſſe contentam dote. Bal. in l. fin. C. de dot. promiſ. quem uide in auth. res, quæ. ij. col. C. communia de le. & in cõſi. Prӕſuppoſito ſtatuto, &c. & Ant. Roſ. in tract. de ſuc. ab inteſt. xcvij. col. & per Pau. de Caſt. conſi. cvij. & j. uerb. Statutũ, quòd filia dotata in ſtatutis ultimarũ uoluntatum. uer. xiiij. &c. & per Alex. conſil. lxiiij. iiij. parte. quòd poteſt petere ſupplementum uſq; ad legitimã. & con. lxix. j. parte. ſed quid de dotata à fratre. j. Soror. uerſic. xxij. & ſequen.

Filia per ſtatutum excluſa, ſtante hӕrede maſculo, an ſuccedat patri ab inteſtato, ſtante agnato. Paul. de Caſt. in conſil. cxv. Et an excludatur per neptem ex filio. ibidem, quòd ſic. Vide Roſel. de ſucceſ. ab inteſt. lxiiij. col. Io. And. in addi. Sp. in rubri. de ſucceſ. ab inteſt.

Filia excluſa per ſtatutũ propter agnatos debet dotari ab agnatis. Item debet habere ſibi dotẽ liberatam, & debet liberari à ſtipulatione de dote reſtituenda patri. Bald. in l. fin. in ij. col. uerſic. ſed pone quòd ſtatuto. & uerſic. ſequen. C. de dotis promiſ.

20 Filia excluſa per ſtatutũ ꝑpter maſculos, an ſuccedat mortuis maſculis. Fran. Por. in tract. de duo. fra. iiij. parte, xxvij. q. & omnino Alex. in l. j. §. ueteres. de acqui. poſſeſ. & ſuprà, Filia præterita. uer. j. & v. & Bal. in authen. ſed & ſi quis. col. iiij. C. de nup. & in l. ſi Pontianilla. quando di. leg. ce. & in l. j. de lib. prӕte. & in l. ſi quãdo. C. de inoffi. teſta. & in l. in quib. de ſec. nup. Ang. in authen. de hӕred. & Fal. §. ſi quis. Lau. de Fano in §. cæterùm. v. col. Inſtit. de legiti. agna. ſuc. & omnino ſuprà, uerb. Amita. uerſi. antepe. & Bal. in c. j. epiſcopum, uel abbatem. per Bar. in l. ſi. ff. ad Tertul. & in ſuo conſi. Proponitur, quòd pater filiam: tenet quòd ſic. Contrarium tenet in alio conſil. quidam nomine dominus Iacobus, & in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. liber. & in l. Titius. & ibi probatur de excu. tut. Sed Bal. in l. Gallus. §. & quid ſi. de libe. & poſthu. dicit filiam non admitti, niſi ſtatutum ſub conditione loquatur. idem tenet in l. ſi quis. §. ſi filium. eodem. tit. & ibi Alexan.

† Vide do. Mari. Soci. in conſi. xix. incip. Pro deciſione. uer. & poſito in caſu fortiori. circa princ. & do. Barth. Soc. in conſi. cxij. incip. Circa primum huius. uerſi. circa quartam dubitationem. cum uer. ſeq. in j. parte. ubi an & quando maſculis ceſſantibus filia reintegretur.]

Filia excluſa per maſculum à ſtatuto, nõ ſuccedit, ſtante nepote ex filio. Bart. in l. liberorum. in vij. col. in uer. his præmiſsis. ff. de uerb. ſig. Idem Bar. in l. hæredes. §. cùm ita. ad Treb. Bal. & doc. in l. cum antiquioribus. de iure delib. Idem Bald. in l. ſi uerò. §. de uiro. ad fi. ff. ſol. mat. ſi extat maſculus ex alia filia. l. j. C. de cond. inſer. & Bar. in d. l. liberorum.

Filia excluſa per ſtatutum ob maſculos, an præterita rumpat teſtamentum patris, mortuis maſculis. Bald. quòd non, in l. ij. C. de libe. prӕte. & Bar. in l. ſi. ff. ad Tert. per Bal. in l. ſi quãdo C. de inoffic. teſt. & s. Filia præterita. in princ.

Filia per ſtatutum excluſa propter agnatos an debeat inſtitui, uel poſsit præteriri, uel exhæredari. Pet. de Su. in conſi. Stat dubitatio, &c. & Bald. in l. in ſuis. de lib. & poſthu. in repetitio. & in l. pater filiã. C. de inoffic. teſta. in repetit. Alexã. ple-

nè in l.si quis posthumos.§.j.de lib.& posthu. Lau. de Fano. in d.§.cæterum.xij.q.Pau.de Cast.in authen. ex causa.C. de lib.prete.& in consil.cxcvij.& Bart.in l.fi.ff. ad Tertul.& ibi Bald.in l.maximum.de lib.prete.& plenè per Alex.in l.filiæ dotem.C.de collat.ubi reprobat opi. Ang.& suprà §. proximo,in princ.& Pau.de Cast.tenet cum Bar. quòd non expugnet testamentum. & in consi.cccxlv. ubi ponit an tunc instituto filio debeat etiã ipsa institui, uel præterita dicat nullum.& in con. cvj.& seq. Sed quid si instituatur extraneus. Pau.de Cast.con.cccxlv.& sequen.

Filia per statutum exclusa à successione patris,an computetur in numero filiorum ratione legitimæ.Pau.de Cast.cõ.ccv.

Filia exclusa per fratrem uigore statuti an excludatur per hæredem fratris mortui ante aditionem ex iure excludendi in ipsum transmisso. Pau.de Cast.consi.cccxlv.quod incip.Vltimum est de intellectu.quòd sic.

Filiæ exclusæ materiam supple infrà uersi.seq.& infrà,Statutũ de ultimis uoluntatibus.per multos uersi.

Filiæ exclusæ pars deuoluta masculo non adita transmittitur ratione suitatis.Lud.Pon.in sing.in l.uentre.de acqui.hęre. Caue,quia Lud.non firmat, sed relinquit cogitandũ.& Bal. in cõsi.In Christi nomine,amen: factum sub hac forma proponitur,quidam,&c.& suprà hæreditas transmittitur. uersic. finali.

Filiæ mortuæ ante fratrem hæres non succedit ex persona matris exclusæ per statutum fratri mortuo. Bar.in l.fi. ad Tert.

Filia nupta desinit esse in potestate patris, & transit in potestatem mariti,quo ad debitum carnis tãtummodo. gl. Insti.ad Tertul.§.j. & Insti.de iniur.§.itaq;.Bal.in l.uxorem. C.de cond.inser.post gl.dicit quòd est in potestate uiri,quo ad residentiam,quo ad operas,& quo ad thorum, in alijs uerò remanet in potestate patris: uide Bal. in l.j.C.de bo.quæ lib.& per Bar.in d.l.si uxorem.& in l.rei.§.socero.ff.solu.matrimo.xxxiij. q. ulti.c.fin.c.est ordo. & seq. & Abb.in c.in literis.in fi.de testibus.& in consi. Verè crudelis. quod est pe

† nul.consi.do. Alex. * Dec.cõ.dcxxiij.nu.v. Aemilius Maria Manolessus. *

Filia nupta dicitur de genere, & de agnatione patris, & uenit appellatione descendentium. suprà uerb. Descendens.uer.

† pen.& ulti. † Et per Felin. in c.super eo.el ij.de testa.& omnino do. Barh.Soci.in con.ccxxvij.incip.præsens.in ij.parte.ubi plenè,an uideatur amittere genus,&familiam patris: & transire in familiam mariti, nec esse amplius ex descendẽtib.patris:& an efficiatur de domicilio mariti, & perdat domicilium originis propter matrimonium. De quo etiã uide do.Pet.Phil.Cor.in con.xlj.incip.Videtur.in litera A,& G, in iiij.parte.] Item,

* Filia nupta, quæ etiam paternæ successioni renunciauit,patri,fisco excluso,succedit. Oldr.con.ccxciij.Guid.Pap.dec. ccxxviij.Deci. consil. ccxxxv.num.v. Aemilius Maria Manolessus. *

Filia nupta si patitur iniuriam,datur actio iniuriarum patri.l.j. §.fi.de iniur.& tenet Alex.in l.pen.de iurisd.om.iud.

Filia nupta retinet domicilium patris, uel originis, in his per quæ non subtrahitur à seruitio uiri.per Bart. in l.fi.§.pen.ad municip.Bal.& Alex.in l.pen. de iuris.om.iud.Bal.in rub.ff. sol.mat.& in l.j.C.de iuris.om.iud.

Filia iam nupta non potest postea dotari de bonis fideicõmisso subiectis.Bart.Salic.& Rapha.in auth.res,quæ.C.cõmunia de leg.& Alex.con.xxxij.iiij.parte.

Filia nupta acquirit bona aduenticia patri,quo ad usumfructũ sibi,non proprietatem,non uiro, cui acquirit ex operis tantum. Bal.in l.j.C.de bo. quæ liber. & ibi etiam dicit quid de lucris nuptialibus,& de donatione propter nuptias. Item,

Filia ex se nupta non potest petere dotem sibi constitui. l. obligamur.§.lege.de acti. & oblig.& ibi Bar. contra Bal.in authen.res,quæ.C.cõmunia de leg.& in l.fin.C.de do.promiss. xx.q.j.c.fi. per gl. xxvj.q.v.de raptoribus. & ibi Arch.& Ni. de Neap.in rub.ff.sol.mat. Quod est uerũ, si patri fecerit uerecundiam in nubendo uili,uel indigno.l.iij.§.si emancipatus.de bo. poss.contra tabu. Vide Pau.de Cast.consi.lxvj.& cix.secũdum Bal.in l.j.iiij.col.ff.sol.mat. Vide Pau.de Cast. consi.lxvj.& cviij.& Alex.consi.lviij.iiij.parte. & in d.l. obligamur.& glos.in c.si non factum. xxij.q.j. uide singul. per Io.de Imo.in d.l.j. vj. col.& Paul.de Cast.in l.si filiam. C. de inoffic.testa.Lau.de Fano,Insti.de leg.agna.suc.§. cæterum. col.xxxiij. Item uerum,nisi patre mortuo, si statutum excludit dotatam.Pau.con.cxxix.

† Filia nupta sine dote potest cogere patrem ad dotãdam. do. Barth.Soc.in con.ccxlvj.incip. Eleganter. uer.quinimò potius.cum seq.in ij.parte.]

Filia nubere an possit sine consensu patris.in authẽ.sed si post. & ibi doc.C.de inoffi.test.Fran.Por.in tract.Societa.iiij.parte.xvj.quæst. uide l.eum, qui.aliàs, Paulus. de statu hominum.quòd sic.

Filia nubens sine consensu patris contra formam statuti incidit in pœnam,sed tenet matrimonium.Bald.in l. omnem.in fi.C.ad Tertul.

10 Filia nupta cum dote centum florenorum post factum sibi legatum pro dote de ducentis,an possit,mortuo patre,petere alia centum:uide Bar. in l.Lucius.de leg.ij.& doc. & Bal. in l.filia legatorum.C.de legib. Io.de Pra.in l.hæc conditio. & in l.Publius.de condi.& demon.Bald.in l.iij.in lect.antiqua.C.de fal.causa adiec.leg.& Flor.in l.dominus.§. fideicõmissum.in fi.ff.de usufruct.Bart.in d.l.Lucius.dicit, quòd si est legatum pro dote, debetur residuum:non si pro filia maritanda.Sed Bald.in d.l.filia.tenet indistinctè idẽ.Opinionẽ Bar.sequitur Io.Pe.contra Bal. in d.l.filia.Ioan.de Imo.in d. §.cũ pater.in l.huiusmodi.de leg.j.tenet opi. Dy. cõtra Old. & Bal.ut non debeatur residuum. Vide Alex.in d.§.cùm pater.Item si maritatæ pater legat pro dote: quia debetur filię. Bartol. in d. l. Lucius. Sed quid si iam dotatæ legat pro dote. Bartol.in d.l.huiusmodi.§. cùm pater. de legatis.j. & infrà eodem.

Filia nupta si ex forma statuti habeatur,ac si esset sui iuris, quomodo intelligatur.Bar.in l.maritus.§.legis.de adulte.

Filia nupta sine dote, cui frater in testamento legauit certam quantitatem,cum clausula, quòd de bonis patris plus petere non possit, potest dotem petere ab hæredibus fratris, stante statuto, quòd fœmina dotetur, & non succedat in plus: & hoc siue quietauit, & siue acceptauit legatũ ipsum. Adde Paulum de Castro in consilio ccxxxiiij.& in consilio cxxix. quod est idem, & bis positum inter eius consilia. Itẽ an acceptando legatum fratris sibi factum cum dicta clausula possit petere dotem, quatenus plus est in debito dotis, quàm in legato. eod. consil. Item an sibi præiudicet faciendo quietationem generalem, dum accipit legatum.eodem consilio.

Filia nupta non præsumitur dotata, nisi constet. Bal.in authẽ. res,quæ.ij.col.C.communia de legat.

Filia nupta an petat alimenta à patre, uel eius hæredibus,quãdo pater sibi legauit alimenta, donec nupserit.Bal.in authẽ. cui relictum.ij.col.C.de indi.uidu. tol.dicit, quòd post nuptias ea non petit.

Filia maritanda ex dispositione testatoris habentis mille in bonis, non debet maritari habenti mille cum multis debitis, quibus detractis non haberet mille. Bald. in l.j.iij.col. C.de fruct.& lit.expen.

Filia pupilla nupta & dotata debet habere alimenta dotis, etiã interim, licet matrimonium propter ætatem nõ teneat.Bal. in l.non fine.C.de bonis quæ libe.

Filia nupta & dotata per patrem de bonis maternis, uidelicet de tertia parte, si postea consentit patri,quòd dotet aliam filiam de duabus alijs partibus bonorũ maternorum, potest mortuo patre petere à sorore, quæ plus habuit de bonis maternis tantum, quòd æqualiter succedant.Bald.singu.in l.j. C.de bonis mater.

Filia passa se maritari sine cõsensu Titij,nõ contradicendo, an petat hæreditatem patris, in qua fuit substituta sub conditione, si hæredes eam maritarent sine consensu Titij: & an iure directo,uel per fideicõmissum admittatur. Pau. de Castro in consi.lxxxvj.

Filia nupta à patre in pupillari ętate potest postea alteri nubere, si ei non placet primus uir. Cyn. & Bald. in l. si pater. C. de sponsa.

20 Filia nubens indigno non agit ad suppletionem legitimæ, sed posset exhæredari. Bald.in d.l.si pater.& per Franc.Por. de duo.fratribus.iiij.parte.xvj.q.& seq.

Filia

Filia nupta, sed non dotata tempore mortis patris, potest dotẽ petere, stãte statuto, quòd filia dotata nihil possit petere de bonis patris. Pau. de Cast. consi. cxxix.

Filia nupta extra territorium potest à statuto fieri incapax, & excludi à successione patris, etiam ex testamẽto, ut ei relinqui non possit. Bal. in l. ij. j. col. ad fi. uer. sed quid si statutum. C. ut in pos. leg. & per Bal. in l. fi. in iij. col. uer. ex hoc arti. C. de pac. Sed uide not. per Bar. in l. fin. §. penul. in j. col. uer. & hoc inducebam. ff. ad munic. Vide infrà, Statua de ultimis. uer. xv. & xcj. & per Alex. consil. clj. ij. parte. & in l. si conuenerit. §. si nuda. de pig. act. quòd dictum statutũ ualet, ut excludat etiam à legitima.

Filia nupta extra territorium, prohibita succedere per statutũ, potest succedere antè, quàm nupserit, non pòst: unde si prius quæsiuit hæreditatem, deinde contingit ipsam nubere, habebit bona. Secus, si erat nupta, quia non potest hæreditatem post sibi delatam acquirere. Bal. sing. in l. si matre. C. de suis & legi. De quo dicto facit mentionem Rapha. Cu. in cõsil. ut tenet Alex. in l. j. §. ueteres. de acq. posses. & per Bald. & Bar. in l. fin. C. de pac. sed Alex. contrà in l. si conuenerit. §. si nuda. de pig. actio.

Filia nubens extra territorium an possit sibi ex pacto reseruare successionem, stante dicto statuto, quòd nupta extra territorium non succedat. Bar. in l. si. iiij. col. C. de pac.

Filia nupta consentiens uiro alienanti non præiudicat patri, sed sibi, mortuo patre. Bal. in l. ij. §. fin. sol. matri.

Filia dotata exclusa per statutum à successione patris intestati propter masculos, an succedat ex testamẽto, & reseruet sibi successionem ex pacto. Bal. in l. fi. C. de pac. & ibi Bar. & s̃. Filia exclusa. uersi. j. & Alex. in l. stipulatio hoc modo. de uerb. oblig.

* Filiæ dotatæ, si sint stantibus masculis exclusæ, cùm quæritur, quanta masculorum legitima sit, nõ sunt spectandæ: sed ita respondendum, ac si nullæ essent. glos. Bald. & Ang. in l. Papinianus. §. unde si quis. ff. de inoffic. testa. Ang. in authẽ. nouissima. in extre. C. de inoffi. testa. in l. j. §. in primo. C. de cad. toll. in l. planè. §. si duobus. col. ij. ff. de leg. j. ubi Imo. & Alex. Ang. con. ccc. Raph. consi. xxxv. Alex. con. xxx. uol. 4. Corn. consi. cxcix. uol. 3. aliud tamen sentit Bald. in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de lega. j. in l. j. q. vj. C. quand. nõ petẽ. par. in l. j. §. in princ. colum. iij. C. de cad. tol. Franc. Cur. consi. v. Deci. consil. dcvij. num. xv. ubi utramque opinionem refert, neque quid ipse sentiat, explicat. Aemilius Maria Manolessus.

† Filia dotata à successione exclusa, stãtibus filijs, uel agnatis, an censeatur esse in mera causa intestati exclusa etiam à legitima. do. Bar. Soc. in consi. cl. incip. Et nos. uer. succedit alia fundamentalis. cum uersic. seq. in j. parte.]

Filia dotata, etiam in uno numo instituta ultra dotem, non potest querelare testamẽtum patris. gl. sing. in l. iiij. §. sed utrũ. ff. de mino. Bal. in l. non fine. C. de bo. quæ liber. Secus, si nõ sit instituta, ut ibi & Pau. de Cast. consi. cx. & s̃. Filia hæres. uersic. iiij.

Filia dotata à matre potest etiam petere legitimam in bonis paternis, cùm mater præsumatur ei donasse dotem, quam dotare non tenebatur: ideo eius dos in legitimam filiæ non cõputatur. gl. sing. in l. iij. §. sed utrum. de mino.

* Filia à patre si dotem accepit, non propterea, quo minus matri succedat, prohibetur. gl. Bal. & Pau. Cast. in l. j. C. de legiti. hæred. Alex. consi. xxix. in extre. uol. 1. con. clj. col. j. in extre. uol. 2. Dec. con. cccxlvj. consi. dcxxxiiij. nu. 3. Aemilius Maria Manolessus.

* Filia, cui pater, uel fratres ex bonis eius ipsius, ac proprijs dotem dederunt, à patre, uel fratribus dotata dici non potest: nec in ea habent locũ iura municipalia, quæ de filiabus dotatis loquuntur. Bal. in l. mater. C. de iur. dot. in l. j. C. de legiti. hære. Fran. Cur. mai. con. xxvij. col. pen. Aym. Cra. con. cxlij. nu. x. uol. 1. Aemilius Maria Manolessus.

Filia dotata, exclusa per statutum, præterita in testamento, nõ dicit testamentum nullum. s̃. Filia exclusa. uer. xxiij.

Filia dotata à patruo an petat bona patris, & an computet sibi dotem in illis bonis. Pau. de Cast. in con. cxxj. quod incipit, Si dicta Cornelia. quòd sic. Addo Baldum in l. neq; mater. C. de iure dot.

Filia dotata à matre potest dotem exigere, constante matrimonio sine consensu patris. not. in authen. quod locum. C. de colla. per Pau. de Cast. Ratio est, secundũ Bal. ibi. iiij. quæst. quia in ea parte non habet usumfructũ, constante matrimonio, cùm non habeat onera matrimonij: quinetiam dicit ibi Bald. quòd nec pater debet citari. Secus, quando filia agit ad dotem profecticiam. Idem in qualibet dote aduenticia, quia pro ea agit filia, ut ibi no. & tenet ibi Bald. Item si pater est absens, uel sine causa non uult consentire. Bald. ibi in j. & ij. colum.

Filia dotata, & hæres instituta, & grauata fideicõmisso, an computet sibi dotẽ in Falcidiam, uel Trebellianicam. in l. pater filiam. & ibi doct. & Ang. ff. ad leg. Falcid.

Filia dotata, & grauata simpliciter de restituendo, an debeat restituere etiam dotẽ. Bal. in auth. res quæ. iij. col. C. cõmunia de leg. l. à filia. in prin. & ibi Bar. quòd non. ff. ad Trebel.

Filia dotata à patre, præsumitur dotata de bonis aui uiuentis. Alex. con. xxx. iiij. parte.

10 Filia dotata à patre non succedit, stante statuto, quòd in rubrica dicat filiam dotatam non succedere, & in nigro dicat, filiam dotatam à matre uel auia nõ succedere. Pau. de Cast. con. cccxxxiiij. Alex. in l. j. ff. si cer. pet. & con. j. iiij. parte.

Filia potest dotare se de bonis patris, etiã inuiti. Bal. in l. fin. in fin. C. de dot. promis. Alex. in l. obligamur. de act. & oblig.

Filia legitimata an dotetur de bonis fideicommisso subiectis. Bal. in auth. res, quæ. iij. col. in lec. antiq. C. cõmunia de leg.

Filia bannita an perdat dotem. Bal. ubi s̃.

Filia dicitur dotata, etiamsi ei pater reliquit dotẽ in testamento. glo. & Bar. in l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de excu. tut. & in l. non est. de ritu nup. Bal. in l. si pater. & in l. mulier. C. de spon. & in l. nõ sine. C. de bo. quæ libe. Bar. in l. qui filium. ff. ubi pu. edu. debe. Pau. de Cast. in con. cvj. ubi comprehẽditur, statuto loquente de filia dotata, secundum Bar. ubi s̃. & in l. qui pupillam. de adulte. & in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & demon. Quod est uerum, etiamsi ei simpliciter sit factum relictum: quia intelligitur pro dote. l. quod autem. & ibi Bart. ff. de iure dotium. Baldus in l. nulla. C. eo. tit. & in l. j. pen. col. uer. item facit ad aliam quæstionem. C. de condi. infer. & per Lanfran. in §. cęterùm. xxxij. col. Insti. de legi. ag. suc. † Et per do. Mari. Soc. in rub. sol. mat. in uer. secundum corollarium.]

Filia dotans seipsam de bonis patris, an excludatur per statutum excludens filiam dotatam. Bal. in auth. res, quæ. ad fi. in lect. antiq. C. communia de leg.

Filia dotata partim de bonis patris, partim de bonis matris, uel alienis, an dicatur dotata à patre. Item,

Filius studens an teneatur imputare sibi in partem suam sumptus studij. Bald. quòd non. in authen. ex testamento. x. col. C. de colla. & plenius per Franc. Por. in tract. de duob. fratr. ij. parte. j. q. Item,

Filius studens potest cum iuramento renunciare successioni paternæ

paternæ uiuo patre, non sine iuramento: quo casu non ualet renunciatio, sed computat sibi in legitimam expensas studij: secundum Bal. in l. pactum. x. & xj. q. C. de colla. & s. eod. uersi. ij.

Filius aptus ad studium potest studere patre inuito, & petere sibi sumptus præstari à patre: quod secus est, si sit ingenij rudis. glo. & Bald. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. ubi etiam dicit Bald. post gloss. quòd pater non potest pœnitere, si sua uoluntate filius cœpit studere.

Filius studens an conferat libros fratribus. infrà uerbo, Filius conf r. uersi. ij.

Filij habitantes seorsum à patre non dicuntur de familia patris. Petr. de Anch. & Io. de Alama. in c. quanto. de censi. & Barth. Cæp. in tract. de ser. urba. c. j. in rub. de furno. & plenius per Alex. consi. xlviij. j. parte.

Filij simul habitantes mortuo patre tenentur ad collectá pro uno æstimo, si simul inter se non diuiserint æstimum patris. Bartol. sing. in l. tria onera. la j. ff. de excu. tut. Bart. aliter loquitur in l. qui fundum. §. cohæres. in fin. ubi uide per doct. ff. ad legem Falci. s. uer. Estimum. uer. x. & seq. & per Alex. ubi suprà.

Filius habitans seorsum à patre, quia non potest uiuere cum nouerca, potest petere sibi præstari alimenta à patre. in authentic. ut licet matri & auiæ. §. si uerò. an † Dico uide quod per Fran. Aret. in l. quidam cùm. de uerbor. obligat. in j. notab.]

Filij habitantes in ciuitate, quorum pater habitet in comitatu, gaudent priuilegijs ciuitatis, nec ea perdunt uigore statuti, quòd habitantes in comitatu & filij nó gaudeant: quia tale statutum intelligitur de filijs habitantibus in comitatu. Bald. sing. in l. ij. C. de libe. & eo. lib.

Filij gaudent ciuilitate & æstimo patris. Barto. in dicta l. ij. ult. col. de lib. & eorum lib. s. Estimum. uer. x. etiamsi est emancipatus, & habitat cum patre. Bart. in l. j. §. domini. el ij. ff. ad Syllania.

Filius an dicat habitare seorsum à patre, ut comprehendatur à statuto, si pater iuit ad habitandum cum filio. Pau. de Cast. consi. clxxij.

Filius uolens habitare seorsum à parte, an possit repetere dotem suæ uxoris. tex. & Barto. in l. si filius. ff. fa. ercis. in princ. doct. & Io. de Imo. in l. si cùm doté. §. transgrediamur. solu. ma. Io. de Pra. in l. si cóstante. §. j. eo. tit. & Bart. in l. sané. ff. de iure do. ubi loquitur in simili, dicés quòd nurus, cuius mandato & consensu socer dotem restituit suo uiro eius filio, non potest à socero amplius repetere dotem.

Filius ex quibus causis possit seorsum à patre habitare: per Alex. aliquid in d. §. transgrediamur.

Filius habitans in domo patris mortui, an præsumatur hæres: uide j. Filius hæres. uersi. xxiij.

Filius habitans in domo patris, uel matris si insultetur ad illam domum, habet locum statutum de duplanda pœna contra insultantem ad domum suam. Angel. in l. j. §. domini. ff. ad Syllanian.

Filius habitans in domo matris cum ea, dicitur iure familiaritatis habitare, & non possidet. doct. & Alex. post Bart. in l. qui iure. ff. de acquiren. pos.

Filius ali debet in studio per patrem usq; ad finem studij. l. Macedoniani. & ibi gloss. & doct. C. ad Mace. Quod est uerum: si est boni ingenij, & studiosus, aliàs non. arg. l. Stichus. de leg. iij.

Filius ali debet à patre. l. si quis à liberis. in prin. ff. de lib. agno. l. nec pater. C. de pa. po. & Bart. in authen. licet. C. de nat. lib. † & in Spec. de dona. uersi. quid si pater. † Et per do. Soci. in consi. clxxj. incipien. Pro decisione præsentis consultationis. in prin. in ij. parte, charta xix. & per Fel. in c. j. in prin. de magistris. & per Bald. in l. j. de iusti. & iu. in §. ius naturale. c. j. uer. quæro quid si filius.] Est uerum, etiamsi pater sit Iudæus, & filius Christianus. Bald. in l. neq; de iure doti. Item uerum, etiamsi pater pro filio soluit pœnam de legitima: ut per Bal. in authen. hoc amplius. lv. q. C. de fideicom. in lect. antiqua. & in authen. contra rogatus. ad Treb. Item uerum, etiamsi dissipauit peculium, dum tamen sine dolo, & lata culpa, non aliter, secundum Bald. in auth. contra rogatus. C. ad Treb. & j. Item uerum, nisi legitimam sibi datam consumpsit dolo, uel lata culpa non leui. Baldus not. in l. ij. §. j. solut. ma. & in authen. si captiui. de episc. & cler. & in l. scimus. de inoffi. testa. & Alex. in l. si cú dotem. §. j. ff. solut. mat. Item uerum, etiam à monasterio patris ingressi, secundum Dy. & Bart. in l. sed si filius. §. item rescriptum. ff. de lib. agn. Item uerum, etiamsi habet proprietatem aduenticiorum, quam uendere non potest, ut uiuat ex eius precio, sed debet ali à patre. Bal. in l. fin. §. ipsum. C. de bo. quæ libe. Itē uerum, nisi ex causa, ex qua posset exhæredari. l. fi. §. idem si iudex. ff. de libe. agno. & j. eod. Item debet ali, etiam pendente causa filiationis, uel alimentorum, si est in quasi possessione filiationis, non aliter. Bartol. in l. si neget. de libe. agno. & gloss. in d. l. si quis. §. si uel parens. eo. tit. Item uerum, nisi sit ingratus: quia non debet ali ex omnibus causis, ex quibus posset exhæredari. Bart. in l. si patrem. C. de libe. alend. & in l. diuus. de parricid. & in tract. Alimentorum. uer. quæro, ex quibus. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. de libe. agno. & s. eod. uersi. Item uerum, etiamsi mater petat patrem cogi ad alendum filium. l. ij. & ibi Bar. C. de alen. lib. Item uerum, nisi filius posset laborare, & ex labore suo uiuere. Bar. in l. j. C. de mendicá. uali. lib. xj. Item uerú, etiamsi ipse filius habeat filium suú. Ang. in l. j. C. de diuor. facto apud quem lib. edu. de. Item nisi filius sit artifex saluo honore suo. d. l. si quis à liberis. uersi. quòd si filius. & ibi Bart. in suo tracta. alimentorum. uersi. item procedit. & s. Item nisi filius habeat unde se alat. Bart. in authen. res, quæ. C. cómunia de leg. Item uerum, etiamsi alimenta iam præstita consumpta sint. Bald. in l. si cùm dotem. §. j. ff. solut. matri. ar. gloss. ibi. Item uerum, etiamsi sit naturalis tantùm: secus, si est spurius de iure ciuili, secundum glo. in d. l. si quis. §. item rescriptum. uer. iusté. & Bart. in d. tract. uersic. quæro an pater. De iure tamen canonico etiam spurius ali debet. cap. cùm haberet. de eo, qui pol. consangui. uxo. suæ. & ibi doct. Sed uide gloss. Insti. de nup. §. fin. & Bart. in d. l. si quis. §. utrum. de libe. agno. Incestuosum uerò filium non tenetur pater alere. auth. ex complexu. C. de incest. nup. Alex. in l. ij. de in ius uocan. ff. nec econtrà. ibidem. Item uerum, etiamsi sit adoptiuus. Bald. in auth. nisi rogati. ult. col. C. ad Treb. Item uerum, etiamsi sit filius spiritualis tantú, id est, leuatus de sacro fonte baptismi in subsidium. Bal. ibid. Item uerum, si cohabitet, non aliter. s. uer. Filij habitantes. uersi. iij.

† Filius spiritualis an sit alendus à patre spirituali in subsidiú. Bald. in authen. nisi rogati. col. fin. C. ad Treb. Et de his filijs uide Bened. in repeti. c. Raynutius. fol. 129. col. iij. cum seq. de testam.

Filius nisi alatur à patre, tenetur pater de sicarijs, si filius fame moriatur. gloss. & Bar. in l. necare. ff. de libe. agno. & Bart. in tracta. de alimen. uersi. quæro an in casibus, & cogitur iudicis officio. Bart. in l. si quis à liberis. in principio.

† Singula. Filius an, & quando debeat ali per patrem in domo propria, in uerbo, Alimenta. †

Filius à patre uiuente nihil præter alimenta petere potest de bonis paternis. Bald. in l. quamuis. C. de fideicommis. per l. cùm oportet. §. cùm autem. de bo. quæ lib. Cyn. in l. non potest. de adop. in addi. quod intellige ut s.

Filius debet ali à matre. l. si quis. §. j. de libe. agno. Quod est uerum, etiamsi sit uulgo quæsitus, & bastardus: ut ibi per l. fin. C. de pa. po. & tenet Bart. in d. l. sed si filius. §. si mater. de lib. agno. nisi mater sit pauper. Bartol. in d. §. si mater. Item uerum, usque ad triennium, ad minus. c. ij. de conuersi. infidelium. & ultra, si pater inops est, & mater diues. l. j. §. si mulier. de libe. agno. nisi mater sit nobilis, cui turpe sit lactare: secundum Azo. in Summa, de pa. po. in fin. & Bart. in consi. Omnes filij minores, &c. in suo tracta. Alimentorum, uersi. quæro, an mater. & Bald. in l. alimenta. C. de nego. gestis. Item nisi mater lacte careat, secundum Azo. ubi s. & Bald. † in d. l. alimenta. † Et per Felin. in c. illud. de præscrip.] Item nisi mater sit fantellastra, quæ si lactaret, non posset uiuere. l. sed si hæreditas. §. j. ff. ad exhibend. secundum Bald. in d. l. alimenta. Item etiam post terminum, si filius est inops. no. in l. quamuis. ff. solu. mat. Item uerum, quando matrimoniú esset solutum diuortio ex culpa uxoris. Item quando matrimonium tanquam inualidum esset dissolutum, extrà, qui filij sint legiti. c. ij. Item uerum in spurio, c. cùm haberet. de eo,

de eo, qui pol.consan.uxo.suæ. Item uerum, si mater est furiosa: quia debet filius ali ex dote sequestrata. doct. in l.si cũ dotem.§.sin autem in sæuissimo.ff.sol.mat.& Petr. de Sun. in l.alimenta. C.de nego.gest. quam legit pro domino meo Ioan. de Pra. Item debet ali apud matrẽ, quousq; mater remaritetur.l.j.C.ubi pu.educ.de. sed post est in arbitrio iudicis.Bald.ibidem.& Ang.in auth.de nup.§.eiusdem.coll.iiij. ubi dicit alendum esse apud matrem, quousq; remaritetur, non post. Item filij sunt alendi de dote matris. Baldus in l. si dotem.C. de fal. cau. adiect. lega. per l. si maritus. fami. ercis.

* Filius cùm sibi uictum suo labore parare ualet: nec ei labore uictum quærere dedecori,& ignominiæ est futurum, pater ei alimenta non tenetur prestare.l. si quis à liberis.§. sed si filius.& ibi Bart.ff.de lib.agn.Bar.in l.j.in extr.C.de mendicá.ualid.lib.xj. Fran.Cur.minor in termi.consilio cxlviij. dub.j.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

Filia peccans in corpus suum non debet ali à patre. in Specul. qui filij sint legiti.uer. quid si filia. & ibi Baldus uersicul.iij. Imò potest exhæredari: ut ibi, & suprà, Filia hæres, uel legataria.uersi.ij.

Filius si alatur à matre, quando debuit ali à patre, potest mater repetere alimenta à patre.j. Mater alit.uer.ij.

Filius potest sequestrari bona patris dilapidantis etiam pro alimentis futuris. Bal. sing.in l. ij. C.si quid in fraudem patroni. Item,

Filius facto diuortio apud quẽ ali debeat. in Spec. qui filij sint legi.uersi.& nota.

Filius preteritus an debeat habere alimenta à fratre instituto, pendente appellatione in causa querelæ. Fran.Por.in tract. de duob.fra.iij.parte,lix.q.

Filius captiuus an redimendus sit à patre, si lusit pecuniam prius datam pro redemptione. Bald.in l.si captiui. in fin.C. de episc.& cler.

Filius alere tenetur patrem.l. si quis à liberis. in princ. de libe.agn.glo.Insti.de pa.po. Pau. de Cast. in l.j.§. ius naturale.ff.de iusti.& iur.authen.licet. & ibi Bart. C.de nat. lib. & in Spec.de actore. post uer.item quòd si est filiusfam. Quod est uerum, etiamsi est emancipatus.d.l.si quis à liberis.in prin. & in l.alimenta.eo.tit. ubi dicit, quòd si denegat alimenta, reuocatur in potestatem. Item uerum, etiamsi pater sit bannitus,& hostis ciuitatis, secundum Barto.in d.l.si quis à liberis.§.j.& in auth.incestas.& ibi Bal.C.de nu.& in l.corruptionem.in fi. C. de usufru.Angel.in auth.de incest. nup.in princ.& Barr.in tracta. alimentorum. uer.quæro,in quo loco. & seq. Sed Bald.contrà in c.j.iiij. col.de pa.te.in usib.feu. nisi sit bannitus ob pacem ruptam. Bald.in c.j.§.si quis hominem.de pa.te. & Ludo. Pon.in l.j.iiij.col.ff.in ius uo.ut eant. Item uerũ, licet ususfructus sit finitus: quia pur filius banniti patri debet alimenta. Bald.in d. l. corruptionem.ad fin. C.de usufr.Item nisi de dimidia dotis lucrata ex forma statuti per filium,& pater sit bannitus ob homicidiũ: quia illum de lucro alere nõ tenetur, secundũ Ang.in auth. ut nulli iudi.coll.ix.in §.ut autem. & Bald.in auth. bona.C. de bo.dam.& Fran.de Aret.in tract. Maleficio.uer.publicanus.Item nec patrem incestuosum: per no.per Azo. in Summa,C.de legi.here.secundum Alex.in l.ij.ff.de in ius uocan. Item nec de dimidia bonorum homicidæ reseruata filio, cũ alia dimidia confiscatur. Ang.in d.§. ut autem.& Bald.in d. auth.bona.Item uerum, nisi pater habeat artificium, ex quo possit se sustentare.l.si quis.§.quòd si filius. de libe.agno. & Bar.in tract.Alimentorum.uer.item procedit.Item uerum, si facultates utriq; suppetant ad alimenta: aliàs non tenetur quis arctare uictum suum propter alium. Casus fin.in l. j §.præterea.& doct.& Bald.ibi.ff.de tu.& ratio.dist.& predicta uera sunt ex iudicis officio. l. Imperator. in fin. ad Treb. Sed quid si pater est infidelis: per Spec. in tit. qui filij sint legi.

† Adde dom.Iason.May.Institu. de actio.uersic.sed & si quis. nume.3.]

Filius putatiuus alens patrem an repetat. s̄. Filius putatiuus. uer.ij.Item,

Filius tenetur alere matrem. l. si quis à liberis.§.j. de lib.agno., l.filia.& ibi Bald. C.de pa.po. Quod uerum, si facultates sufficiant utrique, aliàs non.l.j.§.præterea. & ibi doct. Bald. ff. de tut. & ratio. dist. etiamsi est pupillus: ut ibi. Item debet æqualiter diuidere alimenta inter patrem,& matrem, quando non potest alere utrunq;. per l. furiosæ matris.ff. de cur. fur.& Fran. Cremen. in consil. Præfato tutore.quod est ante consilium lij. Alex.de Imo.iiij. parte. † Vide Bald. in d.l. furiosæ. Benedict. in repeti. cap. Raynutius. fol. 66. col.j. de testa.

Filius non tenetur dotare matrem. Bart.in l.j.§.præterea.ff.de tute.& ratio.distra.

† Filius non tenetur dotare matrem uolentem transire ad secundas nuptias. Iason in §.fuerat.in xxij.col.uer.an autem filius teneatur.Inst.de actio. †

Filius hæres an reuocet alienata per patrem per querelam inofficiosæ donationis, uel dotis, Bart.quòd sic, in l. ij.C.si quid in frau.patro.

Filius imputat sibi peculium in legitimam.Bal.in auth.contrà rogatus. C.ad Treb.

Filius nolens institui à patre potest rumpere testamentum, si nulla causa fuit inserta: secus, si causa uera fuit adiecta. Bartol. post gloss. in l. si quando.§. & generaliter. C. de inoffic.test.

Filius hæres, etiam repudians hæreditatem patris, nudo nomine dicitur suus. Casus sing.in l.ij.§. liberti. uersic. sed si sunt.ff.ad Tertul.

Filius hæres non potest adire hæreditatem patris, uel matris, de quorum morte dubitetur, quia sint absentes.l. nec nos. & ibi Bald. C.de capti. & postli.reuer.& si adit eis mortuis, non potest reuerti ad eorum hæreditatẽ, qua priuatur tanquam indignus: ut ibi.

Filius hæres habens substitutum uulgarem, non dicitur suus, sed uoluntarius. Bald. in l. post aditam. C. de impu. & ali. substi.& j.uer. Substitutio uulgaris.el j.uersi.x. & uerb.Suitas.uersi.xiiij.

Filius institui debet hæres à matre hodie, sicut à patre.in authent. ut cùm de app. cog. §. aliud quoq; capitulum. secundum Bald. in l.in suis.de liberis & posthum. Vnde præteritus dicit nullum, si sit præteritus sine causa, secundum Ang. in d.§. aliud. & Barto.in l. filio præterito.ix. colum.uersi.ij. casu, &c. ff.de iniust.testa. Sed cum causa habet querelam: quia tunc præteritio cum causa habetur pro exhæredatione: ut ibi.

Filius hæres in re certa habetur loco legatarij, quo ad trãsmissionem. Bart.in l.ex facto.ff. de hære.insti.

† Filius incontinenti mortuo patre censetur esse hæres. dos Barth. Socin.in consi.lxiiij.incip.In causa.uer. quia ad hoc. circa.fi.in j.parte.]

Filius non præsumitur hæres patris, nisi probetur. l. nam nec emancipatus.de leg.j.l.cum bonis.de acqui.hære.gloss.in l. liber homo.de stipu.ser. Bald.in l.si cùm dotem.§.transgrediamur.sol.ma. ubi Bald.dicit, quòd creditor agens contra filium ut hæredem, debet probare eum hæredẽ. & Abb. in c. j. de solut. & per Alexand. plenè in d.§. transgrediamur. quod etiam tenet Bald. in l.j.in fin.C.communia de lega.& in l.emptorem.in fin.C.locati.dicens, quòd filius agens presumitur hæres, sed conuentus non, nisi probet actor. Vide gloss.no.in auth.ut hi, qui perhi.obli. res mi.§.quod autem: quòd filius præsumitur hæres. Quod etiam tenet Bald. in c.j. an agna. uel fil. & Bald. in l. apud hostes. C. de su.& leg. quòd suus præsumitur hæres in dubio,& tenetur ad debita patris. Sed dic ut s̄.& limita uerum quo ad commodum, ut censeatur hæres, secundum Barto.& Bald.in l.j.C.si ut se ab hære.absti.& in l.necessarijs. & ibi Bartol.de acqui.hære.& gloss. in d. authen. in §. quod autem. & in l.in suis. de lib.& posthum. & per Alexan. consi. cxxiiij.ij.parte. Bald.autem in consilio, Allegationes suprà factæ, &c.tenet, quòd in suis presumitur aditio, nec est probanda.& sup. Aditio.uer.cxij. Idem Bald.in l. si matre. de su. & leg. dicit, quòd citius aditio præsumitur in hæreditate ascendentium, quàm aliorum. Et ibi dicit text. quòd filius ipso iure succedit patri & matri. † Adde Iason in l.filio pater.colum.iij.notab.vj.ff.de lega.j. uide Alexan. in l.si cùm dotem.§. transgrediamur.ff. solu.matrimo.

10 Filius soluens debita patris, præsumitur hæres, & tanquam

hęres soluere.l.ij.per Bal.C.de iure deli.ubi dicit post Cyn. uerum esse, nisi soluendo protestatus, sit contrarium, scilicet quòd non tanquam hæres soluit.& not.in l.pro hærede. ff.de acquiren.hæredita.

† Filius, etiam infans, beneficio suitatis paternam hæreditatem non aditam in quoscunq; etiam extraneos transmittit. Et hoc communi omnium opinione firmatum est, secundum Lud.Ro.in consi.lviij. incip. Visis narratis in puncto. uersi.quantum ad secundum. Et latius istam opi.firmat do. Phil.Deci.post complures per eum relatos ibi,in consi.cclj. incip.In causa.in ij.uol.& Pau.de Cast.in consi.lxxx.secundum ordinem meum,incip. Super primo dubio,seu quæsito.in princ.in ij.uol.]

Filij ex eodem patre ex diuersis matribus nati iussi à patre æqualiter diuidere bona, intelliguntur iussi diuidere bona paterna, non autem propria & materna,quæ sunt cuilibet pręcipua,& diuidere non debent.Bart.in l.cùm pater.uersi. dulcissimis.de leg.ij. & in l.Lucius.in prin.ff.ad Treb.

Filij hęredes possunt grauari stare simul, & bona communicare.l.Lucius.& ibi Bart.ff.ad Trebel.& s.Diuisio.uersi.xx.etiam quo ad legitimam.j.Grauamen.uer.x.

Filius hæres debet habere alimenta ab hæreditate intra tempora deliberandi.l.Lucius.ff.de iure delib.

Filius petens suppletionem legitimę,non perdit commodum testamenti.Pau.de Cast.in consi.vij.

Filius agnoscens legatum patris, nō potest ulterius petere hęreditatem. in Spec.de testa.§.iij.uersi.est & alia.Adde j.Legitimæ supplementum.uersi.iij.

Filius si iuret attendere testamentum, & disposita in testamento paterno,an uideatur renunciasse detractioni legitimę, & Trebellianicæ.Guido Pap.decisi.ccccvij.

Filiusfam.legatarius si repudiat legatum in præiudicium patris,cui quæreretur ususfructus, illud quæritur patri agnoscenti. Bal.& Alex.in l.hærede.§.filia.de pac.per l.fin.§ j.de bo.quæ liber.

Filius hæres nō implens uoluntatem testatoris, licet priuetur hæreditate, non priuatur legitima.gloss.in authen.hoc amplius. C. de fideicomm. & ibi Bald.& doct.& Ang.in auth. de hæredi.& Fal.§.si quis uerò non implens.colla.j.& gloss. in c.licet.de uoto.& c.Syluester.xj.q.j.Quod est uerum,nisi hæreditas sit indiuisibilis, ut regnum; quia etiam legitima priuatur,cùm illa de re indiuidua non possit detrahi,secundum Inno.& Bart.in l.licet.de uoto.& l.si hæredes.ff.de testa.tu. secundum Flo.in l.si seruus.ff.ad leg.Aqui.& j. Item uerum: nisi pater uiuens pro eo soluisset cōdemnationem: quia tunc etiam legitima priuatur, secundum Bald. in d. authen.hoc amplius.in liiij.q.in lect.antiqua.Item nisi sit filius regis, secundum Bald.in d. auth.in ij. col.in lect.noua. & s. eo istomet uer.ubi etiam dicit, quòd nec perdit prælegata, nec fideicommissa, nec substitutionem pupillarem sibi nondum delatum,secundum Bald.ibi in penul.col. Item non perdit dotem:nec donationem propter nuptias. Bald. in dicta auth.in ij.col. Item nec baroniam,nisi ea sit res hæreditaria, id est quæsita pro se,& hæredibus: ut ibidem,& j. uerb. Hæres non implens.uersi.fi. & Fran.Por.de duob.fra. iij.parte,xlviij.q.

Filius hæres licet possit institui sub conditione potestatiua,id est, facili, non tamen potest institui sub difficili:ut si ingrediatur monasterium.Barto.post Dy.in l.fi.ff.de condi.insti. & s. uer.Conditio.uersi.lxxxvij.

Filius an uideatur hæres institutus ex uerbis, Si filius meus hæres non erit,talem substituto.Bart.post glo.quòd sic,in l. Gallus.in prin. de lib.& posthu.glo.doct. & Imo.in l.cohæredi.§.fi.de uulg.& pup.& ibi casus.& Bar.quòd

20 Filius uidetur institutus per dationem substituti,nisi extraneus sit institutus.d.§.fi.& per do. Ant.Ros. in tract. de succes.ab intest.lxxj.col.qui tenet contra Barto.ubi s.est communis opi. & Bar.in l.si quis ita. de hæred.insti.tenet,quòd ualet testamentum. & contra Bart. plenius tenet Alexand. in l.fin.C.de hæredi.insti. ad fi. & in suo consilio cviij j.parte.ubi ponit an institutus uideatur filius per uerba, Si filius sine liberis decesserit,talem substituo. per Alex. ibi. Et hæc quæstio fuit Paduæ disputata per do. Theodorum de Theramo auditorem Rotæ.

† Filij positi in aditione substitutionis, si decesserit sine filijs;& an ueniāt in dispositione substitutionis,uide do. Pet. Phi.Cor.in consi.lxvj.incip.In hac.per totū.in consi.lxxiiij. incipiente,Viso.per totum.ij.parte.]

Filius petens ut hæres id,quod non transit ad hæredem extraneum,intelligitur petere ut filius. Bart.in l. pro hærede.§.si quid tamen.de acquiren. hære. & ibi etiam dicit,quòd tunc non obligatur ad onera hæreditaria.

Filius hæres institutus cōtemplatione patris acquirit sibi, patre recusante. Barto.in l.fin.§.similiq; modo.de bo.quæ lib. Sed si adit uolente patre,acquirit sibi proprietatem,& patri usumfructum,& administrationem.l.fin.§.ubi autem.& ibi Bart.C.de bo.quæ libe. Item non potest adire sine iussu patris,secundum glo.doct.& Alex.in l.j.C.qui admit.ubi uide omnino,in pen.col.

Filius an præsumatur hæres ex habitatione in domo patris. suprà,uerb. Filij habitantes.uersic.ix. Dic quòd sic,nisi alio titulo possideat.gloss. & Bald.in l.j. C.si ut se ab hære.absti. Bald.in l.j.ij.quæst. C. qui admitti.& in l.j.ij. colum. uersic. quid autem, si non renunciat. C. quando non pe. par. ubi etiam dicit econtrà,quòd per renunciationem possessionis inducitur repudiatio. Vide Bald. in l. non hoc.in ij. col. C. unde cog. & Bart.in l. pro hærede.§. seruos.de acqui.hære. not.in l.si cùm dotem.§. transgrediamur.solu.matr. & in l.j. C.de repu. hære. ubi idem dicit in possidente fundum hæreditarium, ut præsumatur hæres,nisi alio titulo possideat, ut quia habitet in domo,uel teneat,fundum pro iure pignoris ob dotem matris: quia præsumitur ut hæres,nec adire, nisi statutum sit, quòd habitans domum defuncti teneatur ut hæres, etiamsi ex alia causa habitet, secundum Paul.de Cast.in d.l.j. nisi & tunc fecerit sibi domum per iudicem assignari:quo casu non obstat statutum.Paul.ibi.

Filius possidens domū patris titulo simulato præsumitur hæres.l.ij.& ibi Bal.in l.j.in fi. C.de repu.hære.

Filius qui repudiauit hæreditatem patris,si postea possidet sine titulo,uel cum titulo in fraudem quęsito,pręsumitur hęres.Bal.in d.l.ij. C.de repud.hære.

Filius litigans simpliciter, id est, non ut hæres,cum creditoribus hæreditarijs, uidetur adire, & succumbens potest ut hæres condemnari.Bald.in l.j. C.si ut se ab hære.absti. Vide Bald.in l.nec intentio. C.de transa.& Bartol.omnino.in l.necessarius.ff.de acquirend.hæredita.sed tunc est interrogandus,an sit hæres. & interrogatus debet respondere.ibidem. Item,

Filius faciens aliquid simpliciter ut filius, non ut hæres. non uidetur adire. l.si quis non quasi. & ibi Bartolus de acqui. hæred.

Filius petendo iuramentum fidelitatis feudi, uel rem emphyteuticam, non uidatur adire. Bartolus in l.qui putat.de acqui. hæred.

Filius faciendo pacem de morte defuncti patris, non uidetur adire hæreditatem, sicut nec faciendo uindictam: secundum Bart.in l.quæsitum.& l.sepulchri uiolati actio.in prin. ff.de sepul.uio. & Paul. de Castr. in l. conuentionem. ff. de pact. Sed uide Flor.in l.j.§. hæc autem.de his, qui deie. uel effu.& Bart.in l.pro hærede.§.fin.de acqui.hæred.Item nec accipiendo aliquid ab occisoribus pro pace, nisi statuto caueatur, quòd pax habeatur ab occisoribus,secundum Nic. de Neap.in l.cùm tutor. ff. de tut.& ratio.dist.Bart.Rayn.& doct.in l.eum. C.arbi.tute.

30 Filius paciscendo cum creditoribus hæreditarijs, quòd non uelit teneri in totum, an uideatur adire. Bald. in l.iuris gentium.§.hodie autem.ff.de pac. Gul. de Cun. in l.j.eod. tit. Item,

Filius hæres repudians hæreditatem non priuatur prælegatis.l.filio,quem pater.de leg.j.

Filius secundò genitus exclusus per statutum à successione, non intelligitur exclusus à legitima. Bald. in l. cum lege.in fi.C.de epis.& cler.

Filius hæres non conficiens inuentarium priuatur legitima: ut per Oldra.consi.cxxxv.

Filius si non adit intra triginta annos hæreditatem matris:per Alexan.consi.cxxxviij.ij.parte. & per eum in l.j.§.j.quando non pe.partes.

Filius delens testamentum patris priuatur legitima.l.qui testamentum. §. si quis eũ.secundum Alex.ff. de fal. ubi dicit secus in filio sibi adscribente in testamento patris: aliàs est l.si quis cum falso.ubi in fi.dicitur,filium grauatum in codicillis per fideicommissum perdere Trebellianicam,& sic quartam sibi debitam ex codicillis propter fideicommissum, si codicillos interdicit.quod no.facit lex.Pau.ad Tre.& ĩ.uer. Trebellianica.uer.xvij.

Filius liberans debitores patris uiuentis non præiudicat patri,sed sibi hęredi mortuo patre.l.& hæredi.§.filia.ff.de pac. & Bart.in l.filius.de sol.& in l.cũ dominus.§.filius.de pecu. leg.l.si tamen optio.de opti.leg.l.denique.§.item quæritur. uer.plus ait Sabinus.de pecu.leg.glo.in l.nec res.C.de capi. & ĩ.uer.Liberatio. el j.uersi.iiij.

Filius non petens curatorem patri furioso non succedit patri, etiamsi ab eo postea instituatur hæres.authen.liberi furiosi. C.de episcopis & clericis. Et ita practicaui in filijs Antonij Iustini,ne perderent patris successionem.

Filij ex eadem matre simul instituti disiunctiui disiunctim ab alijs fratrib. pariter institutis à patre natis ex alia uxore, cẽsentur etiam dispariter ab alijs inuicem substitui. Dy. & Io. de Imo.in l.cohęredi.§.qui discretas.& ibi Bal.Ioan.de Por. & doct.de uulga.& pupil.

Filij non uidentur inuicem tacitè substituti, quando ultimo morienti datur substitutus, sed alter succedit alteri ab intestato, & ultimo succedit substitutus. l. qui duos.de uulg.& pupil.nisi quãdo substitutus utlimo datur in omnib. bonis: secundũ Io.de Imo.ibi arg.contrà in l.Titia.§.Seia.de leg.ij.

40 Filius hæres patris potest repudiare hæreditatem, & stare contractui patris. Bal.in authen.si parens.C.de inoffi.testa. ubi dicit, quòd potest acceptare emphyteusim, & repudiare hæreditatem. Idem tenet. Bald. in l.filio, quem pater.de legat.j. uide l.fi. C. de usufru.In contrarium uidetur c.j.§.filius.de capi.qui cur.uen. Tu uide per Bald. in l. licet. C. de pac.& in l.liberti.viij.col. C.de ope.liber. in authen.de non alie.§.emphyteusim.& Bart.in l.ut iurisiurãdi.§.si liberti.de ope.libe.Bald.in authen.si quas ruinas. de sacsan. eccle. & in cap.j.an ag. uel fil. Barthol. Cæpo.in capi.j.vj.concor.de cogni.feu. & per Salic.in l.ij.xviij.q.C.de iureiurand.Alex. de Vicenc.in c.potuit.xvij.charta. de loca. Dic uerum,nisi pater quæsiuit emphyteusim pro se, & hæredibus, secundum Bald. in d.l.liberti. Vide Bart.in l. item uidendum. §. nunc uidendum. de petit. hæred. & in l.si tibi. §. pactus. de pact.& ibi omnino per Alex.& Alex.de Imo.in l.quod dicitur.vij.charta.de uerb.obli.

Filius hæres institutus à patre non potest repudiare hæreditatem,& acceptare feudum paternum. Bald.in d.l.filio,quẽ pater.de leg.j.tex.& Bal.in c.j.§.filius.de cap.qui cur.uẽ.sed agnatus sic,ut ibi. Vide Bald.in l.qui se patris.ix.col.C.unde liberi.& est text. in c.j. an agna.uel fil. secundum Bart.in l.item uidendum.§. nunc uidendum.ff.de pet. hære. & per do.Alex. de Imo.in addi. ad Bald.in d.l. qui se patris.x.col. qui dicit, quòd potest renunciari hæreditas patris, & acceptari feudum acquisitum pro se,& filijs:quia filius habet illud iure contractus. Vide per Alexan.in l.quod dicitur.vij. charta,de uerbo.obli. Vide etiam Bal.in addi.Spe.de feud. uersic. filius potest. Bald.in l.iij. C. de fideicom.dicit,quòd filius non hæres,si potest esse hæres,non succedit in feudũ: aliàs sic. Bart.in d.§.uidendum. dicit quòd filius,qui repudiauit hæreditatem patris fratribus suis, potest petere feudum paternum, quod non dicitur ius hæreditarium. Idem dicit in emphyteusi: de quo s. proximo uer. Sed an possit acceptare feudum auitum, repudiata patris hæreditate. Bald. in l. qui se patris.ix. col. & in c.j.viij. col. an agna. uel fil.Item an ex gratia sibi facta per dominum feudi possit acceptare feudum,& repudiare hæreditatem.Bald.in d.c.j.an † agna.uel.fil. † Adde Fran.Aret.in l.pro hærede.§.si quid tamen.de acqui.hæred.ad fin. & Fran.de Cu.in ij.parte sui tractatus feud.in iij. quæst.prin.]

Filius non potest repudiare feudum, & acceptare hæreditatem. Bald. in prælu.feu.viij.col. & in c.j.uol.iij.an agna.uel fil. ubi etiam dicit,an

Filius possit repudiare emphyteusim, & acceptare hæreditatem. uide per Bald.

Filius potest repudiare legatum rei alienæ,uel donationem sibi factam à patre, & habere legitimam. Bald.in c.cùm alienam.ult.col. C.de lega.& ĩ.eod.uersi.liiij.

Filius an possit repudiare hæreditatem, & habere emphyteusim.s.eod.uersi.xl.

Filius hæres habens substitutum uulgarem, & grauatus legatis, potest repudiare hæreditatem,& acceptare legitimam. Bartol, in l.gerit.viij.col. de acqui.hære. & in l.pro hærede. §.seruos.eod.tit.per l.si libertus patrono. de bo.lib. & Bart. in l.qui poterat. ad Trebel. & Alexan.in l.j.quando non pe. par. ubi dicit, quòd residuum accrescit filio acceptanti legitimam tantùm, etiam inuito, nisi habeat substitutum uulgarem.

Filius repudians hęreditatem patris,perdit ius patronatus ecclesiæ. Car.in cle.ij.vij.q.de iure patro.contra glo.xvj.q.vij. considerandum. Vide Bald.in l.j.j.q.C.quando non peten. par.ubi etiam dicit,quòd

Filius acceptans solam legitimam non tenetur facere inuentarium,sed tenetur conferre usq; ad legitimam, secundum Bald.in l.emancipati.in fin. C. de colla.per auth.unde si parens.C.de inoffi.testa.

† Filius institutus intentatis contra tabulis, non tenetur prę̈stare legata,nisi coniunctis. Franc. Aret.in l.& si contra tab. in ix. colum. uersic. in ead. gloss. ibi: quia cùm ratio sit. de uulg.& pupi.]

Filius repudians hæreditatem priuatur etiam legitima,secundum Ang.in l.quia poterat.ff.ad Treb.per l.iam dubitari.de hæredi.insti. Bald.in l.j.quando non pe.par.j.q.principali. vij.col.& in l.iij. & ibi Pau. de Cast.C.de impu. & ali.substi. & per Barto.in l.pro hærede.§.j.de acqui.hæredi.& Pau.de Cast.in consilio cclix.incipiente, Visis actis, & actitatis. & consi.cxxxij. quod incipit, licet ista domina. & consi.cxxij. quod incipit, si dicta Cornelia. & per Fran.Por.in tracta.de duob.fratri.ij.parte.xvj.q. & Abb.in c. Raynut.ad fi.de test. ubi dicit, quòd filius ab intestato non potest uelle legitimã tantùm,& repudiare hæreditatẽ: quia non potest pro parte agnoscere, & pro parte non: ar.l.j.§. si ex fundo. de hæred. insti.Sed Alex.in hoc tenet cõtra in l.quia poterat.ad Treb. & in l.j. ante fi. quando non pe.par.Sed Ang.ubi s.dicit uerum esse,quando non est filius hæres scriptus à patre, & nõ repudiat ius suum: aliàs secus, quia repudiando hæreditatem ex testamento delatam, non uidetur repudiare legitimam, nisi expressè eam repudiet, quæ expresse debet repudiare, secundum Flo.in l. Procula. ff. de probatio. & Bald. consi.In Christi nomine.amen: antiquum statutum,&c. & s.Filia renuncians.uersi.vj.& ĩ.in uerbo, Renunciatio successionis.uersi.xx.Item,

50 Filius repudians hæreditatem priuatur omni commodo sibi proueniente à testatore.l. hæredes. & ibi Bart. singul. C. de omni ag.deser. lib.xj. Quod est uerum, nisi intra triennium repudiasse pœniteat: quod potest.l. fin. C. de repudianda hæred.

Filius etiam cum iuramento renuncians hæreditatẽ uiuo patre,nõ priuatur feudo paterno. Bal.in c.j.v.col. an agna.uel fil.in usib.feud.

Filius hæres repudians hæreditatem paternã, non perdit prę̈legata.l.filio,quem pater. & ibi doct. & Bal.de legatis.j.& l. cùm ex responso. C. de leg. Quod uerum,etiamsi sit emancipatus.l.nam nec emancipatus.de leg.j.uide ĩ.uerb. Prę̈legata.uersi.xvj.ubi aliter.

Filius qui renunciauit legitimæ,non potest pœnitere.Bal.in l. fin.C.de repu.hære.in ij.col.uersi.ex.quæro.

Filius cui pater legauit rem alienam, uel donauit inter uiuos, potest repudiare legatum, ut habeat legitimam de proprijs rebus patris.Bald.in l.cùm alienam.in fin.C.de lega.in lect. antiq.& in lectu.noua.ult.col.uersic.ex.quæritur. & s.eod. uersic.xliij.

Filij tacitè substituti per uerba, si sine filijs decesserint,possunt repudiare hæreditatem,& acceptare fideicommissum. Bal. in l.j.in fine.C.de condi.inser.

Filius hæres repudians hæreditatem patris obligatam fisco pro debitis fisci priuatur omnibus bonis à patre quæsitis, quæ nõ sunt fisco obligata. Ang.sin.in l.j.ff.de acquir.hære. ubi nihil allegat ad hoc.

Filius

Filius præsumitur hæres statim quòd suscipit iudicium hæreditarium. Bal. in l. cùm dotem. §. transgrediamur. solu. matr. & in l. j. C. si ut se ab hæredi. absti. & ĵ. eo. uer. lix.

Filius non hæres non tenetur de contractu patris. Bal. in d. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. solut. matr.

Filius conuentus à creditoribus hæreditarijs, si nõ constet de aditione sua, uel quòd sit hæres, an dicatur hæres, ut possit tanquam hæres à litigatoribus condemnari. Bal. in d. l. j. C. si ut se ab hære. absti. & in d. §. transgrediamur.

60 Filij substitui simul cum patre eorum an succedant in capita, uel in stirpes. Bar. in l. quidam. §. si tibi. de re. dub. & no. in l. Publius. in fin. de condi. & demon. ubi dicit, quòd consilium, quòd exprimatur ut succedat in stirpis.

Filius hæres ex testamento, si adit ab intestato, facit locum substituto. l. filium. & ibi Bar. & doct. ff. de acqui. hære.

Filius institutus sub conditione impossibili potest approbare testamentũ. Bart. in l. j. ult. col. de condi. insti. per l. si quis testamenti. eod. tit.

Filius etiã in uno numo institutus, potest querelare testamentum. glo. in authen. ut cùm de appel. cog. §. aliud quoq; capitulum. & §. cæterùm. eod. tit. colla. viij. glo. in l. iij. §. sed utrum. de mino. l. antequàm. & ibi Bal. C. communia. de succes. no. in c. j. de testa. in vj. & ĵ. eo. uer. xc. Addo ĵ. Testamentum nullum. uersi. cxiiij.

Filius substitutus, etiam in tota hæreditate, dicitur prçteritus. ĵ. uer. Præteritus filius. uersi. j.

Filius nõ dicitur institutus ex uerbis testatoris, uidelicet, Volo quòd habeas legitimam tuam, postquam te hæredem facere non possum ob festinantiam infirmitatis: & ideo potest contratabulare testamentum, tanquam institutus in ipsa legitima. Casus sin. secundum Ang. in l. Paulus respondit. ff. ad Trebe. Sed Bar. & Bal. contrà sentiunt in auth. unde si parens. C. de inof. testa. ubi dicunt satis esse fieri mentionem de legitima.

Filius præstando iuramentum fidelitatis uasallis patris, non dicitur hæres, nec adire, cùm ius fidelitatis ex feudo transeat ad filium, etiam non hæredem. Ang. in l. si quis non satis. ff. de acqui. hære.

Filius perseuerans in societate patris negotia expediendo, quæ fuerint per patrem cœpta, uidetur hæres, & adire. Casus sin. secundum Dy. & Ang. in l. si pupillus. §. j. ff. de acqui. hæredi.

Filius hæres matris potest, etiam precio non restituto, uendicare rem matris, quam pater, etiam cum consensu uxoris obligauit creditori, & creditor etiam alteri uendidit. Bal. in l. si sciens. C. ad Velleianum.

Filius posthumus non potest adire nisi pro quarta parte hæreditatis intra tempora pariendi: quia mater præsumitur paritura tres alios filios. Angel. sing. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. de acqui. hæredi. in fi.

70 Filius non potest repudiare partem hæreditatis relictæ patri suo, uel matri, licet cohæres patris, uel matris repudiauerit partem suam. Bartol. & Angel. in l. cum hæreditate. in fin. ff. de acqui. hære. ubi uide omnino. Sed si cohæres filij repudiat, potest filius, qui adiuit repudiare: ut ibi sing. probatur.

Filius cui debetur legitima, non potest propria authoritate ingredi possessionem bonorum. Bart. in l. ij. C. quando & qui. quarta pars de. lib. x. Bal. in l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. testa. Quod est uerum, nisi uelit esse hæres, secundum Bald. in auth. licentia. de epis. & cler. & Inno. in c. cùm in officijs. de testa.

Filius institutus in legitima tantùm, non tenetur ad legata ab ipso relicta, nec potest reuocare donationem factam per patrem alteri de dodrante, & sic de residuo tanquam inofficiosam, ex quo habet legitimam. Bart. post gloss. in l. j. C. de inoffic. donat.

Filius hæres, qui abstinuit ab hæreditate patris, uidetur reuocare abstensionem per actum contrarium, per quem aditio inducatur. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred. & in l. j. C. de repud. hære. quod est contra gloss. secundum Ang. & Pau. de Cast. in l. j. C. de iure delib. in fi. gl. mag. & ibi Io. de Pra. ubi not. tenet Alex. d. glo. expressè reuocatur abstensio, non aliter, quia est contra d. §. Papinianus.

Filius hæres non implens uoluntatem patris testantis, an non dato sibi substituto priuetur hæreditate legitima. Bartol. in consilio, Proponitur, quòd in testamento Francisconi, &c. & ĵ. Hæres implere debet. uer. fi. Item,

Filius institutus in legitima habet ius accrescendi in tota hæreditate. doct. communiter in l. ex facto. ff. de hæred. institu. Bald. in l. quoties. C. de hær. insti. Bal. in auth. nouissima. C. de inoff. testam. & Alexand. in l. cùm indebitum. §. seruo. de condi. indebi. etiam inuitus, nisi habeat substitutum uulgarem. ŝ. eod. uersi. xlvj.

Filius hæres institutus non agnoscens intra annum, an agnoscere possit post gloss. & doct. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in l. quamdiu. de acq. hæred.

† Filius licet institutus sub conditione casuali, uel mista, tamen usque ad legitimam censetur purè institutus: quia conditio reijcitur, & conseruatur testamentum. Et quid de testamento matris ita instituentis filium, quia olim dabatur querela: uide do. Barth. Soci. in consi. ccxxxiiij. incip. Omisso. uersic. substineri etiam potest. cum uersic. sequent. in ij. parte.]

† Filius institutus à patre sub conditione casuali, de iure nouissimo an possit dicere testamentum nullum: uide Franc. Aret. in l. si mater. in iij. col. uersic. sed tenendo solu. Bald. de uulgari & pupillari.]

Filius hæres nõ præsumitur scire gesta per patrem. l. qui in alterius. de regul. iur. & in c. j. §. cum domino. de notis feud. nisi in filio Dei, qui præsumitur omnia scire, quæ sunt patris. de conse. di. ult. Saluator. Bal. ibi in fin.

Filius non hæres patris an succedat in stipulatis per patrẽ pro se & filio. in l. si tibi. §. pactus. ff. de pact.

Filio hæredi instituto per extraneum coacto per patrem repudiare subuenitur post mortem patris. Bart. in l. si quis. §. neque filius. de acquiren. hæreditate. per leg. apud Celsum. §. fina. de do. excep.

80 Filius hæres repudians, & postea emens per impositã personã bona patris, tenetur ac si adiuisset. l. si is, qui bonis. de acq. hæ. & ibi Bar. & Bal. in l. iij. C. de repud. hæredita.

Filius non hæres patris an succedat in emphyteusim. ĵ. uer. Filius succedit. uersi. xviij.

Filius potest consentire patri nolenti ipsum instituere, sed præterire, uel exhæredare: quo casu non agit de inofficioso testamento: gloss. in l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testam. Sed

Filius non potest renunciare successioni patris. l. pactum dotale. de col.

Filio homicidæ non debetur legitima, confiscatis bonis patris. Angel. consi. Amice, & frater charissime, recepi literas uestras, &c.

Filius hæres, qui cœpit soluere legata, præsumitur scire tenorem testamenti. Pau. de Cast. consi. x.

Filius hæres an possit agnoscere patre ignorante. Bald. in l. j. x. oppo. & ibi doct. C. qui admitti. & an patre inuito. Bald. ibi. xj. oppo. & in l. fi. §. fin autem. C. de bo. quæ libe.

Filius institutus hæres in proprietate bonorum patris, relicto usufructu alteri, non potest tanquam in legitima grauatus querelare testamentum: ut ĵ. Pater testatur. uer. xxv.

Filius potest priuari legitima à patre, si pater promittat bona sua alicui post mortem ex causa onerosa, nõ si ex lucratiua. Bart. in l. hæreditarium. de bon. authori. iudi. possi. Ioan. de Pla. Instit. de inutil. stipul. §. item si quis. Vide Bart. omnino in l. non usque. si quis à paren. fu. manu. Baldus in l. ij. C. si quis in frau. pat. & in l. j. C. de inof. don. & in l. j. de reno. his, quæ in frau. cred. Lud. Pon. in singu. uersic. Legitima. uersi. quidam cardinalis, &c. Vel si instituat pater filium in proprietate omnium bonorum, & usumfructum leget alteri: ut suprà proximo uersic. uel si emat seruos de omnibus bonis suis, quos postea manumittat. gloss. & Angel. in authen. de tri. & semi. §. prohibemus. & Barthol. Cæpol. in cautela xxxix. & sequen. & infrà uerbo, Pater. Vel si iactat bona sua in mare in uita, uel aliter dissipat. Angel. in authen. de immen. donatio. in fin. & doct. post gloss. in l. lex. Cornelia. de uulgari & pupillari.

Filius masculus hæres ad uitam patris potest fieri per statutum, nec tenetur satisdare, & potest omnia administrare bona fide.

na fide.Bal.in l.extraneum.ult.colum. C. de hæredibus instituend.

† Filius an sit institutus in primo gradu per ista uerba, Si filius meus me uiuo decedat, talis sit hæres: uide Franc. Aret. l.lex Cornelia.in iij.col. uersi.in glo.posita super uersi.si uiuo.de uulgar.& pupilla.]

90 Filius institutus in re certa à patre in testamento, in quo alius sit hæres uniuersalis, non potest tanquam præteritus dicere testamentum nullum, si in codicillo postea facto sit sibi ademptum relictum sibi factum in testamento iure institutionis, quia adimi non potuit. Bald.in authen.ex causa. xix.col.vj.q. C.de libe. præteritis.

Filius an dicatur adire ex eo, quòd proponit querelam, nullitatem, uel falsitatem testamenti, uel comminando de petenda hæreditate.s̃. Aditio. el ij.uersi.xxxix.&c.

Filius hæres occultans aliquid de bonis hæreditarijs, & post ea recusans adire, tenetur in solidum, & perdit beneficium abstinendi: quia dicitur adiuisse, etiam si bibit uinum hæreditarium, uel comedit frumentum, & negat, secundũ Ang. in l.si quis dederit.§.prætor.de acq.hær.

Filius hæres uiuens de fructibus hæreditarijs, dicitur adimere de bonis hæreditarijs, & ideo dicitur adiuisse, nec potest postea repudiare. Ang.no.in l.si quis dederit.§.prætor.ff.de acquirend.hæred.sed alij contrà.

Filius hæres non potest inscio patre repudiare hæreditatem aduenticiam.l.is, qui hęres.§.fin.ff.de acquirend.hæred.sed eo inuito sic.l.fin.§.j. C.de bonis, quæ libe.

Filius pro parte hæres institutus à patre, & iussus nihil amplius petere de bonis patris, potest petere dotem matris, quæ nõ dicitur de bonis patris. Bartol.in l.iurisiurandi.§.si liberi.ff. de ope.lib. Sed Bald.contrà in l.si adulta.C.de hæred.act.& in l.liberti.de oper.lib.

Filius hæres renunciat hæreditati, uel successioni paternæ, saluo iure legitimæ. Bart.in l.gerit.in vij.col.uer.sed quæro. ff.de acqui.hære. Sed Bald.contrà in l.j.C.eod.tit.& in l.iij. & ibi per doct. & Alexan. & Paul.de Cast. C. de impu.& ali. substi.& in l.j. C.de his, qui ante aper.tab.& j̃.in uer.Renunciatio successionis.uersic.xx.& seq.& s̃.eod.uer.xlix. & per doct.in l.ij.ff.de acq.hær.

Filiusfam. maior infante, doli capax, potest hæreditatem sibi delatam adire, patre nolente, & repudiante.l.fi. §.fin autem. & ibi Bal. C.de bo.quæ lib.non autem alius pupillus, secundum Bald. ibi. & potest petere dari curatorem hæreditati, etiam sine iussu patris, ut suam. ibidem.

Filius hæres adeundo cum iussu curatoris acquirit patri, non sine iussu. Bar.in l. Antistius.§.Iulianus. ff.de acq.hær.

Filius hæres an possit dotare matrem de bonis patris fideicõmisso subiectis. Bald.in auth.res, quæ.iiij.col.in lect.anti.C. communia de lega.& an filiam.ibidem.

100 Filius dicitur creditor in legitima, & ideo habet electionem pro ea. Bal. in l.scimus.§.illud.col.iiij.C.de inoffi.test. Sed etiam uide Bal.in l. filium quem habentem.xij.col.uer. ulterius quæritur.C.fam.er.& in l.ij.C.ad legem Fal.Iacob. de Aren.& Cy.in auth.res, quæ. cõmunia de leg.in auth.de hære. & Fal.§.sancimus.& §.si quis autem. Sed an uelit eam in bonis, uel in æstimatione: per Bal.in d.§.illud, ubi etiam dicit, quòd si uelit eam in bonis, debet habere unã rem mediocrem arbitrio boni uiri, non in diuersis minutatim, ut ibi. Vide etiam Bald.in l.j.vij.q. C. si quid in frau.patr. & j̃. uer. Legitima.uersi.lxxxj. & Alex.consi.cxxv.j.parte. quòd habet electionem, si tamen eligat rem mediocrem. Paul.de Cast.in consi.ccxxvij.ij.col.dicit, quòd filius alienando potest eligere sibi legitimam in una re, quæ sibi computabitur in legitimam, etiam inuitis substitutis, per no.per doct.in l. Marcellus.§.res quæ.ff.ad Treb. & in l.iiij.ff. ad legem Falc. Item Pau.in consi.xvij.dicit, quòd filius eligit sibi legitimã in una re tantùm authoritate iudicis, quando grauatus est fideicommisso uniuersali: secus, si pluribus particularibus. Item licet hęres grauatus dare extraneo certam partem bonorum, liberetur dando ei etiam inuito æstimationem, tamen nõ potest eam dare filio, cui pro legitima debetur pars bonorum, quia filius habet electionẽ, secundum Bald. sing. & Paul.de Cast.in l.non amplius.§. cùm bonorum.de legatis.j.& refert doct. Vltramontan.idem tenere contra glo.ibi per l.si in emptione. de mino. & per l. libertus soluendo.de bo.quæ lib.& l.lex.quæ.C.de administra.tut.& do. Gabriel de Perusio in consi. Omnipotentis Dei postulato suffragio, à quo omne datum, &c. Et quod dixi s̃.esse in electione filij, tenet etiã Bart.in l.suus quoq;.in fi.prin.ff.de hær.insti. Quod est uerum, secundum Bald.ibi, quando extraneus est hæres institutus, non si aliter filius. Et dicit etiam Bar.ibidem, quòd filius potest uelle corpora hæreditaria, quando sibi relicta est legitima in certa quantitate, dummodo non uelit eam sibi præstari in qualibet re minutatim. & Bal.in l. scimus.§.illud.de inof.test. Vnde Bal.in l.fi.j.q.C.de edi.diui Adri.tol. dicit legitimam esse filio assignandam in rebus à se optandis, dummodo ut bonus uir eligat, & ciuili modo. Quando autem filius agit reuocatoria ad bona per patrem alienata in fraudem, consequi debet res alienatas, etiamsi reus eas uelit, & offerat precium legitimæ, secundũ Bal.no. in l.j. C. si quid in frau.pa. Sed si filius ipse alienauit rẽ, in ea debet sibi legitima assignari: secundum Bal. in l.iubemus.j. col. C. ad Trebel.per §. quamobrem. in auth. de resti. & ea, quæ pa. & l. Marcellus.§.res, quæ. ad Trebellia. aliàs autem eam petit sibi dari in re certa arbitrio boni uiri: ut s̃. secun-Bal.ibi, & j̃. Legitima.& Per Old.in consi. cxiij. Non tamen potest filius pro legitima occupare propria authoritate, secundum Alex. consi.cx.iiij.parte.

Filius an debeat habere legitimã de bonis patris quæsitis per usurariam prauitatem. Pau.de Cast.consi.ccclxxxiij.

Filius institutus sub conditione, si nolet, potest repudiare ante impletam conditionem, non pòst. Bart. post glo.in l.iam dubitari.ff.de hæredi.instit.

† Filius institutus sub conditione, an possit impugnare testamentum patris, uel matris: uide Fran. Aret.in l.si mater.de uulg.& pup.ubi plenè.]

Filius hæres suus patri amouens aliquam rem hæreditariam, uel non ponens omnia in inuentario, perdit beneficium abstinendi. l. si seruus decem amouisse. de acq.hær. Paulus de Cast. in l.fin.§.licentia.el ij.de iure delib.& infrà eodem. uersic. clxv.

Filius institutus hæres à patre in parte sua, intelligitur in legitima.l.scimus.& ibi Bart.C.de inoffic.testam.

Filius hæres ex quibus coniecturis probetur mala fide uersari post repudiationem.Bal.in l.ij.C.de repu.hære.

Filius repudians, & postea possidens bona hæreditaria, præsumitur hæres, & reuocasse repudiationem.Bald.post Cyn. in l.ij.C.de repud.hær.

Filius emens unam rem hæreditatis iacentis à creditoribus hęreditarijs, non potest cõueniri hypothecaria ab alijs creditoribus. glo. Bald.& Pau.de Cast.in l.ij. C.de repu.hære. si nulla sequitur immistio, uel si sequitur cum beneficio inuentarij: aliàs sic.

Filius hæres hæreditatem semel aditam non potest repudiare, nisi sit minor xxv.an. Insti. de hære.qua. & diff.§.extraneis. & ibi gloss.& l.impuberibus. & l.si minor.& l.necessarijs.ff. de acqui.hæred.l.ait prætor.§. fin.ff.de mino.l.j. & ibi Bald. C. si ut se ab hæred. absti. l. pupillum.de acquiren.hæred.l. iam dubitari.§.fi.l.ei, qui. & ibi doct.& Bart.eod.tit.l.suus. & ibi Bar.& doct.C. de repudi.hæred.& per gl.in l.j.§.fin.ff. de condi. ob causam. Item nisi & cohæres repudiet partem suam.l.cùm hæreditatem.de acq.hær.

110 Filius hæres hęreditatem repudiatam potest acceptare.l.j. & l.sicut.& l.fin.& ibi doct. C.de repud.hær. Vide in Spe.de suc.ab intest.uer.pone. & uer. ꝙ si filius. & per Fran. Por.in tract.de duobus fratribus.iij.parte.xv.q.& j̃. Hæreditas repudiata. uersi.ix.

Filius dicens testamentum nullum, uidetur adire hæreditatẽ, l.suus.& ibi Bar.& Bal. C.de repu.hær.

† Filius à patre institutus an bonorum possessionem contra tabulas intentare possit: uide Fran. Aret.in l.& si contra tabulas.in ij.col.in glo.j.de uulg.& pupil.]

Filius petendo legitimam non dicitur impugnare testamentum.Bal.in l.cùm lege.C.de epis.& cle.

Filius an possit repudiare hæreditatem patris aditam, ne cogatur acceptare pupillarem. Angel. in l. qui patri. ff. de acquir.hær. doct. & Paul.de Cast.in l. quidam Eulogio.C. de iure deli.

Filij hæredes in dubio debent habere bona communia. gloss. & Ang. in l. Lucius Titius. in princ. ff. ad Trebel.

Filius heres extranei an censeatur in dubio institutus contemplatione patris. Bart. in l. si filiofa. ff. de dona. cau. mor. doct. & Ioan. de Pra. in l. filiofam. ff. de condi. & demon.

Filius accusans testamentum patris de falso, succumbens perdit etiam legitimam. no. in l. Polla. secundum Pau. de Cast. C. de his, qui. ut indig.

Filius institutus hæres in legitima, an dicatur hæres uel legatarius. glo. no. in l. si quis priore. in princ. ff. ad Treb. Bart. in l. ex facto. de hære. institu. no. in l. quoties. C. eod. tit.

Filius institutus sub conditione potestatiua potest renunciare in iudicio successioni ex testamento, & adire ab intestato. Bal. in l. si pater. ij. q. C. de instit. & substi.

Filij heredes instituti inæqualiter, succedunt æqualiter in emphyteusim, & feudum. j. Filius succedit. uer. xxiiij.

120 Filius quo casu possit de iure ciuili repudiare hæreditatem patris. in l. cum antiquioribus. uersi. & si quidam. & ibi Flo. C. de iure deliber.

Filius hæres licet de iure prætorio habeat beneficium abstinendi, tamen illud nō habet de iure ciuili, secundum quod non potest repudiare feudum hæreditarium, sed bene potest repudiare hæreditatem. Casus fin. secundum Bal. in c. j. an agn. uel fil. & Barth. Cep. in c. j. vij. diffe. de cog. feu. Adde alium casum in c. j. §. filius. de cap. qui cur. uen.

Filius hæres an succedat in feudum ex testamento, uel ab intestato. Bald. in c. j. iij. col. de suc. feu.

Filius hæres institutus sub conditione, si duxerit uxorem sibi condignam, & exhæredatus si duxerit indignam, an priuetur hæreditate, ducendo in uxorem quandam fantellastrā: per Bart. in l. si rogatus. §. matrimonij. ff. de man. uind.

Filius institutus sub conditione, si decesserit sine filijs, non dicitur institutus conditionaliter. Bartolus in l. Mæuia. de manu. testa.

† Filius an possit institui à matre sub conditione causali. uide Franciscum Aretinum in l. si mater. in fin. ij. colum. de uul. & pup.]

† Filius tacitè institutus an reddat testamentum nullum propter præteritionem: uide Fran. Aret. in l. cùm ex alio. in iij. col. uer. in ea glo. ibi: querelam. de uulga. & pup.]

Filius posthumus natus post testamentum patris, in quo hæres est extraneus, facit testamentum habere uim fideicommissi, quo ad hæredem scriptum: quia succedit filius, & ei uidetur hæres substitutus, & detrahit legitimam & Trebellianicam. Pau. de Cast. consi. lvj. & seq.

Filius hæres extranei grauatus dare legatum patri non detrahit Falcidiam. Bart. contra glo. in l. à filio. de leg. j.

Filius non computat sibi in legitimam ea, quæ ad ipsum pertinent, tanquam ad filium, scilicet feudum. Item nec lucrū dotis maternæ factum per patrem, si pater secundò nubat. Ang. in auth. de nup. §. optimæ. colla. iiij.

Filius hæres in re certa, an facta sibi ademptione in codicillo, possit rumpere testamentum. Bald. in l. omnimodo. C. de inoff. test.

Filius institutus in minus legitima, & prohibitus plus petere, an possit agere ad supplementum. in authen. ut cùm de app. cog. §. cæterùm. & Baldus in l. omnimodo. de inoffi. test. quòd sic, etiam in perpetuum, secundum Angel. in l. si quis filium. C. eod. tit.

130 Filius institutus in legitima, an uideatur institutus in quota, uel in certis rebus. Bald. in l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. test.

Filius etiam in legitima institutus admittitur ad reuocandum totum fundum alienatum cōtra prohibitionem testatoris. Bart. in l. filius. §. cùm pater. in fi. de leg. j.

Filio instituto non potest statui terminus ad petitionem substituti, uel sequentium in gradu, sed ad petitionem creditorum sic. Bart. in l. suus quoq; §. sed si filio. de hær. inst.

Filius hæres patris si post aditionem ingrediatur monasteriū sancti Francisci, quid erit de bonis hæreditarijs. Bald. in l. si matre. in fi. C. de su. & legi.

Filius excludens filiam fœminā uigore statuti, debet ei cauere de nō alienando, si sit dilapidator. Bal. in l. si quis filium. ult. col. in prin. uersi. tertiò quæritur. C. de inof. test.

Filius hæres repudians hæreditatem, licet postea aliquid accipiat à creditoribus patris, non potest ab eis conueniri actione propter illud, quod accepit. Nic. de Neap. in l. cùm tutor. ff. de tu. & ratio. dist. uide Dy. in l. quæsitum. de sepul. uiol.

† Filius si repudiat hereditatem hodie inuito patre, an ueniat substitutus filius, uel pater: uide Fran. Are. in l. j. in prin. in ij. col. uer. quæritur etiam. Bar. hîc. de uulg. & pupil.]

Filius institutus in re certa à patre, & si eam uiuo patre recepit, an dicatur habere inter uiuos ex testamēto. Pau. de Ca. consi. ccxxxiiij.

Filij, quibus est facienda restitutio hæreditatis ab hærede, dicuntur habere hæreditatem à testatore, sed nepotes ex filijs à lege. glo. not. in l. non iustam. C. ad Trebel.

Filius institutus in minus legitima, & substitutus alteri an agat ad supplementum legitimæ. Item quid si tunc succedat alteri per ius accrescēdi. Item quid si instituatur in re sacra, uel religiosa, uel aliena. Item quid si est institutus pro legitima in certa quantitate, an possit uelle corpora hæreditaria. Item institutus in domo, an possit, ea combusta, petere legitimam. Item institutus in plus legitima cum onere, an simpliciter possit petere totam legitimam: plenè per Bald. in l. scimus. §. illud. C. de inof. test. Bal. ibi in vij. not. in d. §. illud. quòd non computat sibi legitimam, quod capit ex fideicōmisso. & probatur in c. cùm autem.

Filius institutus à patre in bonis matris an rumpat testamentum. Bald. in d. l. scimus. §. illud. de inoff. testam.

140 Filius in legitima institutus an uendicet rem suam uenditam per patrem. glo. Bart. & Bald. in l. cum à matre. C. de rei uen. & Bart. post gloss. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. Et quid si est institutus in minus legitimā. Bald. in d. l. cùm à matre. ij. col. Et quid si non est hæres. Bart. post glo. ibi dicit, quòd non.

Filius in legitima institutus non tenetur facere inuentarium, nec tenetur ad onera. Baldus in dicta l. cùm à matre. in iij. col. Item,

Filius hæres non confecto inuentario an uendicet rem suam alienatam per patrem. Bal. in d. l. cùm à matre. pe. col.

Filius pro parte hæres an uendicet rem suam uenditam per patrem ualentem plus. Bal. in d. l. cùm à patre. ad fi. & ibi Bar. tenet quòd non pro parte, qua est hæres: & si non est heres, potest uendicare: ut ibi per Bar. in l. j. de bo. mater.

Filiusfam. nō præscribit titulo pro hærede, nec titulo pro suo, secundum Paul. de Cast. consi. cclxviij.

Filius hæres succedit in feudum. j. Filius succedit. uersic. xxxj cum duobus seq.

Filius hæres si est bonæ fidei, an prescribat ex titulo patris, qui erat malæ fidei. Pau. consi. ccxxxviij.

Filius hæres institutus in re certa, an dicatur hæres. in Spec. de testa. §. j. uer. vj. & Bald. in c. decedenti. iiij. col. qui feud. da. pos. in usi. feu. no. in l. quoties. C. de hære. institut. & s. eod. uersi. viij.

Filius in legitima an habeat ius uiuo patre. Barto. in l. fin. ff. de lib. agno. & j. uer. Legitima. el j. uersi. lxxij. & seq.

150 Filius, etiam non hæres patris, habet ius in sepulchro paterno. l. uel quæ. & ibi Bar. ff. de relig. & sumpti. fune.

Filiusfam. heres extranei si non faciat inuentarium, pater eius tenetur de peculio. Bal. in authen. sed cùm testator. ult. col. C. ad legem Falcid.

Filius hæres extranei non potest repudiare hæreditatē in preiudicium usufructus paterni. l. fi. §. necessitatem. & ibi glo. & doct. C. de bo. quæ li. & Flor. in l. sed & si quid. §. fin. ff. de usuf. Nec potest transferre dominium pecuniæ aduenticiæ inuito patre: nec de ea potest soluere creditori suo: ut ibi per Flo. post Bar. in l. frater à fratre. ff. de cond. & dem.

Filius institui potest sub conditione potestatiua. l. si pater. & ibi Bald. in j. quæst. C. de insti. & subst. & suprà Conditio. uersi. lxxxvij.

Filius hæres grauatus restituere filijs suis, non tenetur eis satisdare de restituendo, nisi secundò nubat, uel nisi testator iusserit. l. iubemus. §. in s. dictis. & ibi Bal. C. ad Treb.

Filiusfam. hæres extranei potest factus maior ratificare aditionem, & repudiationem patris factam tempore suæ infantie. l. fin. §. pen. & ibi Bald. C. de bo. quæ lib.

Filius an possit scribi heres in testamento extranei per patrem suum

suum notarium rogatum de testamento. in l. puberem. §.j. & ibi Bar. ff. de falsis.

Filius hæres habens substitutum uulgarem an potest repudiare feudum. Bal. in c.j. v. col. an ag. uel fil.

Filius possidens feudum an præsumatur immiscuisse se hæreditati, quæ per alios fratres possidebatur. Bald. in c.j. vj. col. an ag. uel fil.

Filius agnoscens bonorum possessionem post annum, an uideatur adire. Bal. in c.j. vj. col. an agn. uel fil.

Filius non dicitur hæres patris, licet acquirat ex contractu patris. leg. eum, qui. & ibi Bal. C. arbi. tutelæ.

160 Filius, qui ob iram, uel dolorem de morte patris dixit, Nolo institui: si non sit institutus, an rumpat testamentum. j. uerbo, Testamentum nullum. uer. lij.

Filius hęres ex testamento non solenni an habeat beneficium l. edicto. C. de edi. diui Adri. Bald. in addi. Spec. de test. uers. an ex testamento.

Filius hęres in re certa an succedat in emphyteusim. Bal. in addi. Spe. de loc. uer. an filius hæres. & ibi Sp. §. vij. uer. lxxviij. & uer. cxiij. & s. eo. uer. xlj.

Filius non potest renunciare legitimæ uiuo patre, quia sibi nō debetur. l. scimus. in prin. & ibi Bal. C. de inoffi. testa. ubi dicit uerum, nisi cum iuramento.

Filius hæres patris potest inuitis creditoribus repudiare hæreditatem matris. Alex. in consi. ccx. ult. col. ij. parte.

Filius hæres post mortem uxoris testatoris debet statim habere legitimam, non expectata morte uxoris. j. Vxor usufructuaria. uer. xxx.

Filius hæres subtrahens etiam paruam rem hęreditariam, perdit beneficium abstinendi, & implicatur omnibus oneribus hæreditarijs. Barto. in l. fin. §. cùm igitur. v. colum. C. de iure delib. per l. si seruum. §. prætor. ff. eod. titu. & s. eod. uersicu. ciij.

Filius non potest petere augeri sibi legitimam, auctis facultatibus patris. no. per doct. in l. si quando. §. j. C. de inoffic. testam. & ibi Bald. qui tamen aliter loquitur in l. si non mortis. ff. eo. tit. & in l. fina. C. de do. promis. & Lau. de Fano. in §. cæterùm. Instit. de legi. ag. suc. xxxv. col. uide Bald. in l. successione. C. de his quæ in frau. cred. & in l. sancimus. §. sed cùm antiquitas. C. de usu. rei iud. & in auth. contra rogatus. C. ad Treb. & in auth. res, quæ. communia de leg. & in l. si filio. sol. ma. & in l. quamuis. C. de fideic. Iac. But. in l. pactum. C. de coll. quòd non, si renunciauit cum iuramēto. Et idem in emancipato.

170 Filius institutus sub conditione turpi an rumpat testamētum. Fran. Por. in tract. de duobus fratribus. iij. parte, xlviij. q. quòd sic. Item,

Filius hæres iussus à patre in testamento cohabitare cū fratre, an possit petere diuisionem habitationis. Fran. Por. in tract. de duo. fra. iij. parte, lxxviij. q. quòd sic, si est rixosus.

Filius hæres non implens uoluntatem testatoris pro parte sua, altero fratre implente, an priuetur hæreditate pro parte sua. Fran. Por. in d. parte, lxxix. q. quòd sic, per glo. in c. licet. de uoto.

Filius hęreticus hęres patris an priuetur hęreditate. Fran. Por. in d. parte, lxxx. q. quòd sic.

Filius non hæres non succedit in acquisitis per patrem pro se & hæredibus. in Spe. de loca. §. vj. uer. clviij.

Filius quando est hæres, supple j. uer. Hæres. & uer. Institutus. per discursum.

Filius grauatus fideicommisso ad piam causam detrahit legitimam, Falcidiam & Trebellianicam. Paul. de Cast. consi. cxxxj. & c. si pater. de test. in vj. & j. eod. uer. pen.

† Adde, quòd licet filius in legitima non possit grauari, tamē eius substitutus pupillaris, uel eius legitimi hæredes bene possunt grauari: uide Ias. in l. cohęredi. §. cùm filię. ff. de uulga. & pup. & Pau. consi. xiij.

Filius grauatus fideicommisso potest testari de legitima & Trebellianica, uidelicet de tertia & quarta, & sic dimidia hæreditatis. c. Raynaldus. §. dilectus filius. de testa. & Bald. in l. filium, quem. uer. ulterius, quæritur, nunquid sicut filius, &c. C. fam. er. & Alex. cons. xxxiij. ij. parte. † Vide Ias. latè concludentem, quòd detrahit duas, in l. cohæredi. §. cùm filiæ. col. iij. ff. de uulg. & pupil.

* Testari de his duabus partibus nempè legitima, & Trebellianica, patet ex tex. in d. c. Raynal. d. §. dilectus filius, & tradit Bald. in l. filium quem. C. fam. ercis. Alex. con. xliij. uol. ij. Dec. con. ccxxxvj. nu. 8. eas etiā filio deberi, & semissem hęreditatis esse affirmant docto. in c. Raynaldus. c. Raynutius. de test. in c. si pater. de test. in vj. in l. Papinianus. §. meminisse. & ibi gl. & Bar. ff. de inoff. test. ubi etiam Ang. Alex. in l. in ratione. §. quod uulgo. ff. ad leg. Falc. in l. mulier. §. proponeretur. ff. ad Treb. Alex. consi. xxvj. col. fi. uol. j. con. xliij. con. cxlij. col. v. uol. ij. con. iij. uol. iij. Oldr. con. xxxj. Illust. Card. Zab. con. xcj. dub. iiij. Alexan. cons. lxviij. uol. iiij. Ioan. Ana. con. iij. co. lxxix. Are. con. xviij. Guid. Pap. dec. lij. Dec. con. ccxix. con. ccxxviij. nu. 5. con. ccxxxvj. nu. 8. Hiero. Grat. cō. lxviij. in extre. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Filius etiam si paternum probauerit testamentum, detrahere tamen potest legitimam. Petr. Anch. consi. clj. Dec. consi. ccxxxvj. nu. 7. con. dclxxxviij. num. 7. l. si quando. §. fina. C. de inoffi. test. §. cæterùm. in auth. ut cùm de appel. Æmilius Maria Manolessus.

* Filius etiamsi post mortem paternam hęreditatem restituere fuerit rogatus, legitimam tamen, & Trebellianicam detrahere potest. Ange. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg. in l. in ratione. §. quod uulgo. in gl. j. ff. ad leg. Falci. Ang. consi. cxxiiij. con. clj. con. cclxxxvj. consi. cccvj. Fran. Are. con. clx. dub. ulti. Alexand. con. cxlij. col. v. uol. ij. con. lxviij. uol. iiij. Dec. con. ccxcix. nu. 3. Æmilius Maria Manolessus.

† Filius an in legitima grauari possit: uide Fran. Are. in l. cùm ex filio. in v. col. uer. item non apparet. & in uer. in ea. gl. ibi hodie. in vij. col. de uul. & pup.

* Filio, quo ad legitimam, nullum posse onus imponi. l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg. l. cùm patronus. ff. de lega. ij. Ang. con. cxxxj. Rom. con. clxxxv. con. ccxxxix. Raph. Fulg. con. xix. con. lxxxviij. dub. ij. Raph. Cum. con. xxv. col. ij. Alex. cons. lxviij. uol. iiij. consi. lxxviij. uol. v. Dec. consi. ccxxxvj. num. 7. Dec. consi. dclxxxviij. nu. 7. Æmilius Maria Manolessus.

Filius potest grauari in re propria à testatore. glo. no. & doc. & Ioan. de Por. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. uersi. quę ita. de uulga. & pup. Item,

Filius grauari potest ad restitutionem fructuum. Ang. in l. balista. ad Treb. & Ioan. de Por. in d. l. cohæredi. uer. quæ ita. de uulg. & pup. Item,

Filij prohibiti alienare usque ad triginta annos, si omnes alienent, an sit locus fideicommisso: & quid si aliquis alienet. Pau. de Cast. consi. ccxxxij.

Filius grauatus fideicommisso in codicillis lacerans codicillos, perdit Trebellianicam. l. si quis cum falso. §. fi. secundū unam lec. ff. de falsis.

Filius grauatus fideicommisso computat sibi in legitimam, & Trebellianicā omnia bona per ipsum alienata. Pau. de Cast. con. xiiij. & no. in l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Treb. Bald. in l. iubemus. ad Treb. uide in cons. quod est post consi. liij. Alexand. in iiij. parte.

Filius grauatus fideicōmisso de consuetudine debet prius detrahere legitimam, & residuo Trebellianicam, licet contrarium probetur, secundum Ang. in l. j. §. interdum. si cui plus, quàm per legem Falcidiam.

10 Filius grauatus fideicommisso an computet sibi in legitimam, & Trebellianicam dotem datam filiæ de bonis subiectis fideicommisso. Pau. de Cast. in consi. ccxxiij.

† Filius grauatus fideicommisso cogitur adire ad petitionem fideicommissarij. Fran. Are. in l. plures liberos. in §. & si à patri. in eo. no. de uul. & pup.]

Filius grauatus fideicōmisso an possit dotare matrem suam de bonis fideicommissi, & an filium, si habet bona sua. Bald. in auth. res, quæ. in utraque lectura. C. communia de leg.

Filij grauati diuidere inter se bona, debent diuidere ęqualiter, per Bar. in l. cùm pater. §. dulcissimis. de leg. ij. Ang. in l. Lucius Titius. in prin. ff. ad Treb.

Filius hæres extranei grauatus dare legatum patri suo nō detrahit Falcidiam. Bar. contra gl. in l. à filio. de leg. j.

Filius grauatus fideicommisso an possit alienare unam rem tantùm, uel eatenus, quatenus ad ipsum spectat pro legitima, & Trebellianica: uide Bal. in l. filium quē. in xij. col. uer.

ulterius quæritur. C. fam. erc. quòd sic. duminodo non faciat in fraudem. & §. eo. uer. vj. Addo Barto. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. ubi tenet, quòd in fideicommiss. inuito tenet alienatio, & sibi computatur. & Iac. de Bel. in auth. de resti. & ea, quæ parit. in prin. ij. q. & Bald. in l. scimus. in prin. C. de inof. test. & in auth. res, quæ. C. de leg.

* Posse alienare quam rem uoluerit, & rem alienatam esse in legitimam imputandam, tradit Bald. etiam in l. potest. ff. de leg. j. in l. ij. C. ad leg. Falcid. consi. ccxvij. uol. j. Rom. consi. cclxxvj. Com. tamen opinio huic sententiæ aduersatur: quę enim res filio sit pro legitima danda, non filij uoluntati, sed iudicis arbitrio committendum affirmat, per l. non amplius. §. fin. & l. seq. ff. de leg. j. l. ij. C. quand. & qui. quar. pars debe. lib. x. ubi Bar. idem Bart. in l. suus quoque. in fin. princip. ff. de hæred. instituen. & in l. in quartam. col. iij. ff. ad leg. Falcid. Bald. in l. scimus. in princ. col. ij. C. de inoff. testa. Sal. in l. filium quem. col. vj. C. fam. ercis. Alex. in d. l. in quartam. col. x. ff. ad leg. Falcid. in l. Marcellus. §. res quæ. col. fin. ff. ad S. C. Trebel. Paul. Castr. con. ccxlvij. num. 4. uol. j. Alexand. consi. cxxxiij. uolu. iiij. Corne. consi. cclxxxij. circa princip. uolum. j. Fran. Curt. maior con. ulti. Guid. Pap. dec. dcvj. in termi. con. ccxxxvj. dub. vij. num. 15. 16. 17. & consi. ccij. nu. 8. Æmilius Maria Manolessus.

Filius grauatus fideicommisso potest detrahere duas quartas contra uoluntatem testatoris, secundum Abb. anti. in cap. Raynaldus. de testa. & Bald. in Marg. uer. Filius. uer. iiij. nisi testator prohibuerit disponendo, quòd Trebellianica computetur in legitimam. Bald. in l. si quis suo. in fin. C. de inoff. † testa. & in auth. res, quæ. cõmunia de leg. † Vide Franc. Are. in l. cohæredi. in §. cùm filiæ. in j. col. uersic. nota quartò. de uulg. & pup.]

Filius hęres in re certa, & grauatus fideicommisso, detrahit solam legitimam, non Trebellianicam: sed uniuersalis hæres grauatus detrahit utranque, nisi extraxerit prius Trebellianicam: quia tunc non potest postea detrahere legitimam, nisi quatenus una excedat aliam: secus autem, si primò extraxerit legitimam. Si uerò sit hæres uniuersalis grauatus sub conditione, Si non ualet iure testamenti, &c. detrahit utranque, scilicet triens totius, & sextans residui. Ita tradit Bal. in Mar. uer. Filius. uer. penul. Bal. in l. iubemus. in princ. C. ad Treb. dicit ibi probari, quòd filius grauatus detrahit unam quartam tantùm de iure ciuili, sed de iure canonico duas: ut ibi per c. Raynaldus. §. dilectus. de testa. & l. quanquam. C. ad legem Fal. & ibi gl. tenet idem. & est communis opinio, secundum Bal. ibi, & Bar. quem uide omnino. Item Bar. in l. Papinianus. §. meminisse. de inoffic. testamen. dicit quòd rogatus purè unam tantùm detrahit, sed rogatus sub cõditione detrahit duas, & quòd una quarta extrahitur per grauatũ in testamento cum clausula, Si nõ ualet, &c. Quod etiam tenet Bart. in l. quanquam. C. ad legẽ Falcid. & omnino per Alexand. consi. cxlij. ij. parte. in consi. xliij. & in consi. cxxxix. j. parte. & Pau. de Castr. in consi. xiiij. quem etiam uide in consi. xc. in fi. & plenius per Bald. in l. filium, quem. xvj. col. C. fam. ercis. & in auth. hoc amplius. xxxvij. q. C. de fideicom. in lec. anti. & in l. iubemus. ij. col. ad Treb. & in d. l. quanquam. post gloss. & in l. scimus. §. illud. C. de inoffic. testa. & in auth. res, quæ. ultima col. cõmunia de leg. & Ange. ibi, & in auth. de hęre. & Falci. §. si quis uerò. & in l. j. §. interdum. ff. si cui plus, quàm per legem Fal. & ibi Car. & gl. in l. in ratione. & ibi Alexand. in §. quod uulgo. ff. ad legem Fal. & in l. Papinianus. §. si quis impubes. quod institutus purè non detrahit duas quartas, sed sub conditione sic: quia eodem tempore ueniunt detrahendæ primo casu. & not. in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. uide etiam in l. ex tribus. C. de inoff. testa. & doc. Moder. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ad Trebel. Oldrad. in consi. lxviij. & ciij. & Ang. in l. j. ff. de iure codi. & in l. cohæredi. §. cùm filiæ. de uulga. & pupil. & tenet Abb. in d. §. dilectus. post gloss. quod communis opi. est, ut utraque detrahatur, quando diuerso tempore competunt: quod est, quando filius est grauatus conditione de restituendo. & Barthol. Cæpo. in sing. in uersic. lxxviij. Item per Oldrad. consi. clviij. quod duas detrahit. & plenius per Old. consi. cciiij. & in Spec. de dispu. & alle. §. v. uer. sed nunquid in causa. & Alexand. in consi. cxlij. ij. par.

† Adde, quòd per Fran. Are. in l. j. de uulga. & pupil. §. j. in ij. colum.]

Filius hęres detrahit Trebellianicam etiam de fideicommissis ad piam causam. c. si pater. de testa. in vj. & Paul. de Castr. in con. cxxxj. secus in extraneo. l. j. ff. si cui plus, quàm per leg. Falc. secundum Bal. in Mar. uer. Filius. uer. pe. in fi. sed idem Bal. tenet contrà in auth. similiter. C. ad legem Falcid.

Filij grauati materiã supple s. uer. Filius hæres. & j. uer. Grauatus. & uer. Hæres grauatus. per discursum.

Filius præteritus, uel exhæredatus, potest renunciare iuri dicendi nullum, uel querelæ. l. filio præterito. de iniu. testa.

† Filius præteritus à matre an possit dicere testamentũ nullum, usque ad triginta annos, sicut pręteritus à patre. Guid. Pap. decis. ccccxxvj.

Filius exhæredatus sine causa, uel cum causa non probata, habetur pro præterito. Bar. in auth. ex causa. iij. col. de lib. præte. Alex. in l. si ita. §. testamentum. de libe. & posthu.

Filius ritè exhæredatus non potest dicere testamentum nullũ. gl. & Alex. in l. j. ff. de inoff. testa. Vide Bal. in l. hi, qui ad ciuilia. iiij. col. C. de appel.

Filius coiens cum concubina patris potest exhæredari. s. Cõcubina. uer. xiiij.

Filius, qui habuit in uita à patre tantum quod sufficit pro legitima, si in testamento patris sit præteritus, & pater aliqua bona quæsiuit, postquam filio dedit, potest petere supplementum legitimæ. Alexand. contra Bal. in l. pactum. ad fin. C. de coll. & Ang. Imol. & Ludo. in l. stipulatio. de uerb. oblig. & ibi Pau. de Castr. & per Bald. in l. quamuis. C. de fideicommis. & in l. in successione. de reuo. his, quæ in frau. cred. & in l. si. §. j. de usur. rei iudi. & in l. ij. de adop. & in auth. res, quæ. C. eo. de leg.

† Filius sicut olim poterat præteriri, ut non deberet sibi relinqui titulo institutionis, an ita etiam hodie possit: uide Franc. Areti. in l. cùm ex filio. in v. col. in uer. sed relinquitur dubitatio. de uulga. & pupil.]

Filius præteritus, uel exhæredatus, uidetur renunciare nullitati, & querelæ, si petat legatum ex testamento. Bar. & doct. in d. l. filio præterito. & j. uer. Testamentũ nullum. uer. lxvij. ubi plenius. Idem si accipit legatum. ut ibi & Barto. in l. post legatum. in prin. de his, qui. ut indig.

Filius suus præteritus, etiam cum causa, dicit nullum testamentum. Ioan. de Imol. in d. l. filio præterito. xxvij. col. per gloss. sing. in auth. de hære. & Fal. §. exhæredatos. colla. j. sed do. Ioan. Bap. Rosel. dicit cõtrarium in l. j. de liberis & posthum. Tu dic, quòd querelat, non dicit nullum, secundum Cyn. & doct. in l. iij. C. de lib. præte. & ibi Ang. & in d. §. exhæredatos. Imò etiam emancipatus præteritus cum causa, non dicit nullum, secundum gloss. in d. §. quæ dicit eum posse præteriri cum causa. Et tenet Ioan. de Imo. & Ioan. de Por. in l. cum filio. ff. de uulg. & pupil. sed liberatus à patria potestate propter dignitatem præteritus dicit nullum, quia retinet iura suitatis, secundum Angel. in auth. consti. quę de † digni. §. illud. colla. vj. † Et per Fran. Aret. in l. uentre. in ij. col. de acq. hær.]

Filius præteritus querelans succedit in uirili simul cum alijs dispariter institutis. Bal. in l. iij. C. de inoff. test.

Filius præteritus querelans testamentum tenetur ad legata ꝓ uirili. Bal. in d. l. iij. in fi. C. de inof. testa.

10 Filius contrahens nuptias turpes potest exhęredari. l. libertum. & ibi Bart. C. de nup. l. iij. §. si emancipatus. de bo. poss. contra tab.

Filius pręteritus si sit constitutus à patre executor testamenti, licet exercuerit officiũ, potest impugnare testamẽtum. Item si est inops, potest tanquam filius, non tanquam executor, uiuere de bonis testatoris. Io. An. sing. in addi. Sp. de loca. §. nunc uerò. uer. lvij. in addi. adiuuatur hoc dictum.

Filius non redimens patrem captiuum, etiam pro debito ciuili, potest exhæredari, nec restituitur in integrum. auth. si captiui. & ibi Bal. C. de episc. & cle. & Pau. de Cast. cõsi. xl. doc. in l. quamuis. sol. mat. & ibi Io. de Por. Vide Bal. in auth. cõtrà rogatus. ad Treb. in lectu. antiqua. Guil. contrà in l. si pater. C. qui bo. ced. pos.

Filius præteritus, uel exhæredatus, conuentus ab hærede scripto, non

pto, non opposita querela inofficiosi testamenti, si succumbit, an eam proponat in alio iudicio. Bal. in l. peremptorias. ij. col. C. sen. re. non pos. & ĩ. querela. uer. lviij.

Filius exhæredari potest post institutionem. Pau. de Cast. in l. Seius & Augerius. ad legem Fal. & in l. hæreditas. & ibi Alex. C. de his, qui ut indi. & Alex. in l. si filiũ. de lib. & posth. contra Bar. in l. paterfam. testamento. ff. de hęr. inst.

Filius præteritus annullans, uel querelans testamentum, non tenetur ad fideicommissum relictum à uenientibus ab intestato. l. ij. & ibi gl. & doct. de leg. iij.

Filius præteritus querelans obligatur ex contractu patris, sed non ex donatione causa mortis, nisi in certis casibus, de quibus in l. iij. de leg. præst. secundum Bald. in l. licet. C. de pactis.

Filius dicitur pręteritus, etiamsi sit substitutus in tota hęreditate. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Treb.

Filius seminatus uiuus, præteritus, an rumpat testamentum. Barto. in l. quod dicitur. ff. de lib. & posthu. & ibi casus. & l. pen. C. eo. tit.

Filius monstruosus an dicatur filius, ut præteritus dicat testamentum nullum. in l. non sunt liberi. ff. de statu hominum. & in l. penul. de posthu. hęr. instit.

20 Filius non potest exhæredari ex causa, si ad patriam non reuertatur. Bald. in l. si patre. vj. q. pen. col. de inst. & substi. sub cond. fac.

Filius præteritus dicens nullum testamentum, uidetur adire. l. suus. & ibi Bart. & Bald. C. de repu. hær. sed petendo legitimam non dicitur impugnare testamentum. Bald. in l. cum lege. de epis. & cler.

Filius præteritus debet declarare, an uelit dicere testamentum nullum. gloss. in l. filio præterito. quæ incipit, uel deponens. secundum Bart. ibi in ult. charta. ff. de iniust. test. Sed quomodo agat, Bar. ibi. & ĩ. Testamentum nullum. uers. lix. & lxxxiij.

Filius præteritus, etiam tacens per annum, potest postea dicere testamentum nullum. Bald. in l. j. C. de suis, & legi. & in l. scimus. §. illud. j. col. C. de inoffic. testa. Idem tenet ipse Bald. Angel. Rapha. & Ioan. de Imo. in d. l. filio præterito. contra Barto. ibi. & in l. posthumo. de bono. poss. contra tabu. & in l. Gallus. de liberis & posthu. & in l. certum. viij. colu. unde cognati. per Bald. ibi uide omnino, & per Bart. in l. non dubium. C. de testa. & in l. ij. C. de posthu. hęre. insti. per Barto. in l. si impuberes. §. fi. ff. ad Carb. ubi contra. & Pau. de Cast. in l. suum. C. de iure delib. & Alex. in l. j. C. quando non pe. † par. quòd intra triginta annos, non pòst. † Et per Fran. Aret. in l. uentre. de acq. hęr. in fi. v. col.

Filio pręterito tacente hęres scriptus lucratur fructus interim perceptos: sed si sit minor, restituitur ad eos. Bal. in d. l. certum. x. col. unde cog.

Filius præteritus quando approbat testamentum, absente herede scripto, per Ange. in auth. de hæred. & Fal. §. si uerò expressim. iiij. col. col. j.

Filius exhæredatus an petat assignari sibi dotes uxoris à patre. Bal. in l. ij. C. fam. erc.

Filius exhæredatus si tacet per quinquennium, ut non petat suppletionem legitimæ, non auditur pòst: quia ius petendi suppletionem de directo succedit loco querelæ: sed institutus in re certa agit in perpetuũ ad suppletionem. Ange. not. in l. si quis filium. C. de inoff. test.

Filius præteritus ignoranter à patre, non potest approbare testamentum, per l. filio præterito. de iniu. testa. quæ locum habet in præterito scienter, secundum Bar. in l. cùm quis. de iur. & fac. igno. & glos. in l. Titius. de libe. & posthu. quæ dicit, quòd potest dicere nullum. Vide Bald. in l. si pater. xj. & xij. oppo. C. de institu. & substi. & in l. ij. C. de liberis præteritis.

Filius pręteritus à matre an dicat testamentum nullum. s̃. uer. Filius hęres. uersi. vij.

30 Filius quondam ingratus non potest exhæredari, si postea fuit gratus. Bald. in l. liberi. C. de inoffic. testam. no. in l. fratres. eod. tit.

Filius præteritus succedens statim debet præstare legata relicta sub conditione ab hærede scripto. Bal. in auth. ex causa. ix. q. C. de lib. præte.

Filius potest exhęredari ex alia causa, quàm expressa à iure habente parem rationem. §. exhęredatio. Item ob iniuriã uerbalem grauem & inhonestam. d. uer. Exhęredatio.

Filius pręteritus si approbet testamẽtum uiuo patre expressè, uel tacitè, & decedat, tamen testamentum remanet nullum. Bal. in l. scimus. §. cùm autem. in fi. de inof. test.

Filius potest exhęredari uolens, etiã sine causa, per uerba, Exhęredo te, quia uis exhęredari. Bald. post Bar. in l. scimus. §. cùm autem. C. de inoff. test.

† Filius ex omnibus causis, ex quibus potest exhęredari, ex eisdem possunt sibi alimenta denegari, & etiam legitimatus potest reuocari in illegitimitatem: ut not. Fran. Crem. not. xix. incip. Tu scis, quòd ex omnibus. †

Filius præteritus ex uoluntate sua an rumpat testamentum. gloss. & Bald. in l. scimus. §. cùm autem. C. de inoffic. testa. & Fran. Por. de duobus fratri. iij. parte. j. q. & Ioan. And. in Sp. de testa. §. penult. uer. illud quoque. Adde gloss. & Barto. & Bald. in l. si quando. §. generaliter. eo. tit. & Ange. & Alex. in † l. si quis posthumos. §. fi. de lib. & posth. quòd nõ. † Vide do. Barth. Soc. in consi. ccxxx. incip. Viso. uer. confirmatur ista opi. in ij. parte.]

Filius uolens potest exhæredari. l. non putauit. §. si quis sua. de bono. poss. contra tabu. Quod uerum est, si consentiat uiuo patre, licet ex interuallo post. Ange. Imol. & Alex. in l. si quis posthumos. §. si filium. in fin. de libe. & posth. Idem in pręteritione, quę fieri potest de consensu filij. Ange. & Alexan. ibi contra Io. de Imo.

Filius exhæredatus sub conditione, Si redibit in patriam, uel alia simili, non uidetur institutus sub contraria conditione, si redibit in patriam. Bald. in l. cùm patrem. C. de conditio. inser.

Filius pręteritus uolens succedere in feudo, nõ habet necesse dicere testamentum nullum. Bal. in c. j. v. co. an ag. uel fil.

Filius exhęredatus non tenetur ꝑ debitis patris, etiam stante statuto, quòd filius teneatur pro debitis patris, etiamsi non probetur hęres. Bal. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium.

40 Filius præteritus non potest dicere testamentum nullum, qui tempore mortis, seu testamenti poterat non institui. l. si quis exhęredato. in prin. ff. de iniust. testa.

Filius exhęredatus an succedat in feudum. Fran. Por. in tracta. de duo. fra. secunda parte. xix. q. & an in emphyteusim concessam sibi, & filijs. Alex. in l. quod dicitur. vij. char. de uerb. † obligat. † Et per Fran. de Curte in iij. parte sui tractatus feu. in iij. quæst. princ.]

Filius exhęredatus an rumpat testamentum, dicendo patrem esse usurarium. Fran. Por. de duo. fra. iij. parte, xlvij. q.

Filius præteritus, uel exhęredatus, an debeat habere alimenta ex hęreditate, pendente causa querelæ per appellationem. Fran. Por. ubi s̃. lxix. q.

† Singula. Filius ex omnibus causis, ex quibus patrem exhæredare potest, quæ enumerãtur in §. & hæc quidam. in auth. ut cùm de appell. cog. ex omnibus illis potest cogere patrẽ ad emancipandum. Ita tenet Raph. Cuma. cõsi. mihi lxxxij. incip. Casus talis est. Augustinus occidit, &c. aliàs incip. Inspectis causis pręmissis, &c. Istud dictum refert & sequitur pro ualde not. do. Ias. dicens se alibi nõ legisse, in l. filijs matrem. in fine. C. de inoffic. testam. †

Filius nubens sine consensu patris an possit exhęredari. Fran. Por. ubi s̃. lxxj. q.

Filius si sine causa expressa exhęredatur, non ualet. in Spec. de instr. edi. §. xij. uer. quid si unus.

Filius exhæredatus habetur pro mortuo. in Specu. de feu. §. iij. uersic. viij. & glo. in authen. de hære. & Fal. §. exhæredato. & s̃. uerbo, Exhæredatus. uersic. 50. & sic in computatione legitimę non computatur in numero filiorum. ĩ. Legitima. el j. uer. x.

Filij præteriti materiam supple ĩ. uerbo, Præteritus. per discursum.

Filij exhæredati materiam supple s̃. uerbo, Exhæredatus. per totum.

Filius corrigitur per patrem. l. j. & ibi doc. C. de eman. propin. l. iij. & ibi Bal. C. de patria potesta. & plenius per † Anto. de Butr. in c. cùm contingat. de foro com. † Et per Fel. in c. licet. de simo. in prin.]

† Adde, quòd filiorum excessus pater corrigere tenetur, aliàs peccat: tenetur enim ad hoc, xxiij.q.iiij. duo ista. Vide bonũ tex.xlvij.dist.in §.necesse.facit c.nõ putes.xxiij.q.v. Abb.in ca.licet Heli. de simo.in j.co.facit illud Salomo. Qui parcit uirgis, odit filium. Et quos Deus diligit, corrigit, & castigat. & uide bonum tex.in c.cùm beatus.xlv.dist.& ibi bona gl.

Filius non potest corrigere patrẽ. uide in l.iij.§.si quis quasi.ff. de cond.ob causam.per gl. & Bar. in §.& ita in auth.de nup. Quod uerũ circa administrationem bonorum, nisi pater sit prodigus. Bart.ibi.sed in iure sic.d.§.si quis quasi.& Alexan. ubi dicit post Gul.quod melius facit, si conniuentibus oculis transeat.arg.l.qualem.uer.casibus.de arb. † Et per Fel.in c.cùm ex iniuncto.de hære.in prin j col.]

Filius offendens patrem debet puniri à patre, nisi sit emancipatus.l.si filius.& ibi doct.& Bal. C.de pat.pote. Itẽ nisi pater uelit eum nimis acriter punire: quia tunc debet puniri arbitrio iudicis.ut ibidem.

Filius debet ad instantiam patris puniri per iudicem ea pœna, quę iudici uideatur, quando necessaria est seuerior punitio. Bal.in d.l.si filius. & ibi casus singularis.

Filius potest occidere impunè patrem bannitum.l.minimè. ff. de reli.& sumpt.fu.secundum Ioan. de Por.in l. qui seruum. de uerbo. obliga. Quod est uerum, si fuit bannitus ob crimen læsæ maiestatis, ut ibi: aliàs secus, secundum Angel.in auth.de incest. nup.in princ. coll.ij. Pau.de Cast.in l.ueluti. de iusti.& iur.sed uide Bart.in l. postliminium. §.filius. ff.de capt.& Lud.in l.j.iiij. col.ff.in ius uocati ut eant. Ange.Are. in trac.Malefi.uer.Mortuus.

Filius non potest carcerari pro dote matri restituenda, cùm nõ teneatur, nisi quatenus facere potest. gl. & Bal. in l.liberi.in fi.C.de postliminio reuer.& j §.prox.in prin.

Filius potest in uinculis includi per patrem, etiamsi est emancipatus furiosus.Bal.in l.pe.C.de obse.pa.præstan.

Filius non potest pignorari per patrem.l.qui filios.& ibi Bald. C.quæ res pign.obli.possunt.l.fi.ff.eo.ti. nisi quando potest uendi.gl.ibi.

Filius si corrigatur à patre: uide in Spec.de feu. §.ij. post uersi. xviij.nec tunc potest patri recalcitrare, & offendere. Bar.in l.ut uim.de iust.& iur.Flo.in l.scientiam.§.qui cùm aliter.ad legem Aquil.

Filius obligatur adeò, quòd carcerari potest pro debito. Ioan.de Pra.in l.filiusfamil.ff.de procurat. post Barto.Bald.& docto.in l.filiofamil. ff. soluto matrimonio. contra gloss.in l.iij.§.sed utrum.ff.de mino.in l.si minor. §.si seruus.eod.tit.& tenet Bald.in Marg.uer.filius.uersi.iij. Quod est uerum, tam pro causa ciuili, quàm pro criminali, secundum docto.ubi s.& in tracta.carce.iiij.quęst. Item uerum, si sit in potestate: secus, si emancipatus, qui non potest carcerari, cùm non teneatur, nisi quatenus facere potest: secundum Cynum in l.eius.C.quod cum eo.Item secus pro officio malè gesto per dolum.l. si filiusfamiliâs. de iudicijs. & Baldus in authentica, sed cùm testator. in fine.C.ad legem Falcidiam.

Filius an possit tanquam fideiussor obligari. s.uer. Filius fideiussor. Item,

Filius potest obligari ex omni contractu, præterquam ex mutuo, & ex uoto. l.filiusfamil. C. de fideiusso.l.filiusfamil.de actio.& obligatio.l.si quis rem.§.uoto.de pollici. Barto.in l. tenetur.§.si filius.de actio.empt.& in l.iij.§.sed utrum.j. oppo. ff. de mino. Quod est uerum, si uotum sit in dando: secus, si in faciendo.& Ang.in authen.de sanc.episcop. §. nulli uerò. colla. ix. Sed de iure canonico obligatur: quia quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege seculi. de regula. licet.xix.q.ij. duæ. Ludo.in sing. uer. Votum.uer.quod dicitur. Addo Inn.& Panor.in c.scripturæ.de uoto. & Alex.in l. si quis.ff.de pollicita. & per Io. de Imo. in c.cùm contingat. circa medium.de iureiur.

Filius habens peculium tenetur in totum ex cõtractibus suis, licet pater teneatur peculiotenus. not. in l. qui iurasse. ff. de iureiuran.& in toto tit.ff.de peculio.

Filiusfami.habetur pro patrefami.in c. castrensi, uel quasi.l.ij. ff.ad Maced.l.errat.C.de castren.pecu.lib.x.

Filius positus in diuerso fumante à patre suo, non tenetur soluere fumâtem, si soluit pater.l.si hi, qui. C.de filiof.& quęad. pater.lib.x.& Bal.in addi.Spe.de feu.uer.si sunt plures.

Filius gerens se pro patrefamil. obligatur, & non iuuatur beneficio Macedonia.l.iij.in princ.ff.ad Maced.l.ij.C.eo.tit.& j.eod.uersic.xiij.Bal.in l.ij.C.si aduer.rem iudi.ubi dicit uerum, si per decem annos se gessit. & Alex.in l.si quis patrẽ. ff.ad Maced.

Filiusfam.conducens gabellas obligatur, sicut paterf.l.iij. uer. unde Iulianus.ff.ad Maced.

Filiusfami. potest pro patre obligari in contractu.l.filiusfa.& ibi Bal.C.de fideius.nec præsumitur minis, metu, uel reuerentia se obligare.Bal.ibi.

† Filio existenti in studio bene operanti quis mutuans contra patris prohibitionem repetere potest. do. Barth.Soci.in con.cclxxxvj.incip.Visa protestatione.uer.prima ratio.ibi: nam uidemus.in ij.parte.]

Filiusfami.accipiens mutuum cum iussu patris, non restituitur, cùm pater teneatur actione quod iussu: si uerò sine iussu patris, bene restituitur.Item accipiens mutuum contra senatusconsultum Macedonianum, non obligatur: ideo non indiget restitutione in integrum: secus, si non iuuatur Macedoniano.l.fi.C.de filiofami. Primum dictum tenet Bal.& Alex.in l.singularia.viij.col.si cer.petatur.

Filiusfami.quibus casibus obligetur, & non iuuetur Macedoniano.in l.iij.iiij.& v.ff.ad Macedo.& in Spec.de renun.uer. cui autem.

Filiusfami. non iuuatur Macedoniano, nisi in mutuo. l.iiij.§. his autem solis.ff.ad Macedo.

Filius obligatur ex contractu inito per ipsum gerentem se pro libero, nec iuuatur Macedoniano.l.iiij.ff.ad Mace.l.ij.C.eo. tit.& Bal.in l.ij.C.si aduer.rem iudi.& s.eo.uer.vij.

Filiusfamil. an & quomodo obligetur ex contractibus gestis ante emancipationem.Petr.de Sun. & docto.in l.ij.C.quod cum eo.

Filiusfami.obligatur ex commodato.l.iij.§.si filio.& ibi Bar.ff. commodati. & Fran.Por.de duo. fra. ij.parte.xliij.q.ubi idẽ dicit de deposito.

Filiusfami.factus sui iuris non tenetur actione negociorũ gestorum, nisi quatenus factus est locupletior: per tit.quod cũ eo.Bar.in l.Pomponius.la ij.ff.de negocijs gestis.

Filius mercator potest obligari ad mutuum. Bald. in consil. Quidam nomine Bellus.& tenet Bald.in l.Macedoniani.in fi.C.ad Macedo.

Filius non obligatur ex contractu patris, si non est hæres. Bal. in l.si cùm dotem.§.transgrediamur.solu.matrimo.

Filiusfami.ex contractu obligatur, & habet legitimam personam in contractu ad sui præiudicium. Bart. & Bald.in l fin. §.necessitatem. C.de bo.quæ liber.l.fina. §.j. de uerb.oblig. l.omnem.& l.tam ex contractibus.ff.de iudic. Bar.in l.fina. §.filij.C.de bon.quæ liber.ubi dicit uerum, etiam sine iussu patris.

Filio non imputatur culpa leuis.Bald.in auth.contrà rogatus. C.ad Treb.

20 Filius ex mutuo obligatur cum iuramento. glo. & Innoc.in c.significante.de pig. Bar.in l. Seius.ad leg.Fal.& in l.si quis pro eo.ff.de fideius.

Filiusfami. qui recipit mutuum, peccat mortaliter, si tuetur se cum Macedoniano.j.uer.Macedonianum.uer.vj.

Filiofami.si duo mutuant, quorum alter tantùm sciat eum esse filiumfami.an utrique obstet exceptio Macedoniani. s.uer. Exceptio Macedoniani.uersi.ij.

Filius obligatur ex mendacio, non ex taciturnitate in iudicio. l.si filius.& ibi Bar.ff.de interro.actio.

Filius nõ tenetur pro debito patris uiuentis. l. patris. C.ne fil. pro pat. glos.& Barto.in l.j. C.de lib.alen.l.si quis.§.parens. de lib.agno.

Filius non tenetur pro officio malè gesto per patrem.l.ij.& ibi Bal.C.ne fil.pro pa.nec contra l.si filius.eo.tit.

Filij nati ante præscriptionem decursam contra patrem, non obligantur præscriptione paterna: unde non tenentur soluere ad factionem in loco, in quo soluit pater per decẽ annos, licet statuto caueatur, quòd soluens per decem annos teneatur in posterum ipse, & filij sui: quia intelligitur de filijs postea natis, non ante præscriptionem. Bal. fin.in l.ij.C. de liber.& eorum liberis.

Filius

Filius natus in peregrinatione patris non obligatur ad onera loci, in quo natus est. Angel. in l.huiusmodi. §.legatum.de lega.j.

Filius mandans delictum patri non obligatur de mandato, sicut nec subditus mandans superiori. Bald.in l.j. C.de seruis fugitiuis.

30 Filius obligatus aliquid dare matri, si sit inops compareat coram iudice,& dicat quòd libenter solueret matri, si haberet: unde offerat se soluturum centesimam usurarum,& ita caueat,& tunc habebit dilationem à iudice. Ang.in auth.de non eli.secundò nuben.§.illud.colla.j.

Filiusfami. obligatur ad mutuum, si creditor iustè ignorauit eum esse filiumfa. sed erat fama publica, quòd erat sui iuris. l.j.& ibi Bal.C.ad Maced.

Filius an,& quando possit obligari per patrem. Bald.in l.si infanti.v.col.C.de iure delib.ix.oppo.

Filius an possit se obligare cum patre, uel pro patre,in eodem instrumento, stante statuto, quòd filius obligari non possit sine expressa licentia patris.Bald.in addi.Spe.de reo.uer. fin.Item,

Filius ex mutuo obligatur patri.Bald.in l.iubemus.§.in supradictis.C.ad Treb.& Fran.Por.de duo.fra.ij.parte.xlj.q. & ꝑ patre.l.iij.§.item si.& ibi Bar.ff.ad Mace.

Filij factum non obligat patrem.l.contra.& ibi Barto.C.de repud.Item,

Filij habentes libram communem nõ diuisam in catasto communis,non obligantur ad mutuum in communi,stante statuto, quòd habentes libram ascendentem ad centum, teneantur mutuare communi, licet integra libra patris mortui ascendat ad centum,sed diuisa non ascendit.Bar.in l.qui fundum.§.cohæres.in fi.ff.ad leg.Falc.

Filius non obligatur ex ingratitudine patris. Bald. in l. maximum.iij.col.C.de lib.præte.

Filius an obligetur ex confessione patris.in Spec. de confes. §. ij.uer.sequitur.& suprà,Confessio patris.uersic.iiij. cũ seq. usque in fi.

Filius extra territorium potest obligari sine consensu patris, non obstante statuto.Bar.in l.ex castrẽsi.ff.de castren.pecu. & in l.j.C.de sum.tri.& fide cath.

40 Filiusfam.an ex mutuo obligetur,quando renunciauit beneficio Macedoniani. in Spec. de renun. & conclu. uer.cui autem.& ĩ.uer.Renunciatio iurium.uer.xiij.

Filiusfam.an excusetur ab excommunicatione ex iussu patris. in Spe.de sen.prolat.uer.quid de filiofami.

Filius ex delicto patris non obligatur,ut ideo perdat bona nec honores,nec statum.Item,

Filij sunt obligati ex homagio patris:& an omnes sint obligati in solidum.in Spe.de feu.§.ij.post uersi.vj.

Filius contrahens an possit obligare patrem suum. in Spe. de confes.§.iij.uersic.ultimò quæritur.& ĩ.eo.& uer. Pater pro filio. per discursum.

Filius potest renunciare patri cum consensu patris, stante statuto, quòd non contrahat sine consensu patris.Bal.in l.scimus.in prin.C.de inof.testa.

Filius stipulatus de suo patris nomine, uidetur donare patri. per Bar.in l.quæ dotis.ff.sol.ma.

Filius cõtrahens de castrensibus,uel quasi,habetur pro patrefamiliâs.l.ij.ff.ad Maced.l.errat.C.de castren.pe.lib.x.

Filius conducens gabellas habetur pro patrefami. Et idem si gerit se pro patrefami.in contrahẽdo.l.iij.in prin.& uer. unde Iulianus.ff.ad Macedo.l.iij.C.eo.tit.

Filius cõtrahens cum patre,non præsumitur læsus, & ideo nõ restituitur.l.ij.C.qui,& aduers. quos. sed contra sententiam sic:ut ibi.& per doc.

Filius potest contrahere sine consensu patris furiosi,stante statuto,quòd filius non contrahat sine consensu. Bald.& Ang. in l.cùm hæres.de acquiren.hæred.in prin.

Filius minor potest cõtrahere cum patre cum iuramẽto.Ange. in auth.de nup.§.sed quod sancitum.colla.iij.

Filius contrahens tanquam paterfam.contra statutũ, non obligatur sine consensu patris.Pau.de Cast.consi.clxxij.

Filio cedi potest actio cõtra patrem.Bal.in l.iubemus. §. in supradictis.C.ad Treb.

Filius quare non possit contrahere matrimonium sine cõsensu patris.Bart.in l.in bello.§. medio tempore.ff.de captiuis. & per Fran.Por.de duo. fratri. iij.parte,lxxj.q.& per Bart.in l.j.§.si emancipatus.de bo.pos.contra tab. nec contrahit societatem de aduenticijs sine consensu patris. Bald.in l.cùm oportet.in prin.de bo.quæ libe.

* Filius cùm contrahit in utilitatem patris,uerbi gratia, quia patri mortis causa donat, non satis est consensus patris, sed requiritur auctoritas iudicis.sed com.doc.opin.gl.& Bar.in l.j.ff.de auth.tut.Bar.in l.frater à fratre.in extre.ff.de cõdict. indeb.Bal.in l.bonorum.col.fi. C.qui admit.in l.si furiosi.in ext.C.de nup.in l.si uxorem.in prin.C.de cond.insert.Imo. & Barth.Soc.in l.j.col.iij.ff.solu.matr.Bald.consi.lx.uol.iiij. Dec.con.ccxlv. cõ.cclxix.num.5. cons.dcxij.in extr. Complures tamen contrarium sentiunt.Ang.& Alex.in l.j.§. fuit quæsitum.ff.ad S.C.Treb.Mart.Silly.Alber. & Pau.Cast.in l.senium.col.ij.C.qui testa.fac.poss. Io. And.in add.ad Spe. tit.de instru.edit.§.porrò.Oldr.consi.xxvj. Ang.con.cxliij. Rapha.Fulg.con.viij.Lud.Rom.consi.dxv.Alij,ut Bal.Soc. & Corn.con.ccxlij.col.ij.uol.iiij. & Dec.con.cclxxix.num. 6. distinguunt, aut pater filio mortis causa donanti assentitur,eique ut cui uoluerit, donec permittit,& hoc casu ualet donatio à filio patri facta, aut uerò assentitur filio mortis causa sibi donanti, & tunc non ualet huiusmodi donatio, sed sine ulla distinctione,in Ang. Albe. aliorumque sententiam eundum uidetur,unà cum Dec. in l.senium.in extr.C. qui testa. face. pos. & Steph. Bertrand. in consi.xxxij.col.ij. uol. iij. quia in huiusmodi contractibus nulla alia de causa patris cõsensus exigitur, nisi,ne iure suo, sine suo facto spolietur contra reg.quod nostrum.ff.de re.iu.ne ue ex illo cõtractu damnum aliquod sentiat:sed hæc ratio cessat in casu nostro.ergo.Æmilius Maria Manolessus.

Filius compromittit sine cõsensu patris. s̃. uer. Consensus patris.uer.xiij.

Filius compromittendo obligat patrem de peculio. l. licet.§. sed si.& ibi Bar.ff.de pecul.

Filius acquirit hæreditatem mortuo patre,quam uiuo eo non acquisiuit.l.ij.& ibi Bald.C.de legi.hære.

Filius an admittatur ad contractus patris.glos.& doc.in l.adoptiuum.§.fi.ff.de in ius uoc.

Filius uendens rem patris plus iusto precio, acquirit sibi illud plus,nec tenetur illud plus fratribus communicare. Bal. in l.cùm oportet.in prin.iij.col.C.de bo.quæ libe.

Filius adiens hæreditatem extranei sibi delatam cum uoluntate patris, acquirit sibi proprietatem, patri uerò usumfructum, & administrationem. l.fin. §.ubi autem.& ibi doct.& Bar.C.de bo.quæ libe.

Filius institutus ab extraneo intuitu patris,acquirit sibi, patre recusante.Bar.in d.l.fi.§.similique modo.

Filius in acquirendis potest præiudicare patri,non in acquisitis.Bal.in l.j.xxv.oppo.C.qui admit.no.in l.fin.C.de acquiren.pos.& in l.iij.C.de hær.instituen.

Filius negligens an possit pręiudicare patri.Bal.in d.l.j. xxvij. oppo.C.qui admit.

Filius non potest pręiudicare patri in usufructu,ei renunciando.per Alex.post gl.in l.& hæredi.§.filiusfa.de pac.

Filius in acquisitis non præiudicat patri contradicendo ꝓcuratori patris, ne agat ad bona sua, in quibus patri quæsitus est ususfructus.Bal.in l.j.C.de bo.mater.

10 Filius uiuo patre non habet ius in reditu empto per patrem pro se,& filio.Bal.in l.liberti.vj.col.C.de ope.liber.

Filius emens rem de residuo fructuum fundi sibi concessi per patrem pro alimentis cui acquirat. s̃. uerbo,Emancipatus. uer.antepen.

Filius sine consensu patris non potest contrahere societatem de bonis aduenticijs. Bald. in l.cùm oportet.in princi.C.de bo.quæ libe.

Filius acquirit patri, etiam ex linea matris. ff. de inoffic. testa. l.filius.per Barto.secundum glo.in l.is,qui hæres.de acquir. hære.Item,

Filius non acquirit bonorum possessionem patri inscio.s̃.Bonorum possessio.el j.uer.pen.

Filius acquirens ex contractu patris, non propterea dicitur eius hæres.l.eum qui.& ibi Bal.C.arbi.tut.

Filius an præsumatur acquisiuisse ex re patris,uel ex communi,uel

Fiſcalis burſa hodie nō dicitur, niſi principis, uel curiæ Romanæ, ſecundum Bald. in l. j. C. de hære. uel act. uen. Item niſi ciuitas, quæ præſcripſit iura fiſci. Bald. ibidem. Item niſi domini terrarum, qui ex priuilegio principis, uel contractu habeant iura fiſcalia, non aliàs: ſecundum Bal. ibi in fi.
Fiſcalia dicuntur pœnę maleficiorum: item bona uacantia, turpia lucra, bona contrahentium inceſtas nuptias, bona confiſcata, reditus plauſtrorum, & nauigiorum, & collectę. Bal. in c. j. ult. col. quæ ſint rega. in uſi. feu. ubi plenè.
Fiſcus ſemper eſt ſoluendo. l. ij. C. de fun. do. Bartol. in l. j. de fideiuſ. l. j. §. ſi ad fiſcum. & ibi Bar. ut leg. no. caue. Vnde
10 Fiſcus dicitur quaſi fixus, uel firmus, quia ſemper eſt ſoluendo. Bar. in rubr. C. de iure fiſci. lib. x. Bal. in l. j. in fin. C. de hæredi. uel actio. uend. & ideo annuus reditus à fiſco debitus computatur inter immobilia. ſ. Annus. uer. vj.
Fiſcus in pœnis dicit habere cauſam lucratiuā, non oneroſam. Bar. in l. j. ff. ſol. matr. & in l. Mæuius. §. duobus. de lega. ij.
† Fiſcus qualiter ſuccedat, & in quibus bonis, & qualiter te-

neatur, uide Bened. in repet. c. Raynutius. fo. 136. colum. iij. cum seq. ubi latè.

Fiscus non uenit in tributum cum creditoribus delinquentis ad eius bona. per l. fin. §. licentia. C. de iure delibe. & gl. in l. rescriptum. ff. de pac. & in ti. C. in pœ. fi. cre. præfer. & ibi Bar.

Fiscus dicitur creditor post confiscationem bonorum. Bal. in l. alia. C. de his, qui. ut indi. & ad Sylla. & in l. aduersus. in j. col. in fi. uer. item in criminalibus. C. de fur. ubi dicit secus antè. Vide Bar. in l. j. ultim. colum. uer. quæro, utrum ille. ff. si certum petat. qui parum facit, ut dixi post authorem. & in uer. Creditor. el j. uer. vj.

Fiscus habet pro se temporis præsumptionem in dubio. Bal. in l. j. C. de hære. uel act. uen.

Fiscus est ultor delictorum. l. j. & ij. & ibi Baldus, C. si ser. ex-por. ueniat.

Fiscus, & Respublica an differant. Bartol. in rubric. C. de iure fisci. lib. x. & Bald. in l. j. in fi. C. de pœna iudi. qui malè iu. & in l. si hypothecas. C. de remiss. pig. & in l. si pignus. ff. qui po. in pig. ha. ubi tex. no.

Fiscus dicitur camera imperialis. Bartol. in rubri. C. de iure fisci. libr. x. ij. col.

Fisco applicatum debetur Cæsari, cuius est fiscus. Baldus in l. j. §. cùm autem. C. de cadu. tollend.

Fiscales res non locantur minori spacio, quàm triennali. l. uniuersi. & ibi Baldus. C. de uecti. & commis.

20 Fiscus in pœnis habet ius post sententiam, non antè. Bald. in l. fin. iiij. col. C. de fruc. & lit. expen. auth. bona damnatorum. C. de bon. dam. & plenius per Alex. in l. rescriptum. ff. de pac. & ibi Flori. & Bald. in l. j. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. & in l. j. C. de iure fisci. libr. x. Alexand. in l. post contractum. ad fi. de donat. quod non habet hypothecam, nisi post sententiam.

Fisco qui non edit acta criminalia, præsumitur subtraxisse. Bartol. in l. ij. C. de eden. & in l. j. C. de hære. uen. per Bald. & j. eod. uersi. xxiij.

Fiscus ecclesiæ Romanæ est maior Imperatore. Bald. in l. eam, quam. xj. col. C. de fideicom.

Fisco qui non edit instrumenta, præsumitur subtraxisse. Bald. in l. j. C. de hære. uel act. uendi. per l. ij. ff. de iure fis. & s. eo. uersi. xxj. Item,

Fisci bona ut reperiatur, fieri debet acerrima indagatio, etiam per torturam. Bald. in l. j. C. de hæredi. uen.

Fiscus in causis suis habet proprios notarios. Bal. in d. l. j.

Fisco præfertur utilitas publica, seu communis. l. j. §. cùm autem. & ibi Bald. C. de cadu. tol.

Fisco stipulari non potest officialis fisci. Bald. in l. j. pen. col. C. per quas perso. no. acqui.

Fisco nocet confessio publici officialis diuitis, non inopis. Bald. post glo. in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non nume. pecu.

Fiscus uenit appellatione hominis. gloss. & Bald. in l. eos. §. super. C. de usuris.

30 Fiscus in rebus tributarijs an habeat dominium utile, uel directum. Bal. & doct. in l. de his. C. de episco. & cleri.

† Fiscus non est propriè hæres. Franc. Aret. in l. ex facto. in §. Iulius Longius. iij. colum. uer. nota secundò. de uulg. & pupill.]

Fiscus habetur loco hæredis, sed non per omnia. gloss. & Bart. in l. inter eos. §. fin. ff. de fideius. & Bald. in l. penultim. §. primo, C. ad Trebel. & in l. iij. C. ad leg. Falcidiam. quod est uerum, nisi confiscatis bonis: quia tunc non habetur loco hæredis, secundum Bartol. in consi. suo primo, Taglionus de Spoleto. in fi. Sed uide Bald. in l. tam mandatori. de non nume. pecu. & j. eo. uersi. xlv. & j. Fiscus succedit. uersicu. lvij.

† Adde Franc. Aret. in l. si fideiussor. ff. de fideiusso. & Baldus in l. si maritus. ff. de fundo dot.]

Fiscus non habetur loco liberorum. Bald. in l. j. prima colu. C. de bo. liber. & iur. pa.

* Fiscus non sui, sed extranei hæredis loco habetur. Bartol. in l. iura libertorum. ff. de iure patro. in l. eum qui. in prin. ff. de interd. & releg. in l. j. C. de bon. libert. Ang. in l. eorum. ff. ad l. Iul. maiesta. Roma. consi. lxiij. colu. ij. Alexand. consi. xxiij. Soc. consi. cxxj. colum. iij. uolu. iiij. Dec. consi. cccclxij. nu. 28. Æmilius Maria Manolessus.

Fisco quæritur dominium ipso iure. Bald. in l. j. §. cùm autem. C. de cadu. tol. non possessio: ut j. eo. uersi. xlv.

Fisci contractus habet uim legis. suprà, uer. Contractus fisci. uersi. j. & ij.

Fisco non quæritur possessio, nisi apprehendat, licet habeat proprietatem bonorum uacantium. Bald. in c. j. iij. col. quid sit inuesti. & no. in l. fin. C. de bo. uacan. lib. x.

Fisci priuilegia ponũtur in l. j. C. de hæred. uel act. uen. per Baldum. & in l. j. C. de priuile. fisci. in Specul. de reo. uer. item si fiscus. & j. per discursum.

† Fiscum ecclesia habere debet. Lup. in repe. rub. de dona. inter uir. & uxo. col. lxxij.

Fiscus procuratorem habere potest, sicut ecclesia, & Imperator. Baldus in l. j. xxx. oppo. C. qui admitti.

Fiscus in genere sumptus habet iurisdictionem, non alius. Bal. in cap. ad hæc. quarta colum. de pace iur. fir.

Fisci ius remittitur facilius, quàm ius priuatorum. Baldus in l. quicunq;. ultim. colum. C. de ser. fugi.

40 Fiscus habet tacitam hypothecam in bonis futuris. Alex. post Bartol. in l. si is, qui. de iure fis. l. j. & ibi Bald. C. de priui. fisci. non ciuitas. s. uerbo, Ciuitas. uersi. cxxiiij. & Alexand. in l. si filio. §. fi. solu. matr. ubi dicit idem in fisco, non autem ecclesia: ut ibi, & Bal. in rubric. C. de priui. fis. & in l. fin. viij. col. de sacrosan. eccl.

Fiscus non est melioris conditionis, quàm priuatus, quo ad beneficium discussionis. Bald. in l. cùm eorum. C. de sen. & Alexand. in l. Moschis. per illum tex. ff. de iure fisci.

Fiscus non potest esse procurator priuati. l. fin. & ibi Bar. C. ne fiscus, uel Respubi. procura. alie.

Fiscus præsumitur posterior alijs creditoribus. Barto. in l. non puto. de iure fisci. Alexand. in l. & quæ non. §. quod dicitur. de pig.

Fiscus potest cedere priuilegium suum. l. si in te. & ibi Bart. C. de priuile. fis. & Bart. in l. j. C. de priui. dot.

Fiscus habetur loco hæredis, & ideo in eum transeunt iura, & actiones ipso iure. in Spe. de ces. actio. §. j. uersi. quid si bona.

Fisci priuilegium unum circa editionem instrumentorum ponit Spe. de instru. edi. §. sexto. uer. facienda.

Fisci inuentarium ponitur in Spe. eod. tit. §. fin. in fin.

Fisci specialia, uel priuilegia, uide in Specul. de dispu. & alle. §. quarto. uer. uel illud speciale. & s. per discursum.

* Fisci potior non debet esse conditio, nisi in causis, quibus expressè aperteque priuilegium est concessum. Aym. Cra. consil. clvj. uolum. j. Dec. consi. dxxxj. numer. 3. post gloss. in l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de pet. hæred. Æmilius Maria Manolessus.

Fiscus non retinet bona, nisi fuerint publicata. in Spe. de ob. & solu. §. ij. uer. illud autem.

Fiscus agit, ut sententia contra se lata retractetur ob instrumenta de nouo reperta intra triennium. l. j. & ibi gl. & Bart. C. de senten. aduer. fis. lat.

Fiscus non potest sine causa auferre bona subditorum, secundum Bartol. in rub. C. de uectig.

Fiscus an habeat ius in legitima ꝓ filio delinquente in uita patris. Bar. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur.

Fiscus an habeat hypothecam in bonis delinquentis. s. Bona. uersi. xxvj. & j. eo. uersi. xij.

Fiscus potest exigere à debitoribus banniti, uel rebellis, debita. l. Paulo. §. fi. per Bartol. & doct. de lega. iij. l. iij. C. quando fis. uel pri. & s. Debitor banniti. uersi. j.

Fiscus qua actione agat ad bona priuati ad se pertinentia. Bartol. in l. facultas. C. de iure fisci. lib. x. & in l. iij. in fi. C. ad leg. Falcid. per Bald. quod contra indignum hæredem agit pro tota hæreditate petitione hæreditatis, sed rei uendicatione pro singularibus rebus.

Fiscus non potest agere contra debitorem debitoris sui ex scriptura facta manu propria debitoris fisci. l. hi, qui. & ibi Bart. C. de conue. fis. debi. libr. x. & in l. exceptionem. C. de proba.

Fiscus petit sibi applicari quod aufertur indigno. j. uerb. Hæreditatis petitio. el j. uersi. j. Quod uerum, si fiscus uelit: aliàs apud indignum remanet. Bald. in l. j. C. ad le. Fal.

Fiscus non aufert bannito hæreditatem ut indigno. Bald. in l. j. penultim. colum. C. de hære. instit. Bal. contra in l. iij. C. ad leg. Fal. & j. Hæreditas delata. uersi. xxxj.

Fiſcus aufert hæreditatem hæredi, qui teſtatorem occidit. Bal. in l.j. C. de hæred. inſti.

10 Fiſcus agit petitione hæreditatis contra indignum ad hæreditatem. l. prima. & ibi gloſſ. & doctor. & Bald. C. de his, qui. ut indig. Bald. in l.iij. in fin. C. ad legem Falcidiam. & Pau. in d.l.j.

Fiſcus pro pœnis non habet tacitam hypothecam in bonis delinquentis. Barto. in l. poſt contractum. ff. de donatio. & in l.j. in fi. C. in pœnis fiſ. credi. præfer. lib. x. Cyn. in l. ſi quis poſthac. de bo. dam. Guli. in l. reſcriptum. in prin. & ibi Alexand. plenius, ff. de pactis. Dy. in l. quod placuit. ff. de iure fiſci. Bar. in l. aufertur. §. fiſcus. de iure fiſci. Sed Bart. in d.l. reſcriptum. dicit poſt Dyn. quòd habet tacitam hypothecam, ſed non cum effectu. Item,

Fiſci debitor condemnatus non appellat. l. abſtinendum. & l. fin. C. quorum appellation. non recipiun. Ioan. Papienſ. in Summa, titul. de appella. diffinitiua. uerſic. coram uobis. & Bald. in l.j. C. de hæredita. uel act. uend. ubi etiam idem dicit in confeſſo.

Fiſcus cogit conductorem gabellarum, qui nimis fuit lucratus, ad reconducendum. l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. & dixi in tractatu Gabellarum. & ĩ. Gabellarum conductores. uerſi. iiij.

Fiſcus debitorem purum, uel in diem, debitoris ſui ex cauſa principali poteſt conuenire, etiam ante diem. Caſus ſingularis ſecundum Bart. in l.j. C. de condictio. ex l. ſcilicet præcedente diſcuſsione: ut ibi. & Alexand. in l. pecuniam. ff. ſi certum petatur.

Fiſcus facit debitores ſuos carcerari. Bald. in d.l.j. C. de hæredi. uend.

Fiſcus poteſt cogere ad tributa, uel collectas, unum ex conſortibus poſsidentibus pro indiuiſo. Bald. in d.l.j. C. de hæred. uen. per l. cùm poſſeſſor. ff. de cenſi.

Fiſcus cogere poteſt inquilinum ad reparationem uiarum, uel pontium. l. ædiles. de uia publica. Bal. in d.l.j.

Fiſco agenti ſi opponitur exceptio compenſationis, debet probari intra duos menſes, non pòſt. Bald. in l.j. C. de hæred. uel act. uend. per l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſci.

20 Fiſcus an poſsit agere contra debitores ſuos iterum, ſi ſuus procurator non ſit ſoluendo. Cyn. & Pet. de Sun. in l. in cõtractibus. C. de non num. pecu. no. in l. fiſco. C. de conue. fiſ. debi. lib. x.

Fiſcus agere poteſt contra poſſeſſorem rei pro datijs, & tributis. argu. gloſſ. no. in l. apud Iulianum. §. hæres cogitur. de lega. j.

Fiſcus poteſt in ſubſidium conuenire debitorem debitoris, quando ſuus debitor non eſt ſoluendo. Bartol. in l.j. C. ne fiſ. uel reſpublica procura. aliàs per ti. quando fiſ. uel priua. Item,

Fiſcus quod dominiũ habeat in rebus tributarijs. doct. & Bal. in l. de his. C. de epiſ. & cleri.

Fiſcus habet bonorum poſſeſsionem contra tabulas in bonis liberti condemnati, & confiſcatis ſub delictum: quia etiam ius patronatus uenit in confiſcatione. Bald. in l.j. C. de bo. lib. in princip.

Fiſci cauſa ſummaria eſt, in qua debet de facto procedi. Baldus in l.j. C. de hæredita. uendi. per l. miſsi. C. de exactorib. tribut. lib. x.

Fiſcus creditor præfertur creditori habenti hypothecam priorem ex cõuentione, ſed parem, inſpecto domino. Bald. in l. j. ij. col. C. de hære. uendita.

Fiſcus an poſsit reuocare donationem ſui debitoris alteri factam. Ang. ſing. in auth. de tri. & ſemiſ. §. illud. & tex. not. docto. in l.j. C. de iure fiſci, lib. x.

Fiſcus præfertur cuilibet creditori in re, de qua non ſunt ſolutæ datiuæ, uel collectæ: ſed an in alijs rebus, Bald. in l.j. in prin. C. ſi propter pub. penſi. quòd ſi dies tributorum prius ceſſet, quàm hypotheca eſſet contracta, præfertur cauſa tributorum. aut econtrà: & tunc ſecus, quia creditores præferuntur: ut ibi Bald.

Fiſcus agens hypothecaria ad rem contra poſſeſſorem, non habet neceſſe probare rem fuiſſe prius ſibi hypothecatam, quàm poſſeſſori alienatam: ſed ipſe poſſeſſor debet probare fuiſſe ſibi prius obligatam, uel dotatam, quàm fiſco: & hoc fauore fiſci. Caſus ſing. ſecundum Bart. in l.j. C. de iure fiſci. libr. x. & tenet Bartol. in l. & quæ. §. quod dicitur. de pignorib.

30 Fiſcus habet hypothecam in bonis omnibus alteri non hypothecatis, pro collectis non ſolutis ob unam rem. gl. Bald. & doct. in l.j. C. ſi propter pub. penſi.

Fiſcus debet intra quinquennium uendicare res, quæ inciderunt in commiſſum propter collectas, uel gabellas non ſolutas, item & bona confiſcata per ſtatutum, ſecundum Bartol. in l. commiſſa. in fin. ff. de publica. Bald. in l. fin. C. ſi propter pub. penſi. l. ij. & ibi Bald. C. de uectigal. & commiſ. ubi etiam tenet Bald. non teneri animam fraudantis, ſi moriatur intra quinquennium. Bald. in d. l. ij. dicit, quòd poteſt fiſcus facere litem alicui poſt quinquennium propter bona allibrata in æſtimo communis. Sed Bartol. ibi tenet contrà, ſcilicet quòd intra quinquennium. uide ibi & dixi in tracta. de gabel.

Fiſcus eligit an cõueniat priorem poſſeſſorem, uel emptorem, id eſt, ſecundum poſſeſſorem rei pro collectis. Bald. in l.j. C. de mul. & in quo loco. & Ange. de Peru. gl. in l. Imperator. in prin. ff. de publi.

Fiſcus qua actione agat contra debitorem debitoris ſui. Bar. in l. non intelligitur. §. multa. ff. de iure fiſci. & l. iiij. C. quando fiſ. uel priua. & ĩ. eo. uer. xxxvj.

Fiſcus poteſt agere coram iudice ſuo, id eſt, procuratore fiſci, & coram iudice debitoris. Baldus in l. iij. quando fiſcus, uel priuatus. ubi eſt caſus, quòd agit cõtra debitorem debitoris.

Fiſcus an præferatur uxori in bonis mariti obligati fiſco, & uxori ex cauſa dotis, licet fiſcus ſit prior in tempore. Cyn. & Bald. in l. dotis tuæ. C. de iure dot. Dic quòd in hypotheca pari paſſu ambulant: ſed qui prior eſt in tempore, præfertur in iure. l. quamuis. & ibi Bart. C. de priuile. fiſ. & Pau. de Caſt. conſi. cccxij. Vide Pari. de Puteo in tracta. Syndi. in uer. Publicatio bonorum.

Fiſcus poteſt agere cõtra debitorem debitoris ſui inopis. l. iij. & ibi docto. C. quando fiſ. uel priua. facta tamen prius diſcuſsione principalis. l. non prius. & ibi Bald. & Bart. eod. tit. Quod eſt uerũ, etiamſi eſt creditor ex delicto: ut ibi plenè per Bald. Item uerum pro ea parte tantùm, qua principalis ſuus non eſt ſoluendo. Bal. ibidem, in fi.

Fiſcus præfertur creditoribus non habentibus hypothecam. l. ſi cùm pecuniam. & ibi Bar. C. de priui. fiſci.

Fiſcus non habet hypothecam in bonis ante obligationẽ uenditis. l. ſi debitor. & ibi Bar. C. de priui. fiſci.

Fiſcus poteſt reuocare pecuniam alij creditori ſolutam. l. pecuniam. & ibi Bar. C. de priui. fiſci.

40 Fiſcus poteſt cedere priuilegium ſuum. l. ſi in te. & ibi Bart. C. de priuile. fiſ. & Bar. in l.j. C. de priui. dot.

Fiſcus ſecũdus creditor præfertur priori in bonis poſtea quęſitis. Barto. in l. licet. C. qui po. in pigno. ha. per l. ſi is, qui. de iure fiſci.

Fiſcus non aufert tanquam ab indigno rem alienatam contra prohibitionem teſtatoris. Baldus in l. quoties. C. de fideicommiſſ.

Fiſcus poteſt propter ſuas neceſsitates ante tempus exigere precium gabellarum, & à conductore gabellarum. Bald. ſingul. in l. j. C. de condi. ex lege. & dixi in tractatu Gabellarum.

Fiſcus habet regreſſum contra uenditorem, ſi emptor eſt pauper, & non ſoluendo collectas pro re empta. auth. ſed periculum. & ibi Bar. & Bal. C. ſine cenſu, uel reli.

Fiſcus non reſtituitur in integrum in publicis pœnis, quando iudex condemnauit in minus, quàm debuerit. Bald. in addi. Spec. de accuſa. uerſic. quid ſi iudex. per l. auxilium. ff. de minori.

Fiſco quæ actiones competant, & quæ contra eum. in Spec. de ceſ. act. §. j. uer. illud etiam.

Fiſcus quando confiſcat ſibi bona, an requiratur ſententia, & quod uiginti annis præſcribũtur illa bona contra fiſcum. in Spe. de accuſ. §. vj. uer. ſed qualiter fiet.

Fiſci emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis quanto tẽpore cadat. in Spe. de locat. §. vj. uer. iiij.

Fiscus præfertur prioribus creditoribus ex speciali priuilegio. in Sp. de obl. & sol. §. j. uer. item pone, obligasti. Item,

50 Fiscus agit contra debitores de suo territorio, non contra alios de alio territorio, quando delinquentis bona sunt sita in duobus territorijs, & quilibet fiscus habuit bona sua in suo territorio ex confiscatione. Bald. post Petr. in l. ex facto proponebatur. de hæred. instit. & Alexand. consil. cxix. ij. parte.

Fiscus non retinet bona, nisi fuerint publicata. eod. tit. §. ij. uer. illud autem.

Fiscus conuenitur, ut præstet domino precium rei per ipsum ablatæ. gloss. not. in l. si locus. §. fina. ff. quem. admisser. ami. l. uenditor. §. constat. ff. communia prædi. Bartho. Cæpo. in tracta. de ser. rusti. titul. de monte. Idem si rem priuati occupet officialis pro publica utilitate, ut si accipit asinum alicui pro portando reum ad furcas. Barto. in l. fi. §. fina. ff. de pign. act.

Fiscus æquiparatur successori necessario, & non tenetur stare colono, nisi sit successor uniuersalis. j. uerbo, Fiscus succedit. uersi. vj.

Fiscus tenetur uenditoribus ad precium pro rebus emptis per condemnatum, cuius bona sunt confiscata. Bald. in simili. in l. ij. §. fina. C. communia de lega. & j. Inquisitor. uersicu. xix.

Fiscus conuenitur per restitutionem in integrū à minore. Sp. de restit. in integ. §. ij. uer. item nota.

Fiscus cogitur restituere hæreditatem fideicommissario, sicut priuatus. l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebellia. & j. proxim. §. uersic. vij.

Fiscus non tenetur satisdare, etiam nuda cautione: sed ciuitas sic. Bar. in l. j. §. si ad fiscum. ut leg. nom. caue.

Fiscus succedens in bonis uacātibus, iuxta l. primam. C. de bo. uacan. lib. x. non tenetur ad legata. j. §. proxi. uer. ix.

Fiscus tenetur creditoribus eius, cuius bona sunt confiscata. l. si marito. & ibi doc. solu. matri. & C. in pe. fisca. credi. præfe. per Bald. in l. ij. C. ad legem Iu. de ui. Quod est uerum, etiam pro parte, qua succedit rebelli, quia pro ea parte tenetur ad debita, per l. j. & ibi Bald. C. de fideic. Et si sunt duo fisci, quilibet tenetur pro rata bonorum sitorum in suo territorio: ut j. eo. uersi. xiiij.

Fiscus non potest conueniri, sine uenia. gl. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscri. uide glos. in c. primo. uer. si salua reuerentia. de mili. uas. qui contu. est. & l. sed si hac. §. qui manumittitur. de in ius uocan.

10 Fiscus conueniendus est, quando bona exiticij sunt confiscata, aliàs non, sed ipse exiticius. Bartol. in l. fin. iij. col. ff. de resti. in integr.

Fiscus tenetur restituere hæreditatem confiscatam delicto hæredis grauati fideicommisso, detracta Trebellianica. l. Marcellus. §. fin. & ibi Ang. & doct. ff. ad Trebel. scilicet mortuo hærede. j. eod. uer. xx.

Fiscus an teneatur conficere inuentarium. j. uerbo, Fiscus succedit. uer. xiij. Item,

Fiscus tenetur ad expensas, quas fecit officialis in capiendo bannitum. l. mulier inops. ff. de capti. & Bald. in c. j. hic fi. lex Conra. in usi. feu.

* Fiscus tanquā hæres creditorib⁹, eius cuius bona obtinuit, quacūq; de causa satisfacere debet, sec. cō. opin. gl. in l. nō intelligit. §. cùm ex causa. ff. de iur. fisc. Rom. cō. lxxiij. co. xciij. Ay. Cra. con. ccliij. nu. 7. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Fiscus succedens in bonis confiscatis propter crimen sitis in suo territorio, tenetur creditoribus delinquentis existentibus in territorio suo, non alijs de alio territorio: quia illis tenetur alter.

Fiscus, qui succedit in bonis sitis in ipsi⁹ territorio, nec est locus iuri accrescendi inter utrumque fiscum. Bal. post Pet. in l. ex facto quærebatur. de hæredi. insti. & Alex. cōsi. xcij. iiij. parte. ubi dicit uerum pro rata bonorum.

Fiscus ad gabellam an teneatur pro contractu suo. j. Gabella per quos soluatur. uer. xvj.

Fiscus non conuenitur redhibitoria, uel quanto minoris. l. j. §. illud. de iure fis. Bal. in l. j. C. de hære. uel actio. uen.

Fiscus conuenitur corā proprio iudice, nec succedit in instantiam alterius iudicis. Bal. in l. j. C. de hær. uen.

Fiscus ad simplū solum tenetur pro euictione rei uenditæ per suum procuratorem, licet priuatus teneatur ad duplum. l. si procurator. in prin. ff. de iure fis. & Bal. in l. j. C. de hære. uen. Quod uerum, etiam si dupla sit promissa: ut ibidem.

20 Fiscus non tenetur restituere hæreditatem fideicommissario, uiuente hęrede, delicto cuius fuit cōfiscata, sed eo mortuo. l. Statius. §. fin. ff. de iure fisc. & s. eo. uer. xj.

Fiscus an teneatur inuestire de feudo eum, quem dominus ꝓmisit inuestire antè quàm bona sua essent confiscata. Bal. in c. j. quid iur. si al. fue. inue. de feud.

Fiscus tenetur dotare filiam eius, cuius bona sunt confiscata. Bald. in l. fi. C. de do. promis. Alex. in l. quæsitum. §. si sponsa. de priui. cred.

Fiscus tenetur restituere uxori, quatenus ad fiscum peruenit de eius dote in publicatione bonorum uiri. l. si marito. in prin. & ibi Bart. ff. sol. mat. ubi subdit uirum esse liberatū ab eius uxore pro parte, quæ peruenit ad fiscum de dote, cùm fiscus teneatur, non uir: ut ibi. Item,

Fiscus emphyteuta non soluens canonē, potest statim expelli. Inno. in c. literæ. de dila. & Bal. in Marg. uer. Fiscus.

Fiscus debet conueniri prius, quàm fideiussor. glo. in l. sententia. C. de fideius. secundum Ludo. in sing. uer. Fiscus. uersic. quæro, utrum.

Fiscus quibus actionibus conueniatur. in Spec. de ces. act. §. j. uer. illud etiam.

Fiscus conuenitur, qui tenet bona banniti confiscata. in Sp. de competen. iudi. adi. §. j. uersi. quid si aliquis.

Fisco conuento sententia nulla est lata absente eius aduocato. in Spe. de senten. §. viij. uersic. item est nulla.

Fiscus succedit in bonis restitutis spurio testatoris ab uxore hærede uiri: quia præsumitur tacita fides accommodata de restituēdo ei, si est rogata statim de restituēdo, nō si post mortē suam, licet spurius decedat antè, quàm uxor. Bar. in consi. Cichus de Spoleto, &c.

† Fiscus quando admittitur ad succedendum: uide domi. Pet. Phil. Cor. in consi. cccxxiiij. inci. Cùm in Ponto. in litera I. & K. & seq. in iiij. parte.]

† Fiscus ante sententiam non habet ius quæsitū in bonis delinquentis. do. Pet. Phil. Cor. in consil. lxxxix. incip. Viso. in litera D. in iij. parte.]

Fiscus succedit & præfertur substituto uulgari. Bald. in l. fin. in prin. iij. col. C. de bon. quæ libe. per l. ex facto. §. fi. de uulg. & pupil. Quod uerum, si hæres est indignus, secudū Bar. in l. j. ix. col. de uulg. & pupil.

Fiscus succedens loco indigni, non dicitur hæres nomine, sed effectu, & tenetur creditoribus, & legatarijs. Ioan. de Imo. in l. ex facto. §. fina. de uulg. & pupil. facit l. cum fisco. ad Syllan. & ibi Barto. in l. si seruus. §. si quis ante. & ibi Bar. de leg. j. Vide Bar. in l. j. vj. col. de uulg. & pup. tex. in l. iij. C. ad leg. Falcid. ubi etiā dicitur, quòd deducit Falcidiam. & ibi Bald.

† & doc. & j. eo. uer. item. † Et per Franc. Arc. in d. l. ex facto. §. fi. in ij. not.]

Fiscus succedens priuato an & quando conueniatur coram iudice priuati. doct. in l. si constante. §. finali, sol. mat. & in l. hæres absens. in prin. de iudi. & ibi Bar. & Pet. de Sun. & tūc utitur iure priuati. Alex. doc. in d. §. fi. arg. l. cùm actum. & l. nam & Seruius. §. si uiuo. de neg. gest.

Fiscus non uindicans mortem eius, cui succedit, priuatur hæreditate. l. Marcellus. secundum Ray. ibi. ff. ad Trebel. Quod uerū, nisi succedat loco hæredis priuati propter uindictam non factam de morte defuncti. l. recusare. §. si fisco. per gloss. Angel. & doct. ff. eo. tit.

Fiscus successor uniuersalis tenetur stare colono: aliàs secus. Bald. in l. diuortio. §. j. solu. matr. per l. si fundum. ff. loca. nota. in l. fi. ff. de iure fisci. iuncta l. emptorem. C. loca. secundū Ioan. de Imo. in l. si filio. C. solu. mat. & Bal. in addi. Spec. de senten. uersic. colonus. ubi dicit idem in bonis confiscatis. Quod tamen limita, secundum Alex. in d. §. fin. & Bald. in d. l. diuortio. in d. l. si fundum. & in l. si merces. §. j. loca. quādo sola res locata confiscatur, nō tenetur stare colono eius rei: secus, si omnia bona sunt confiscata.

Fiscus tenetur restituere hæreditatem fideicommissario, sicut priuatus. l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebel. Alex. in l. ij. §. ex causa. de iure fisci.

Fiscus

Fiscus succedens in hæreditate tenetur ad legata, fideicommissa, & onera hæreditaria. l. si seruus. §. si quis ante. & ibi Barto. & doc. de leg. j. & l. quidam testamento. §. quoties. eo. tit. & s. eod. uer. iij. Item Bart. & Alexand. in l. ij. §. si ex causa. de iure fisci.

Fiscus succedens in hæreditate uacante, tenetur creditoribus, & legatarijs. l. cum fisco. ff. ad Syllan. l. iij. & ibi Bald. C. ad legem Falcidiam. & in l. eam, quam. iij. colum. de fideicom. & Barto. in l. j. lx. col. de uulg. & pupil. Lud. in l. si marito. sol. mat. ubi Alexand. cōtrà per l. iiij. cum gl. in §. eadem. de fideicom. liber. & per l. quod uiuo. de manumis. test. Secus dicit, si hæreditas fuit adita. Adde l. ij. §. cùm ex causa. & ibi Alexand. de iure fisci.

10 Fiscus repudiare potest hæreditatem iam acceptatam, si cōstet esse damnosam. gl. in l. j. §. an bona. de iure fisci. Ioan. de Por. in d. l. si seruus. §. si quis antè. de leg. j.

Filius an excludat substitutum ab hæreditate hęredis banniti, etiam habētis filios. tex. sing. & doc. in l. ex facto. §. ex facto. & ibi Dy. ff. ad Trebel. Bart. in l. sequens gradus. ff. ad Sylla. gl. in l. recusare. uersic. si fisco. ad Trebel. quòd sic, siue hæreditas fuerit adita, siue non.

Fiscus hæres non conficiens inuentarium non detrahit Falcidiam, & tenetur ad integra legata. tex. gloss. & Ange. in authen. de hæredi. & Falci. §. fin. & Ang. in l. j. §. hæc stipulatio. j. col. ff. si cui plus, quàm per legem Falcid. Item si hæreditas peruenit ad fiscum, ut bona, non ut hęreditas, fiscus non tenetur ultra uires bonorum, etiamsi non confecit inuentarium. Bart. in rubrica. ff. de acq. hær. & Bald. in l. si infanti. ij. col. C. de iure delib. Item,

Fiscus de bonis confiscatis non tenetur conficere inuentariū. l. j. §. an bona. & ibi Barto. ff. de iure fisci. Ang. in l. j. §. hæc stipulatio. iij. col. ff. si cui plus quàm per legē Fal. Ang. in auth. ut cùm de appel. cog. §. si unum. col. viij. dicit fiscum teneri conficere illud, aliàs restituitur, sicut minor. Bal. in l. fi. iiij. q. C. de iure delib. dicit nō teneri, siue succedat ex delicto, siue in bonis uacantibus: sed in l. iij. C. ad legem Falc. dicit, quòd non tenetur facere inuentarium: quia non tenetur ultra uires bonorū, & ideo liberatur cedendo hæreditati. Idem Bal. in l. j. C. de hæred. uend. dicit non teneri conficere inuentarium. Adde Bal. in l. si infanti. C. de iure delibe. & Bar. in rubri. de acq. hær. & j. uer. Inuentarium à quibus fieri debeat. uer. xix. & in Spe. de instr. edi. §. fin. in fi. ubi uide. & per Bal. in auth. si qua mulier. vj. col. C. de sacros. eccle.

* Fiscus non nisi ultimo loco succedit, cùm nemo alius nisi in subsidiū succedere potest. l. j. §. diuus. ff. de iure fisc. l. j. & per totum. præsertim l. uacantia. l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. x. Corn. consi. cccxxiiij. col. 4. uol. iiij. Aymo Crau. cons. cxxxviij. num. 2. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Fiscus à quibus personis excludatur in successione. glo. ord. in l. j. C. de bonis uac. lib. x. Adde casum in auth. omnes. & ibi Bal. C. communia de succes.

Fiscus an debeat adire bona uacantia. gl. & Barto. in l. j. & in l. si uacantia. C. de bo. uacan. libr. x. & in l. j. §. an bona. ff. de iure fisci. quòd sic. & in Spec. de instrum. edi. §. compendiosæ. Quod uerum est, secundum Barto. in d. §. an bona. quando adit hęreditatem: secus, si ut bona uacantia, per l. commissa. ff. de publica. Idem tenet Barto. in l. sicut. §. j. ff. quod cuiusque uni no.

Fiscus intra quantum tempus debeat petere, & adire bona uacātia. gl. ordina. & Bart. in l. omnibus. de diuer. & temp. pręscrip. & gl. in l. j. de bon. uacan. lib. x.

Fiscus an consequatur prælegata facta hæredi indigno, quādo aufert bona ab indigno. sing. not. in l. eum, qui. §. pro parte. ff. de his, qui ut indig.

* Fiscus obtinet legata facta concubinæ, qua cum matrimoniū contrahi non poterat. Ay. Cra. con. ccxxix. uol. ij. nisi sit hęres alius: tūc enim ille hęres. Æmili9 Maria Manolessus.

Fiscus succedit pupillo carenti coniunctis, & pręfertur tutori, qui uenit post fiscum. Bald. in l. nutritoribus. C. communia de suc. contra glo. in l. quo tutela. de regul. iuris. per Bart. in d. l. quo tutela. & j. Tutor succedit. in prin. & Alexand. cons. xcij. iiij. parte.

Fiscus succedit etiam in nomen debitoris de alieno territorio. Alex. consi. xcij. iiij. parte.

20 Fiscus à quibus personis excludatur in successionibus. per Alexand. in d. consi. xcij. iiij. parte. & gloss. in l. j. C. de bo. uacan. lib. x.

Fiscus uterq; si sunt bona condemnati cōfiscata, non est locus inter eos iuri accrescendi. j. Ius accrescendi. uer. lix.

Fiscus quādo succedat in instantia. j. uer. Instātia. el j. uer. xlv.

Fiscus succedit in fideicommisso facto indigno ab hærede digno, quando tacita fides de restituendo indigno fuit accōmodata: aliàs non, nisi sit ei facta restitutio actualis: quia tūc ei aufertur, & applicatur fisco. Bald. in l. eam, quam. viij. col. C. de fideic. per l. postulante. §. fi. ff. ad Treb.

Fiscus excluditur per Christū à bonis aduenæ mobilibus uacantibus: quia tūc non succedit fiscus, sed Christus, & pauperes, & episcopus eā distribuit. in auth. omnes. & ibi Bald. C. communia de succes.

Fiscus succedit in bonis post bannum quęsitis bannito, exclusis eius proximioribus. Bal. sing. in l. eius, qui. §. j. ff. de testa. & Barth. Cæp. in fin. uer. clx.

Fiscus succedit in ius patronatus, quod transiret ad hæredem extraneum. gl. & Bar. in l. j. C. de bo. lib.

Fiscus succedens filio præterito ob delictum eius, non potest dicere testamentum nullum ex persona filij, cui competebat ius dicendi nullum. Bald. sing. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iuris. & Bartho. Cæp. sin. uer. ix. & Alex. in l. quoties. ff. de nouat. ubi reprobat. & in l. si finita. §. si de uectigalib. ff. de dam. infec.

Fiscus ultimo loco succedens non excludit filium defuncti clericum, licet liberum à patria potestate: sed talis filius succedit excluso fisco. Bald. in l. apud hostes. in fi. C. de suis, & legiti.

Fiscus succedit in fideicommissum, quādo fideicommissarius moritur sine hærede ante restitutionem. Dy. in regula, ratū. de reg. iur. in vj. Ang. in l. apud Iulianū. §. utrum. & in l. ille, à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. Item,

30 Fiscus succedit pupillo, cui agnati non petierunt tutorem intra annum. Quod intellige ultimo loco, quia priore excluso propter non petitum tutorem, succedit sequens in gradu, per l. ij. §. fin. ff. ad Tertul. secundum Bald. in l. sciant. C. de legi. hær.

Fiscus succedens & uendens hæreditatem, non tenetur creditoribus hęreditarijs respondere, sed emptor sic. & ibi Bal. C. de hære. uel actio. uen. nisi emptor sit pauper: quia fiscus tenetur in subsidium, quatenus ad eum peruenit, non ultra. Bal. post glo. ibidem. Item,

Fiscus an excludat ecclesiam ab hęreditate clerici indigni. tex. & Bal. in l. si quis presbyter. C. de epis. & cleri.

Fiscus an auferat à spurio testatoris, cui episcopus exequēs testamentum patris bona distribuens dedit. Bal. in l. id, quod pauperibus. antepe. col. C. de epis. & cle.

† Fiscus an auferre possit à filio, qui occidit patrem bona sibi relicta à patre: uide do. Pet. Philip. Corn. in consi. ccxxij. incip. Videtur. per totū. in iiij. parte. ubi etiam, an auferat bona ab eo, qui priuatur bonis propter suum delictum. ibi. in litera A. & B. & quæ requirantur ad hoc ut fiscus auferat. in litera D. & E.]

Fiscus auferens hæreditatem hæredi tanquam indigno, licet propriè non sit hæres, debet agere petitione hæreditatis. s. Fiscus agit. uer. vj.

Fiscus succedit indigno, siue adiuerit, siue repudiauerit in fraudem fisci: quod pręsumitur, quādo hæreditas erat locuples. Bal. in l. eam, quam. iiij. col. C. de fideicom.

† Fiscus licet non sit hæres, quando aufert hæreditatem ab indigno, tamen habet petitionem hęreditatis. do. Petr. Philipp. Corne. in consil. cclxxviij. incip. In causa. in litera I. in iiij. parte.]

Fiscus an succedat, si mulier nubat intra annum luctus. Bal. in d. l. eam, quam. pen. col.

Fiscus succedit in hæreditate, qua priuatus est hæres, qui non impleuit intra annum uoluntatem defuncti, excluso exhæredato, non extantibus alijs coniunctis, uel substituto: nec tenetur satisdare de implenda uoluntate testatoris. Bald. in auth. hoc amplius. pe. col. C. de fideic.

Fiscus nō dicitur propriè hæres, quādo succedit ex cōfiscatione: secus, si ex edicto successorio: semper tamē habetur loco hære-

hæredis. Bal. in l. pe. §. j. C. ad Treb. & in l. iij. C. ad leg. Fal. & in l. tam mandatori. C. de non nu. pe.

Filius succedit in hæreditate relicta spurio, uel incapaci, nisi alius sit substitutus. Vnde cautela est, quòd incapaci substituatur alius: nam tunc fiscus excluditur. in l. iij. C. de hæred. insti.

40 Fiscus nō succedit in hęreditate relicta spurio palàm: secus in relicta clàm, accommodata tacita fide de restituẽdo spurio. Bar. in cōsilio, Dominicus Blasij, &c. & Bal. in l. iij. C. ad legem Fal. & ĵ. Hæreditas delata. uer. xxxviij.

Fiscus succedens in hęreditate tenetur ad legata. l. cum fisco. & ibi Barto. ff. ad Syllan. & per Barto. in l. fin. ff. si quis ali. test. prohi. & in l. j. ix. col. de uulg. & pupil. l. iij. & ibi Bal. C. ad legem Fal. & in l. eam, quam. iij. col. de fideicom. & s̄. eod. uers. viij. & seq. & ĵ. & per Alex. in l. iij. §. cùm ex causa. de iure fisci. & no. in authen. de hære. & Fal. §. si qui autem. & doct. & Lud. & Alex. in l. si marito. sol. ma. & in l. iiij. §. eo. de fideicō. lib. & Ioan. de Imo. & Alex. in l. si seruus plurium. §. ij. de lega. j. quòd non tenetur ad legata, si confiscatio sit facta ex facto defuncti.

Fiscus an & quando succedat consanguineo occiso per cōsanguineum suum. Bar. in l. fi. ff. si quis ali. testa. prohi. & no. in l. cùm ratio. in fi. de bonis dam. & Bald. in l. eam, quam. v. col. C. de fideicom. ubi dicit etiam, quòd sic.

Fiscus succedit excluso occisore, & eius filio: uide ibi, & per Bal. in d. l. hæreditas. ult. col. C. de his, qui. ut indig.

Fiscus succedit in feudum, quo uasallus priuatur propter delictum, quod dominus nolit ulcisci uasallo moriẽte sine filio. Bal. in c. j. §. fi. per quos fi. inuesti. Item,

Fiscus non capit legitimam, etiam mortuo patre pro condemnatione filij, qui deliquit uiuo patre. Bal. in add. Sp. de exec. sen. uer. sententia lata in filiũ. Ego tamen aliàs consului cōtrarium, cùm asiderem Spoleti in adolescentia mea.

Fiscus succedit in his tantùm, quæ transeunt ad hæredem extraneum. glo. doc. & Barto. in l. j. C. de ope. libe. & Alex. in l. quoties. ff. de noua. & in l. in insulam. de uer. obl. & doc. in c. ex parte. de feud.

Fiscus non succedit in omnibus iuribus illius, cui succedit. no. in d. l. in insulam. & ibi doc. & Alex.

Fiscus nō succedit patri bannitorũ decedenti intestato superstite filio, uel alio proximiori cōiuncto in bonis banniti, in quibus succederet bannitus, si non esset incapax. Bar. fin. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iur.

Fiscus succedit spurio, exclusis agnatis non agẽtibus ad bona intra duos annos. Bald. in l. certum. vj. col. C. unde cogna. & not. in l. j. C. de secundis nup. in fine.

50 Fiscus non succedit in hæreditate relicta ut filio, sed ueniẽtes ab intestato. Bal. in l. si pater. C. de hær. insti.

Fiscus non succedit in pro non scripto. Bald. in l. si pater. C. de hæredi. insti. per l. j. §. j. C. de cad. tol.

Fiscus succedit in bonis uacantibus, id est quando nullus hæres reperitur. l. j. & l. si uacantia. & per totũ. C. de bo. uac. lib. x. & excludit coniunctos defuncti supra decimum gradum. gl. & Bart. ibi. Sed an tũc teneatur ad legata, uide in l. iij. §. ex causa. & ibi Alex. de iure fis. & s̄. eo. uer. ix.

Fiscus habens rem communem cum priuato ex causa successionis, uel cōfiscationis, debet diuidere, & dare electionem priuato. Bar. in l. dicitur. §. senatus. in fi. ff. de iure fis.

Fiscus an succedat in bonis obsidum mortuorum. tex. gl. Bart. in l. diuus. ff. de iure fis.

Fiscus succedit in partem legati facti duobus, quorũ unus est indignus & incapax, excluso socio legatario capace. l. si Titio. & ibi Bar. de leg. ij.

Fiscus succedit ultimo expositis & iectatellis. Bal. in l. si qua illustris. C. ad Orfi.

Fiscus an sit hæres in bonis confiscatis. Bald. in l. executorem. xvij. col. C. de execut. rei iudic. & in l. sancimus. §. cùm autẽ. C. ad Treb. ubi dicitur, quòd est hęres, quando succedit per successorium edictũ, non aliter. Et ita debet intelligi l. quoties. §. fi. ff. de nouatio. Sp. contrariũ sentit in ti. de cessi. acti. §. j. uersi. quid si bona. dum dicit fiscum haberi loco heredis: Ideoq; bonis confiscatis transire in fiscum iura, & actiones. & s̄. eod. uersi. xxxviij. & s̄. §. j. uersi. xxxj. & xlv. & per Bal. in l. pen. §. j. C. ad Trebel.

Fiscus priuato succedens an præstat onera, ad quæ defunctus tenebatur. in Spe. de feudis. §. ij. uersic. xxiiij.

Fisco applicantur omnia, quæ in fraudem eius sunt alienata. in Spe. de don. uer. item pone aliquis.

Fiscus succedens fideiussori creditorum potest conueniri à creditoribus, omisso reo principali, nec potest opponere exceptionem ordinis, sed exceptionem diuisionis, quando fideiussor ille habet confideiussorem. l. non rectè. & ibi Bal. C. de fideius.

Fiscus alienat rem sibi communem cum fratre delinquente, etiam socio inuito. l. j. & ibi Bart. C. de communi re. cum fis. & priua. alie. lib. xj. l. ij. & ibi Bald. C. de communi re. ali. Bal. in l. j. ij. col. de hæredi. uel actio. uen. & Abb. Sicul. in c. quamuis. de re iudi. Secus in priuato, etiamsi precium conuertat in utilitatem fisci. d. l. ij. Item uerum, si prius socium requirat. Bal. in d. l. ij.

Fiscus alienans bona confiscata, præsumitur possedisse bona ipsa tempore alienationis. Bal. in l. ij. uer. sed quid si nō appa ret. C. de communi re. ali. ubi etiam dicit, quòd tunc ualet alienatio, etiamsi fuit facta confiscatio: quia

Fiscus alienans bona rebellis, semper præsumitur bona fide uersari. Bald. in l. ij. C. de communi re. ali. per l. si à Titio. ff. de rei uend.

Fiscus, cùm alienat bona confiscata, debet uti bona fide, quia debet tanquam sua, & cum subhastationibus alienare. Bal. in l. j. C. de hæredi. uel act. uendi. ubi dicit sic fuisse intellectam per docto. antiq. l. bene à Zenone. C. de quadrien. pręscript. cum simil.

Fiscus uendens nō tenetur redhibitoria, uel quanto minoris. l. j. §. illud. ff. de iure fisc. & Bald. in l. j. C. de hær. uend. & in l. fi. C. de ędi. act. ubi dicit secus in ciuitate.

Fiscus uendens non potest habere fidem de precio. l. j. & iij. & ibi Bar. C. de fide instrum. & iure ha. fis. li. x. & Bal. in d. l. j. ij. col. C. de hęr. uend. quòd non alienat, nisi precio soluto, per l. si procurator. de iure fisci.

Fiscus uendens res non suas, tenetur intra quadriennium domino rei. Instit. de usucap. §. pen. & fin. l. omnes. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip.

Fiscus uendens hæreditatem non tenetur creditorib. nisi emptor sit inops. Bal. in d. l. j. de hære. uendi. & ibi casus.

Fiscus uendens non tenetur de euictione, nisi ad simplũ. s̄. Fiscus conuenitur. uer. xix.

Fiscus non potest alienare, nisi cũ subhastationibus. Bal. in d. l. j. C. de hæredi. uendi. ij. col.

Fiscus creditor potest pignus alienare, etiam inuito priore creditore, dummodò ei soluat. Bal. in d. l. j.

Fiscus uendens rem non suam, licet pòst quęrat dominiũ, non potest uenire contra factum suum. Bald. in d. l. j.

Fiscus potest uendere fundũ alienum pro collectis non solutis. l. j. & ibi doc. C. si propter pub. pen. Sed an alia bona. Bal. ibidem, & s̄. Collectæ priuilegia. uer. viij.

Fiscus socius uolens uendere, debet socium requirere, & ei dare pro quanto alius offert. Bald. in l. ij. C. de communi rerum aliena.

Fiscus potest prius uendere, & postea confiscare. l. si Titio. ff. de rei uend. secundum Bald. in d. l. ij. C. de communi rerum aliena. Item,

Fiscus uendens rem alienam scienter, tenetur de euictione. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscri. & per Bald. in l. j. C. de hære. uel actio. uend. nisi res sit communis, uel sibi obligata: ut ibi per Bald. & s̄. eod. uersic. ix. Secus, si ignoranter. glo. not. in l. multum. C. de communi re. ali. quæ dicit habere regressum contra emptorem. Ludo. tenet in sing. uer. Fiscus. uersic. si fiscus. Item uerum, siue sententia iusta, siue iniusta lata sit contra emptorem: quia de euictione tenetur fiscus: ut s̄. uer. Euictio.

Fiscus si uendat non solenniter, an faciat fructus suos. in Spec. de fruc. & inter. §. j. uer. si uerò certi.

Fiscus si uendat rem alterius hypothecatam ut suam, tollitur hypothecaria quadriennio. in Spec. de præscrip. uer. sed hypothecaria.

Fisculi seu fisci, dicuntur instrumenta ad exprimendum oleum de oliua, & non debent colono præstari per dominum feudi. l. sed addes. §. illud. ff. locati.

Fistula seu conductus aquæ ad fontem publicum per dominum priuati, debet cōseruari sumptibus publicis, & sine præiudicio priuati, nisi pactum uel cōsuetudo sit in contrarium. Flo. in l. fistulas. ff. si serui. uen.

Fistulæ cedunt domui uenditæ. l. si uenditor. §. firmus. & ibi Barto. ff. de act. emp. & ibi Alexand. & ĩ. uer. Venditio comprehendit. uer. v.

Fistula etiam in pariete communi non potest imponi. l. fistulam. & ibi Barto. ff. de serui. urba. prædi. Ang. in l. inter quos. ff. de dam. infec. nec etiam in proprio, si aqua immissa inundat parietem uicini. l. fistulas. si ser. uendi. & ibi Bartho. Cæpo. in tractat. de serui. urbanis. cap. xlix. & cap. clxvij. & s̃. Aquarolum.

Fistulæ in fundo seruiente possunt poni per eum, cui seruitus debetur sumptibus suis, etiam cōtradicente eo, qui seruitutem debet. Barth. Cęp. in tit. de ser. urb. c. xxiij. per l. si iter. ff. de seruit. & l. seruitutes. §. si domo. ff. de ser. urb. præd.

Flamines sacerdotes Gentilium, dicti à filo, quasi filamines, eo quòd festis diebus sibi pileum pro sacerdotij eminentia imponebant, quem, cùm per æstum ferre non possent, filo tantùm capita ligabant: uel, secundum alios, dicti erant à flamma, quæ in eorum sacrificantium ceruice apposito diademate inerat. Archiflamines erant, quos nunc archiepiscopos Christicolæ appellamus. Flamines non sacerdotes, sed primi flamines primates ciuitatum dicebantur ante Christi nostri Dei ueri aduentum, quorum loco surrexerūt patriarchæ. lxxx. distinc. urbes. & cap. in illis. xcix. distinc. prouincię. & dixi in tractatu de Episcopo, in prælud. ij. col. De his uide in Spec. de iurisd. om. iud. uersic. sunt quoq;.

† De quibus in cap. cleros. circa medium. xxj. distinct.

Florenus mutuatus si mutatur in ualore, & quo modo sit restituendus. Bartol. in l. in his. §. fina. soluto matrimonio. & in l. Paulus. in fin. de solu. Et dic, quòd quāti plurimi fuit à tempore moræ. Paul. de Castr. in consi. clix. in fin. & Alex. in l. numis. de in litem iuran. & l. res in dote. ff. de iure dotium.

Floreni promissi ad duos annos, si mutantur ualore, debent solui secundum ualorem tempore solutionis, nōn temporе promissionis, nisi sit mora commissa. Barto. in l. cùm certum. de auro & argen. leg. & Pau. de Cast. consi. cliij. per Bal. in l. acceptam. xvij. q. C. de usur. & in l. ij. C. de uete. numis. pote. lib. xj. & s̃. uerbo, Dos restituitur. uersi. xiiij. Nec uidētur promissi reprobi, sed boni. Barto. in l. lecta. ij. col. si certum petatur.

† Floreni relicti per testatorem, de quibus intelligantur: uide do. Petr. Philipp. Corn. in consi. iij. incip. Super. in litera G. & in consi. ccxliiij. incip. Videtur. in litera H. in ij. parte. ubi etiam, an si dixerit de florenis ad xl. in uno legato intelligatur facta repetitio in florenis in alio legato eiusdem testamenti. ibidem, in litera N.]

Florenorum æstimatio non potest minui, nisi authoritate superioris. l. ij. & ibi Bar. C. de uete. numis. potest. lib. xj.

Florenus cuius periculo decrescat. Bar. in d. l. ij.

Florenorum appellatione in contractibus, quæ ueniant. Bart. in l. semper in stipulationibus. de regul. iur. & in l. stipulationum. in prin. & ibi Alex. de uerb. oblig. quòd hi ueniunt, qui uigent in regione, aliàs uiliores. Item debet inspici qualitas rei. Bar. in d. l. semper. in prin. quem etiam uide in l. ubi autem. de uerb. obli. & Alex. consi. xxv. iiij. parte. De florenis adde ĩ. uer. Moneta. uer. xix. xx. & lxxiiij. & uer. Promissio. uersic. cxlv. & in uer. Promittens. uer. xxx. & s̃. uer. Debitor quantitatis. uer. vij. xiij. xvj. xviij. & seq.

Florentia dicitur ciuitas maior, & non maxima, quia nō habet episcopum metropolitanum. Bar. in l. si duas. §. grammatici. ff. de excu. tuto.

† Florentini in suo territorio iura principis habere dicuntur. do. Pe. Phili. Corne. in consi. lv. incip. Reperio. in litera P. in ij. parte.]

† Florentinos comprehendunt ea, quę dicuntur de principe, & in eis habent locum. Dec. consi. cxxv. col. ij.

† Florentini deferunt caputium in capite. Dec. consil. cxxv. colum. ij.

Florentini miseri sunt, secundum gloss. not. in l. j. C. de eroga. mil. anno. lib. xij. & ĩ. uer. Milites. uer. 50. quód hodie non uerificatur.

Florentia hoc anno, & mense Aprilis, M. CCCCLXXVIII. intestina seditione turbata est. Nam Iulianus Medices in tēplo sanctę Reparatæ, dum missa noua celebraretur, astāte cardinali sancti Georgij Sauonēsi nepote comit. Hieronymi, gladijs cōfossus est, Laurentio Medice à sacerdotib. defenso, & in sacristiā postibus æreis clausam reserato. Factionis author fuit archiepiscopus Pisarū Florētinus de Saluiatis, & Franciscus ac Iacobus Pactij, qui ad fenestras prætorij suspēsi, & ad terram fracto laqueo proiecti, eadem die cum socijs sceleris ad septuaginta tres turpiter obierunt.

Florentinus dicitur, qui natus est Florentiæ. lxxx. distinc. Flo. † rentinum. & Alex. in l. j. ff. ad municipa. † Et an appellatione Florentini ueniat Florentinus origine tantûm, uel domicilio tātûm, ui de Feli. in c. licet ratione. in xij. col. uer. facit gl. circa prin. uer. de foro comp.

Flumen non dicitur uia: unde non duplicatur pœna delicti commissi in flumine uigore statuti loquentis de uia publica. Sed pons fluminis sic. Bald. sing. in l. fi. ff. de seruitut. rusti. prædior. Vnde

Flumen non uenit appellatione uiæ publicæ: ut ibi. & Bartho. Cæp. de serui. urb. c. lxx.

Flumen non uenit appellatione uiæ publicæ: ut ibidem.

Flumina dicuntur esse Imperatoris uniuersaliter, sed in dominio particulari sunt locorum uicinorum. Bald. in l. pen. col. iiij. C. de cond. inser.

Fluminis usus communis est, sicut uiarum & litoris. l. fluminum. in prin. ff. de dam. infec. Vnde quilibet potest in eis facere quicquid uult, dummodò faciunt sine incommodo alicuius: ut ibi not.

Flumen an, & quando impediat seruitutem uiæ, not. in d. l. fin. & ibi Bal. & Flo. & Bar. ff. de ser. rust. prædi.

Flumina ueniūt in diuisione regnorū. Archidia. xiij. q. j. ecclesias. Bal. in c. si quis de manso. de contro. inue. & ĩ. eo. uer. ix. & seq. & melius in uer. xij.

Flumina sunt communia usq; ad dimidium aluei utrinque uicinantium. Bart. in tracta. de alueo, primo lib. vj. charta, uer. item uidendum est, utrum. & Bal. in c. ex literis. penult. col. de proba. & Barth. Cępol. de serui. rusti. c. lxxv. & tit. de fluminibus. & ĩ. uer. Iurisdictio. uersic. xxxiiij. & melius in uer. clviij. Et intellige de aqua de alueo, quia nō est communis, secundum Bal. in c. j. quæ sint rega. uide Cy. in l. quædam. ff. de rerum diui. & Barth. Cæp. in d. tract. c. lxxv.

Flumina publica dicuntur regalia. l. quo minus. ff. de fluminibus. & Bal. in c. j. quę sint regalia. in usi. feu. & in l. pe. iiij. col. C. de cond. inser.

10 Flumen præsumitur in dubio distinguere dominia, uel cōfines, quia præsumitur prima uice transductū inde pro termino territoriorū: secūdum Pau. de Cast. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & facit l. quia magis. ff. fin. reg.

Fluminis impetus si aliquas res portet in fundū alicuius, quid iuris. Barth. Cępo. de ser. rusti. tit. de litore. & Fede. de Senis consi. cij. nomine Franciscæ, &c.

Flumina an ueniant in diuisione regnorum, quando dicitur, à tali flumine usq; ad talem. Bald. in cap. j. §. si quis de manso. vij. col. de contro. inue. & Bar. in simili in tracta. Tiberia. iiij. charta, j. lib. uer. sed quid si reperiūtur instrumenta. & ĩ. uer. Fossatum. uer. ij. & pen.

Fluminis interdictum, & ne quid fiat in eo, quod obsit nauigationi, uel aqua impediatur. &

Fluminis ripam munire licet. &

Flumine publico ut liceat piscari, & nauigare, & similia, uide Spec. de causa pos. & proprieta. §. iij. uersi. vj. & seq. usque ad fin. ff. ne quid in flumine publico.

Flumen publicum dicitur, quod perpetuò fluit. l. j. §. fluminū. ff. de fluminibus. Sed

Flumen priuatum dicitur, quod crescit, & decrescit, & in æstate parum aquæ continet, ita ut ferè laues. Bald. in l. lapilli. ff. de rerum diuisi.

Fluminis appellatione in statuto non uenit ripa. infrà, Ripa, uersic. iiij.

Fluminis publici aqua an possit impunè duci ad fundū uicini. in Spec. de cau. pos. & proprie. §. iiij. uer. aliud quoq;. & ĩ.

Federe

Fodere in profundum an liceat, sicut altiare usque ad cœlum. Pau. de Cast. in con. v.

Fodiens uenam in fundo alieno, qua actione prohibeatur. ĩ. uer. Vena. uersi. pen.

Fodere in fundo alieno pro uenis inueniendis an liceat. Paul. de Cast. dicto consi. v. clxxvj. clxxvij. & clxxviij. & Bar. Cæpol. de ser. urb. c. xlv. & de ser. rusti. tit. de monte. Sed dominus fundi præfertur in fodiendo, uidelicet uolenti fodere, non autem ei, qui inchoauit fodere. Bar. Cęp. ubi s̄.

Fodere quis potest in fundo ꝓprio, & intercipere uenã aquæ, ne fluat ad fundum uicini. no. in l. fluminum. §. fi. cum l. seq. ff. de damno infec. Pau. de Cast. in d. cons. v.

Fons in fundo priuati an sit publicus, etiam uicinis cõmunis. ĩ. Vicinus. uer. xxxv.

Fons in pariete communi fieri non potest in præiudicium socij, secundum Floria. in l. fistulas. ff. si serui. uen.

Fons si desiccatur, currit præscriptio aquæductus. Bald. in l. j. xxij. opp. C. qui admit. per l. Attilicinus. de serui. rusti. prædi. Sed si aqua reuertitur in fontem, de ęquitate conualescit seruitus. glo. & Bar. in l. foramen. circa mediũ. in uer. ex quo sequitur sequens illatio. ff. de serui. urb. prædi. & l. unus. §. si fons. de serui. rusti. prædi. ubi præscribitur seruituti, etiamsi iustum fuit impedimẽtum non utendi: sed datur restitutio ex clausula generali. Vide Bar. ibi. & Bar. Cæp. de serui. rust. ti. de fonte. & ĩ. Seruitus impeditur. uer. iij.

Fontis aquam an possit quis ad fundum ducere. in Sp. de causa pos. & propriet. §. iiij. uer. aliud quoq;. & uer. porrò. ubi etiam uide materiam interdicti de fonte. Item,

Fons dicitur omnis puteus, non econtrà. d. uersi. porrò.

Forefacti qui dicuntur, uide in Spec. de instr. edi. §. xiiij. uer. de hoc.

Forefactorum materiam uide s̄. uer. Banniti. & uerbo, Exitij. & ĩ. uer. Rebelles. per discursum.

† Forestam quid: uide Feli. in c. Rodulphus. in xiiij. col. de rescriptis.]

Forensis propriè dicitur, qui non est natus: sed si est natus, non dicitur uerè forensis. Pau. de Cast. consi. cxciij. ul. col. Sed qui desijt esse subditus, per Pau. de Cast. † con. ix. †Vide Fel. in c. quoniam. in prin. de of. or. & uide do. Pe. Phi. Cor. in consi. cxciij. inci. Licet. in litera E. in iiij. parte. ubi, quòd uarijs modis sumitur in iure forensis.]

* Forensis statutum loci, in quo contrahit, ex longa consuetudine non ignorare præsumitur. l. fin. & ibi nota. ff. de decret. ab ordi. facien. l. ij. & ibi glo. in uersic. degit. in iij. intel. C. ubi de crim. ag. oportet. Bar. in l. j. ij. q. prin. C. de sum. trinit. & fide cath. & ibi Iason ij. lectur. Pau. Cast. cõ. ccccxxiiij. col. ij. uol. ij. Alex. con. clxv. col. j. uol. vj. Ay. Cra. con. ccxlix. num. 5. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Forensis si uectigal iure municipali impositum nõ soluerit, idq; ius se ignorasse dixerit, excusatur à pœna. Anchar. con. cclxiiij. Alex. con. lxxxvj. col. fi. uol. iiij. Aymo Cra. con. cxv. nu. 4. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Forensibus tributũ pro bonis, quæ in agro, comitatu, & ciuitate habẽt, iure municipali imponi potest. Bal. in l. fi. col. ij. C. sine cens. uel reliq. in l. j. col. vij. C. de senten. quę pro eo quod inter. Pau. Cast. in l. inter debitorẽ. ff. de pact. Bal. con. ccxviij. uol. v. Pau. Cast. cõ. cccxxxix. col. iij. uol. j. cõ. lxxxix. col. ij. uol. ij. Alex. cons. lxviij. col. iij. uol. ij. con. lij. cõl. ij. uol. v. cõ. cxlviij. uol. vj. Iason cõ. lxxxiij. uol. iij. Dec. cõ. dcxciij. col. j. Curt. mi. con. lx. col. iij. cõ. lxj. col. ij. Aym. Cra. con. ccj. nu. 14. uol. ij. aliud tamẽ sentire uidetur Corne. cõ. cclxviij. col. ij. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

* Forensis statutum deterioris conditionis ciuibus potest efficere. Fra. Curt. mi. con. cxxix. uol. ij. Ay. Cra. con. ccj. num. 14. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Forenses non dicuntur illi, qui sunt de castro subdito episcopatui. Bal. in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi. opor. Item dicuntur esse de populo. Alex. in l. in prouinciali. §. fin. de ope. no. nunc. in addi. & Bal. in rubr. qui accu. non pos. & in auth. de quæstore.

Forensis non dicitur nupta extra territorium, scilicet in loco originis. Barto. in l. fin. §. idem rescripserunt. ad muni. & suprà, Filia nupta. uer. iiij. Cyn. in l. j. C. de iurisd. om. iu. Bald. in l. pen. & ibi Alex. ff. eod. tit. & Bal. in rub. solu. matri. & Paul. de Cast. in l. rei iudicatæ. §. fi. ff. sol. matr.

Forensis, qui subit onera, habetur pro ciue, etiam quo ad commodum. Pau. de Cast. & Alex. in l. ij. §. fi. de ope. no. nun. per l. j. ad municip. & Barto. in trac. Repressal. iij. q. principali. & ideo potest nunciare nouum opus. Paul. & Alex. ubi s̄. & ĩ. prox. §. uer. iij.

† Forensis an dicatur, qui habet domum conductam in ciuitate, licet firmiter non habitet: uide do. Pet. Phil. Cor. in cõs. ccix. incip. In hac. per totum. in j. parte.]

Forensis agens in foro non suo, ligatur consuetudine fori, in quo agit. Bald. in l. cum clericis. in fin. C. de epis. & cle. Contrarium tenet glo. in l. j. uer. inter quos. C. de sum. trin. & fi. catho. & ibi Ray. in addi. Barto. & idem Bar. in consil. Quidam de Gualdo, &c.

Forensis agens contra ciuem, si sit diues, & non suspectus, nõ tenetur cauere de stando in iudicio reconuentionis, & de reficiendis expensis, quando uigore statuti disponentis, quòd forensis non audiatur agendo cõtra ciuem, nisi satisdet reus, opponeret causa euitandi iudicij: quia intelligitur de forensi non idoneo. tex. est no. secundum Ange. in l. cùm non facilè. ff. si cui plus, quàm per legẽ Fal. sed bene tenetur præstare iuratoriam cautionem. per gl. no. in c. quanquam. de usur. & in auth. de exhi. re. §. sancimus.

Forensis, qui subit onera, gaudet beneficio statutorum, aliàs non. arg. l. j. ff. ad muni. secundum Barto. in tract. repressal. v. q. prin. j. arti. Pau. de Cast. & Alexand. in l. ij. §. fin. de ope. no. nunc. Vnde

Forensis damnum passus ita demùm agit ad emendationem damni contra commune, stante statuto, quòd commune teneatur pro damno, quando ignoratur quis damnum dedit, si subit onera in loco, in quo est passus damnũ. Pau. de Cast. in l. omnes populi. in fi. ff. de iusti. & iur.

Forensis procurator, etiam cum satisdatione non admittitur, etiam inuito aduersario. gl. & Ioan. de Pra. in l. neque fœminis. ff. de proc.

Forensis consanguineus occisi an habeat quartam partem cõdemnationis, stante statuto, quòd proximior cõsanguineus occisi lucretur quartam partem pœnæ. Barto. in consi. Quidam de Gualdo, &c.

Forensis non accusat, quia non est de populo. Angel. in auth. de nup. §. si uerò altera. coll. iiij. & Are. in tracta. Malefi. uer. nec non ad querelam. xj. col. & Bal. in rub. C. qui accu. non pos. & in l. is, qui reus. & ibi gl. & Bald. & Imo. de publ. iud. Item Alex. in l. ij. §. fi. de ope. no. nunc. Item nec accusat clericum, nisi prius inquirat de uita & fide, & intentione eius, uel nisi habeat literas testimoniales. Innoc. no. in c. cùm P. † Manconella. de accusa. †Et ibi uide Feli. circa finem.]

Forensis si mittat procuratorem, releuatur ab onere satisdãdi: uide ĩ. Procurator absentis. uersi. xviij.

Forensis an possit nunciare nouũ opus ædificanti in loco publico ciuitatis: per Bar. in l. ij. §. si in publico. de ope. no. nũc. etiam uide ibi per Alex. & ĩ. Nunciatio. uer. viij.

Forensis conuenitur non solùm coram ordinario, sed etiam coram delegato eius loci, in quo cõtraxit, uel deliquit. Inno. in c. dilecti. de foro compe. & Bal. in Marga. uer. Forensis. Item,

Forensis contrahens tenetur ad gabellæ solutionem. Bal. in l. j. C. de contrah. emp.

Forensis non soluens collectas, uel tributum pro prędio, non potest capi, nec carcerari, cùm illud onus sit annexum rei, non personæ: sed fructus capi, & distrahi possunt. Paul. de Cast. in l. inter debitorem. ff. de pact. & uidetur casus in l. nemo carcerem. C. de exac. tribu. lib. xj. quia loquitur generaliter per uerbum, Nemo.

Forensis tenetur ad collectas impositas pro fundo. s̄. Collecta quibus. uersi. iij. cum tribus seq. & per Oldra. con. clxix.

† Forensis tenetur ad onera realia. do. Pet. Phili. Cor. in consi. cxciiij. incip. Licet. in litera C. in iiij. parte.]

Forensis an possit citari per iudicem loci contractus. Inn. doc. & Ioan. An. in c. fi. in c. Romana. de foro comp. lib. vj. in Nouel. & doc. in l. hæres absens. §. j. de iud. quòd sic. & Bal. in c. j. col. iiij. de mil. uasal. qui contu. est. Item,

Forensis hæres citandus est coram iudice insinuationum. Bal. in l. testamenta. in fi. C. de testa.

Forensis citari potest per iudicem in territorium suum. Bal. in d. l. testamenta. in fi.

Forensis non tenetur ad guardiam tempore guerræ, nec ad collectas. Bar. in l. forma. §. j. de censi. in l. cùm neque. C. de incol. li. x. & in l. j. C. de auro coron. li. x. & Bal. in l. nõ tantùm. §. inquilini. ff. de execu. tu. quòd nec ad custodiã, nec ad alias factiones personales tenetur. Quod est uerum, nisi sit usurarius, uel nisi collecta sit realis, id est, imposita pro rebus, uel nisi sit consuetudo, uel nisi ex priuilegio liceat, secundum Bar. in d. l. cùm neque. C. de incol. lib. x. Sed uide Bal. in l. j. iij. col. C. de mul. & in quo loco. eo. lib. & in l. j. C. de auro coron. lib. eo. & in l. libertus. §. sola. ff. ad munici. Sed Bal. contrà in forensibus allibratis. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. & in l. j. ix. co. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. profe. ubi idem dicit in statuto. & Alex. in d. §. sola.

† Forensis non potest cogi ad custodiam ciuitatis. do. Pe. Phi. Cor. in consi. lxij. in ci. In hac. in litera M. in iiij. parte.]

† Forensis non tenetur ad refectionem murorum, uel constructionem de nouo. do. Pet. Phil. Cor. in d. con. lxxij. in litera N. ea. iiij. parte.]

Forensis tenetur ad præstantias. Bar. in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. & in l. interdum. ff. quod fal. tu. autho. & Flo. in l. pẽdẽtes. §. si quid cloacarij. ff. de usufr. Itẽ,

10 Forensis tenetur commodare equum ad guerram, si habet: non autem tenetur emere, ut commodet, si non habet, nisi sit usurarius. Florian. in d. §. si quid cloacarij. & Bart. ubi s.

Forensis inimicus cogitur cauere de non offendendo, si multùm conuersatur in loco, aliàs non. Bar. in l. sed & si susceperit. §. fi. ff. de iud.

Forensis multum conuersans in loco potest ibi conueniri, licet ibi non habeat domicilium. Bar. in l. sciens. C. ubi de cri. agi opor. & in l. ij. ubi sena. uel clar. & Innoc. in c. ex parte. de foro comp.

Forensis constituens se soluturum alteri forensi, sed non expresso loco solutionis, non uidetur promittere solutionem in loco, in quo constituit, & promittit, nisi sint ibi mansuri, uel habitantes. Bal. in rubr. C. de const. pecu.

Forensis cõpromittens Firmi, potest in causa reductionis conueniri Firmi, & sic in loco compromissi. Pet. de Bel. Pert. in consi. Quæritur, si forensis, &c.

* Forensis aliquo in loco conuentus non ligatur statuto ad causæ decisionem, spectante ex eo tantum, quia eo in loco bona possidet. cap. ex ore. de priuil. c. postulasti. & ibi notat. c. fin. de for. com. c. Romana. §. contrahentes. de for. com. in vj. Lapus alleg. cj. Gemin. con. viij. Alex. con. xix. col. ij. uol. vj. con. cxj. co. ij. uol. vij. Corn. con. clxij. con. cclxviij. uol. iij. Aym. Cra. con. ccj. nu. 15. cum seq. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Forensis contrahens potest conueniri in loco contractus, uel quasi. l. si hæres absens. §. j. & ibi doc. ff. de iud. & suprà, uer. Contrahens. uersi. xlj. nisi sit forensis uiator, & contrahens cum ipso sciat: aliàs secus. in d. §. j. & ibi gl. & doct. Item nisi solutio alibi destinetur, secundum Angel. in l. j. ff. si quis ius dicen. non obtem. & Pet. de Su. in d. §. j. & glo. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. in vj. & Bart. in l. quæro. ff. de solu. & in l. j. de bo. auth. iudi. pos. & in l. j. de eo, quod certo loco. & in l. eum, qui. ff. de consti. pecu. & Bal. in l. cùm Archimedoram. C. ut in pos. leg. Item si forensis contrahat Romę: quia cùm sit communis patria, potest sibi conueniri. l. Roma. ad municip. secundum docto. & Pet. de Sun. in d. §. j. Item si contractus eius esset implendus statim, & de præsenti. Bart. doct. & Pe. de Su. d. §. j. Item uerum, si in loco contractus obliget se conueniri posse, non simpliciter contrahat. glo. in d. §. contrahentes. secundum Pau. de Cast. in l. j. ff. si quis in ius uoca. non ie. Item si obligat se iudicialiter, puta fideiubendo, secundum Pau. de Cast. sing. in l. j. post glo. & ibi. uer. ut in mercatore aduena. ff. si quis in ius uoc. non ier. Item uerum, si reperiatur in loco contractus: alias non. d. §. contrahentes. & doct. in d. §. j. & per Bal. in d. l. cùm Archimedoram. Item uerum, si ibi reperiatur cum re, ob quam se obligauit. Bald. in l. fi. C. ubi in rem ac. & doc. in l. non alias. ff. de iudi. Vide Bar. in l. de iure. ff. ad municipa. Quod est uerum, si renunciauit priuilegio fori: quia tunc etiam ibi non repertus conueniri potest. glo. in d. l. iiij. ff. si quis in ius uoc. non ierit. & Bal. in d. l. cùm Archimedoram. Item uerum, etiam quo ad missionem in bonis sitis in loco contractus, licet ibi contrahens non reperiatur. docto. & Pet. de Su. in d. §. j. Item uerum, si forensis contrahens iurauit se ibi staturũ. tex. singul. in authen. de exhi. re. §. si uerò. secundum Angel. & Pet. de Sun. in d. §. j. Item uerum, si sit obligatus ex causa publicæ administrationis. gl. & doct. in d. §. j. & no. C. ubi de cri. agi oportet. Itẽ uerum, si agatur causa status contra seruum, qui aufugit. l. j. ubi causa sta. l. fi. ubi quis decuri. uel cohor. Item uerũ in mercatoribus ad nundinas uenientibus, quia possunt ibi conueniri ratione contractus. Barto. & docto. in d. §. j. & ibi per Alex. §. proinde. nisi habeat priuilegiũ à principe. l. j. C. de nundinis. ubi per Bald. Item uerum ab alijs forensibus, qui etiam ad nundinas uenerunt, non à ciuibus, per dictam l. j. C. de nundinis. Quod ultimum intellige, scilicet pro contractibus alibi celebratis cũ ciuibus: nam pro celebratis ibi statim implendis possunt etiam à ciuibus conueniri: ut ibi per docto. Item uerum, si forensis multum conuersatur in loco: ut suprà eod. uersic. xij. Et si citatur ad locum contractus, & neget se ibi contraxisse, an prius summatim cognoscatur, an ibi cõtraxerit, uel non. Bart. & Alex. in l. ex quacunque. si quis in ius uoc. non ierit.

Forensis an conueniri possit ut satisdet de iudicio sisti in loco domicilij. suprà Cautio de iudicio sisti. uer. ij. & vij.

Forensis citatus ad locum contractus, si sit contumax, non potest puniri. doc. contra glo. in d. l. hæres. §. j. de iudi. Innoc. in c. licet. de for. compe. Ioan. And. in c. Romana. de fo. comp. in vj. in Nouel. col. ij. & ibi Gofred.

Forensis uisitans monasterium monialium pro uidenda consanguinea sua, an conueniatur ad pœnam statuti prohibentis accessum ad monasterium. Bald. in l. j. xviij. col. C. de summa trini. & fide cathol. quòd sic.

20 Forensis delinquens potest puniri per eum, qui præscripsit iurisdictionem puniendi subditos. infrà uer. Præscriptio extenditur. uer. iij.

Forensis litigans potest cogi eligere locum, in quo uelit, & possit citari ad singulos actus. Bal. & Alex. in l. qui ante Calendas. de uer. oblig. & Bart. in extrauaganti, ad reprimendam. uer. per edictum. & in Specu. de rescrip. præsenta. §. ratione causæ. uersic. quid si non discernatur. Abb. in c. fin. de dila. & ita practicatur.

Forensis tenetur soluere passagium. l. penult. §. nauem. locati. Alexan. in l. rescripto. §. sciendum. de mun. & hono.

Forensis emens, & precium non soluens, an possit capi tanquã suspectus, & fugitiuus, ex quo uenditor tempore contractus sciuit eũ esse forensem: per Bald. omnino in rubr. C. de his, quæ in fraudem credi. Ludo. in l. ij. in princ. ff. solu. mat. Adde Bar. & Bal. in l. hæres absens. §. proinde. de iud. & tex. not. in l. iij. ff. de pig. act. qui facit ad simile.

Forensis sciens conspirationem, non reuelans, non est puniendus. infrà, uerb. Scire. uer. xiiij.

Forensis repertus cum armis tenetur ad pœnam statuti prohibentis arma portari. in Specu. de constitut. uersi. antepenul. Flo. in l. item Mela. in princ. ff. ad legem Aquil. Ang. Aret. in tract. Malefi. uersi. Armatus.

Forensis factus ciuis non tenetur ad collectas antè impositas, quando erat forensis. Bal. in l. quidam. in fin. C. de fideius.

Forensis factus ciuis nõ potest capi pro repressalijs concessis, antequam fieret ciuis. Bald. in d. l. quidam. in fin. secus ecõtrà, si ciuis fiat forensis, ut ibi.

Forensis an possit dari tutor pupillo. in l. etiam. & ibi Bar. ff. de tutel. & in l. quæro. in prin. de testa. tut. quòd sic in testamento, nõ à iudice. & l. neque à præside. & ibi Bart. C. qui da. tu. uel cura. pos.

Forensis offendens ciuem Firmanum extra territorium Firmi, non punitur statuto Firmano, nisi quo ad bona sita Firmi. Innoc. c. postulasti. de for. competen. & Ange. in l. hæres absens. §. j. ult. col. ff. de iud.

Forensis transiens cum equo alieno per ciuitatem illius cuius est equus, an possit ibi arrestari, uel detineri. in Speculat. de comp. iud. adi. uersi. quid si quis per locum. & Bald. in addi. uer. an illud, quod dicitur. & no. in l. fi. & ibi Bart. quòd non. C. ubi in rem actio. & tenet Bartol. in l. non alias. §. sed si postulatur. ff. de iudi. & Cardin. in clem. j. ix. quæst. de procura.

Sed quomodo satisdet, suprà uerbo, Equus. uersic. xl.

30 Forensis factus abbas, an fiat ciuis ciuitatis monasterij sui. Bar. in l. j. ff. ad municip. & in l. ciues. C. de incol. lib. x. qd sic.

Forensis conueniri potest in loco ubi habet mercantias suas, nisi probet se habere maiorem partem alibi, uel nisi probet quòd ibi est transitus. Bar. in l. de iure. ff. ad municipa.

Forensis delinquens in uno loco an possit citari in loco originis per iudicem loci delicti. Bal. in addi. Spec. de comp. iud. adi. uer. an ratione.

* Forensis si offendit dominum, uel ciuem loci, sub quo loco bona habet, conueniri potest eo in loco. Dec. in termi. con. dcxcvj. nu. 2. cum seq. dub. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Forensis quomodo extra territorium citari possit pro delicto in loco citantis commisso: uide do. Pet. Phi. Corn. in consil. cxliiij. incip. Licet. in litera H. & sequen. in ij. parte.

Forensis extrahens bladum quo statuto puniatur. infrà, uerb. Forensis ligatur. uer. x.

Forensis delinquens an puniatur secundum statuta, uel secundum ius commune. in Spec. de const. in fine.

Forensis ligatur consuetudine fori non sui, in quo litigat. Bal. in l. cum clericis. in fi. de epi. & cler. & suprà, uer. Forensis agens. uer. j.

Forensis factus ciuis non perdit beneficium forensium: ar. l. falsa. §. j. & ibi Ioan. de Pra. de cond. & demon. & Bar. in l. nõ tantùm. §. si emancipatus. in fin. de bono. pos. contra tab. & Bal. in l. ea lege. vij. col. C. de cond. ob causam. Item,

Forensis an ligetur consuetudine. Bal. in auth. omnes peregrini. C. communia de suc. quòd sic.

Forensis non gaudet beneficio statutorum, si non subit onera: unde eius iuramento non statur de damno illato emendando ex forma statuti. Paul. de Cast. in l. omnes populi. in fin. de iust. & iur.

Forensis habitatio habet uim contractus. Io. de Fantu. in c. j. de consti. ultimo. in iiij. parte consi. Alex.

Forensis excusatur ignorantia statutorum, nisi diu moratus sit in loco: secundum Lau. de Fano, in l. in quorum. viij. col. de pigno. Vide Bar. in l. j. uer. nunc ueniamus ad gl. in ij. q. & ibi Bal. in uer. circa maleficia aliquid uideamus. C. de sum. trin. & fide cath. Bar. in l. fi. ff. de decre. ab ord. faci. doct. in c. ut animarum. de const. in vj. & omnino Io. And. in Spec. de consti. in addi. magna. & Bal. in l. ius ciuile. de iust. & iure. & in l. j. ff. de legi. & Alex. in consil. lxvij. iiij. parte. In c. à nobis. de sen. excom. uide per do. Ias. May. in l. cunctos. num. 36. & in eiusdem repe. nu. 76. C. de sum. trin. & fide cath.]

Forensis clericus uel ecclesia, non ligatur statuto prohibente forensem acquirere, secundum doct. in l. j. C. non lic. ha. metropo. li. xj. Bar. in l. dudum. C. de contrah. emp. doc. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Ioan. de Pla. in l. ij. C. de prædi. naui. li. xj. Bal. in l. fi. v. col. C. de sacr. san. eccl. & in l. iubemus. eo. tit. Lau. in d. l. in quorum. Bar. in d. l. fi. & in l. fi. C. de exact. trib. lib. xj. & in l. filius. §. diui. de leg. j. Paul. in consil. ccxciij. & consi. ccxcv. & Fed. de Sen. in cons. lxxvj. Io. And. in c. fi. de immu. eccle.

† Forenses an ligentur statutis, uide latè do. Ias. May. in l. cunctos. C. de sum. tri. ubi quid in contractibus, quid in delictis, & quid in ultimis uoluntatibus. & do. Pet. Phi. Cor. in cons. cxcix. incip. Circa. per totum. in j. parte.]

Forensis possidens in loco statuti ligatur statuto disponente, quòd nullus possit ædificare supra uiginti cannas per altitudinem inuito uicino. Barth. Cæp. de serui. urb. c. xxvij.

Forensis deliquens secundum quæ statuta puniatur. docto. & Bal. in l. j. C. de sum. trin. & fide cathol. & in l. j. ubi sena. uel clar. & ubique Bar. quòd secundum statuta loci delicti. Vide in Spec. de constitu. uer. quid si extraneum. Item j. Statutorum effectus. uer. xxxiij.

Forensis extrahens bladum extra districtum an puniatur secundum statuta loci. in Spec. eod. tit. uersi. pone ergo. Item,

Forensis extrahens bladum de loco, in quo habet fundum, punitur pœna statuti illius loci. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. & ibi Floria. ff. de usufruct. ubi refert Iaco. de Aret. disputasse contrarium per l. munerum. §. præterea. de mu. & ho. uide Cy. in l. j. C. quæ sit lon. consue.

Forensis uendere domum, uel non altiari eam, uel destruere, uel reficere cogi potest per statutum. Bart. in l. j. iiij. q. j. partis. C. de summa trin. & fide cath. & infrà, uer. prox.

† Forensis an comprehendatur à statuto habilitante, uel inhabilitante personam: uide do. Pet. Phil. Corn. in consi. xciiij. incip. Circa. in litera I. in ij. parte. ubi etiam, quòd filiusfami. testari possit, non extenditur ad forensem. in d. consi. in litera G. De quo etiam uide per eum in consi. xlv. incip. Duo. in litera S. in j. parte.]

Forensis prohibitus acquirere immobilia, potest recipere dotem in bonis immobilibus. But. in consil. Post inuocationẽ Christi, uiso contractu dotis. & per Lau. de Fano in l. in quorum. vij. col. de pign. Item potest lucrari dotem uigore statuti, licet aliud statutum prohibeat forenses acquirere. Sed Pe. de Anch. in con. quod fecit apud Teruisium, ut ipse refert in ca. statutum. §. cùm autem. de rescri. in vj. & cap. canonum statuta. de constit. & Andr. Barba. in consil. Clementissimi Dei. quod est ultimum, in iiij. parte consi. Alex. de Imo. & idem And. in consil. Scripsit Ecclesiasticus. quod est post consi. iij. Alex. iiij. parte.

Forensis potest prohiberi per statutum uendere. Bar. in l. fi. C. de sacrosanc. eccles. per l. j. C. non licere ha. me. lib. xj. Bar. in l. j. iiij. q. in princ. de sum. tri. ubi omnino uide.

Forensis prohibitus emere per statutũ, si emat, contractus non tenet, sed ex eo trãsfertur possessio. Bal. in l. ij. ff. de iureiur. Quod uerum est de possessione naturali, non de ciuili apta producere ciuiles effectus, ut præscriptionem & acquisitionem fructuum. Ludo. in l. j. §. si uir. de acquiren. poss. sed ibi. Alexan. sing. reprobat quod etiam ciuilis possessio transferatur: ut ibi plenè.

Forensis prohibitus per statutum acquirere, si det castrum cõmuni, debet habere præmium, scilicet podere uigore alterius statuti. Bart. in l. si quis in graui. §. utrum. ff. ad Syllania. & Petr. de Anch. in c. canonum statuta. xij. quæst. princ. de consti. in vj.

Forensis prohibitus emere potest in pignus accipere, nisi cesset spes luitionis. Bart. & Lau. de Fano in l. in quorũ. de pig. Cyn. & Bald. in l. fin. paulo post princ. C. de reb. ali. non alie. Ale. de usu. in c. potuit. x. charta, per no. in l. qui habebat. de leg. iij. Addo j. Prohibitus acquirere. uer. viij. & in uer. Prohibitus alienare. uersi. lxvj. † Et per Fel. in c. prælatorum. de accus. in iij. col. circa fi.]

Forensis prohibitus acquirere non potest stipulari, uel emere, uel aliter acquirere sub conditione, si fiat ciuis. Raph. Cu. & Ioan. de Por. in l. si rem. & in l. multum. de uerbo. oblig. post Bar. quem uide eod. tit. ar. l. in tempus. de hæred. instit. quia tunc contractus est nullus: ut ibi.

Forensis potest per statutum prohiberi acquirere. l. j. C. non licere habitatoribus metro. lib. xj. & in consi. An ualeat statutum, &c. Bar. & doct. in l. dudum. C. de contrahen. emp. & in l. si ita quis. §. ea lege. de uerbo. oblig. Paul. de Cast. in consil. cxcvj. incip. Posset quis dicere. Io. de Por. in l. stipulatio hoc modo concepta. ultima char. de uerb. oblig. Bar. & Alex. in l. si in emptione. §. omnium. de contrahen. emp. & Alex. in l. ij. §. j. de ac. emp. & Laur. de Fano in l. quorum. de pigno. & doc. in c. constitutus. de rest. in integ. Bald. in l. ij. §. fi. C. communia. de lega. dicit, quòd tale statutum est contra ius commune, non tamen operatur in amissione precij in dubio: ut ibi Barth. Cæp. in sing. uer. lxxxviij. Item,

Forensis etiam filia nupta extra territorium potest per statutũ fieri incapax successionis paternæ, adeò quòd pater ei relinquere non potest, secundum Bal. in l. ij. in j. col. ad fi. uer. sed quid si statutum. C. ut in pos. lega. Sed hoc uerum expressè. non autem tacitè: quia statutum excludens forensem à successione in dubio, nõ intelligitur de filio scilicet forensi, qui debet nominatim exhæredari: & tale statutum sapit exhæredationem, secũdum Ioan. de Imol. in l. si ita quis. §. ea lege. de uerb. oblig. & ita consuluit Benedictus Capra pro domino Troilo de Firmo.

Forensis singularis peritiæ non comprehẽditur à statuto prohibente forenses acquirere. l. sed reprobari. §. fin. uer. maximè disciplinatus, &c. & ibi Iacob. de Aret. & Bal. de excusa. tu. & Lau. in d. l. in quorũ. quia talis habetur pro ciue, & gaudet priuilegijs ciuium. ibidem.

10 Forensis prohibitus acquirere per statutum non potest acquirere sub nomine uxoris, & filiorum: aliàs præsumitur facere in

cere in fraudē. doc. & Pet. de Su. in l. acta. C. plus uale quod agi. Bal. in l. mancipia. C. si quis alteri, uel sibi. glo. xiiij. q. iij. plerique. cap. in tantum. de simo. & Lauren. in l. in quorum. de pign. sed eius uxor sic. & infrà uer. Vxor. & uer. Prohibitus acquirere. uer. xiij. & Barto. in l. Imperatores. §. idem requirit. ad municipa.

Forensis prohibitus acquirere per statutum, debet habere legatum sibi factum in æstimatione. Bald. in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. j. & Bar. in l. filius. §. si quid alie. eod. tit. uel debet habere rem legatam ut uendat, non ut retineat. Bal. in l. cùm quæstio. in fin. uer. ut scias. C. de legi. Lau. de Fano in l. in quorum. vj. colum. ff. de pign. & infrà, Prohibitus acquirere. uer. vj. Cyn. in l. Deo nobis. de episc. & cler. Fed. de Senis consi. xij. & consi. xxvj. Ab plenè in c. in præsentia. pen. char. de prob. & infrà, uer. Fratres religiosi. uer. xxij.

Forensis prohibitus acquirere inter uiuos an possit acquirere ex testamento. Io. And. in addi. Specu. in rubr. de re. permu. ult. colum. Lau. in d. l. in quorum. uersi. sed quæro, si statutū, &c. & Angel. in l. senatus. in princip. de leg. j. ubi dicit puniri hæredes pœna statuti, si alienat in forensem prohibitum acquirere, etiā de mandato testatoris. Bal. in c. quia V. de iud. quem uide in d. l. cùm seruus. §. fin. & ī. eod. uer. xv. Addo d. Alex. in con. lv. incip. Consideratis uerbis testamenti.

Forensis prohibitus acquirere per statutum, an si tempore contractus erat forensis, tempore uerò traditionis sit ciuis, an possit acquirere. Lau. in d. l. in quorum. uersic. quæro, nunquid stante, &c. de pign. & Pau. consi. ccclxl.

Forensis prohibitus acquirere non potest sibi aliquid stipulari. Bar. in l. multum. ante fi. de uer. ob. & Lau. in d. l. in quorū.

Forensi prohibito acquirere inter uiuos potest legari uel donari causa mortis. Bal. in c. quia V. de iudic. Sed uide Bald. in l. cùm seruus. §. fi. de leg. j. & suprà eo. uer. xij. & per Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. de uer. ob. & Lau. de Fano in d. l. in quorum. uersic. hic nunc opportunæ. ff. de pig. Item,

Forensis prohibitus acquirere non potest hæres institui. gl. in rub. C. non lice. ha. metro. li. xj. & Bart. in d. l. si ita quis. §. ea lege. & ibi doct. Item nec ab intestato succedere. Pau. de Ca. con. cclxxix. & ī. uer. Prohibitus acquirere. uer. xiij.

Forensis prohibitus acquirere per statutum, si non sit allibratus, an si moriatur, dum quærit allibrari transmittat hæreditatem sibi relictam nondum aditam. Bar. & Angel. quòd sic, in l. uentre. de acqui. hær. Lud. in l. si quis in graui. §. eleganter. ad Syllanian. & Lau. in d. l. in quorum. uer. & sci. quod

† Lud. &c. † Et per Fran. Aret. in d. l. uentre.]

Forensis prohibitus acquirere, non potest acquirere etiā cum pacto soluendi aliquid annuum. Ange. in auth. de non ali. §. lex itaq;. col. j. & Lau. in d. l. in quorū. uer. opportunè quęro.

Forensis prohibitus acquirere, potest acquirere rem minimā: per l. senatus. §. Marcellus. & ibi Ioan. de Imol. de leg. j. tenet Bald. in l. j. ff. nau. cau. sta. & Lud. Pon. in fin. uerb. Statutum. uer. quæro, utrum statutū prohibens, &c. Lau. in d. l. in quorum. uersic. rursus quæro, &c. Vide etiam Bald. in l. cùm seruus. §. fi. de leg. j. Io. de Por. in l. stipulatio hoc modo. de uer. oblig. Pet. de Su. in l. ij. C. plus uale. quod agitur.

Forensis prohibitus acquirere immobilia an possit acquirere annuos reditus. Lau. in d. l. in quorum. uer. opportunè quęro, an annui reditus. in penult. col. & Fede. de Sen. in consil. clxxv. & in consi. xij. & suprà, Annuus. uer. v. & vj.

20 Forensis prohibitus acquirere, an possit acquirere nomina debitorum. Lau. in d. l. in quorum. uer. ult. quærendum. & infrà, Prohibitus.

Forensis per statutum prohibitus acquirere, si tempore testamenti est incapax, & tempore mortis capax, debet habere totum legatum. Bar. in l. fi. ulti. col. ff. de regu. Cato. Paul. de Cast. l. cætera. de lega. pri. & Alex. consi. xxviij. iiij. parte. & Bal. in l. secundum. C. de leg.

† Forensis si prohibeatur acquirere à statuto, in eum alienatio fieri non potest. do. Pet. Phil. Corne. in consi. lxxviij. incip. Quanquam. per totum. & in consi. clij. inci. Licet. in litera l. in j. parte.]

Forensis prohibiti materiam supple ī. uerbo, Prohibitus. per discursum.

† Forma dat esse rei. l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhibendum. † Et Bald. in tract. de pac. ante med. v. colum. & in l. iussus. in repe. in vij. colum. de lib. & posth.]

† Formæ obseruantia, & quòd gesta contra formam sint nulla: & quando uideatur datum pro forma. Felin. latè in c. cùm dilecta. de rescrip. uersic. de obseruantia formæ.

Forma molendini dicitur uallatus, uel ancillæ. ī. uerbo, Molendinum. uer. xlix.

Forma est idem, quod status perfectus rei, uel dispositionis. Bal. in l. pe. iiij. col. de cond. insert.

Forma ueterana non potest reformari sine difficultate. l. pręcipiunt. secundum Bal. ff. de ędil. edic.

Forma non requiritur in postulatione. Bald. in Marg. uer. Forma. uer. j.

Forma rei perempta, definit esse res. l. adeò. §. quòd si toto. de acq. re. do. & Bart. in tract. de alueo. uersi. quid si. in princ. & ibi plenè de forma rei.

Forma iudiciorum nō seruatur in generali inquisitione, secundum Host. in c. bonæ. de elec. gl. Inst. de pub. iud. & Bald. in Mar. uerb. Forma. uer. ij.

† Adde hic, quòd forma ad unguem debet seruari. l. cùm hi. §. prætor. ff. de transa. c. cùm dilecta. de rescriptis. l. Meuius. & l. qui hæredi. ff. de cond. & demonst. & utrobiq; per docto. & per Bal. in l. ordo. in ij. col. C. de exec. rei iud. qui dicit, quòd in statutis forma data ab eis debet obseruari, etiam in tempore. & Ange. in l. ius publicum. ff. de pac. quòd illud, quod est de forma, dicitur introductum ad publicam utilitatem, & ei renunciari non potest. & Bal. in l. omnes populi. in pen. col. ff. de iust. & iur. dicit, quòd à forma statuti nunquā est recedendum. Vnde si statutum requirit tempus, & tu obserua tempus. Et idē dicit d. Car. in cle. j. in q. j. de iu. pa. & Inn. in ca. ij. de consue. quòd forma debet obseruari in faciendo, & exprimi in dicendo. Quem summè ponderat Old. consil. cxxx. incip. Omissa facti prolixitate. in ij. col. probat etiam tex. in c. sicut. de elec. Bal. in auth. quæ supplicatio. C. ut lit. pen. Arc. in c. quorundam. xxiij. dist. ubi uoluit, quòd quandò lex uel statutum dicit, quòd aliquid debeat fieri, sen. per illud dicitur de substantia: & substantia semper est talis naturę, quòd ea omissa, actus est nullus. l. j. §. j. ff. de uer. ob. & p Bar. in l. cùm quid. ff. si cer. pet. Ant. in c. cōsultationibus. de iu. pa. quòd plus est defectus formæ quàm personæ. Bald. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiu. & in l. ij. & ibi per Im. ff. de li. & post. & in l. fi. & ibi per Sal. C. de sen. ex periculo reci. & pulchrè dixit Ant. in c. fi. in pe. co. de ref. spol. quòd forma debet obseruari, etiamsi non debuisset apponi. Vnde dicit, quòd si papa mandauit, quòd uniuersitas absoluatur, si eorum syndicus eleuauerit digitum ad cœlum, uel si proiecerit lapidē, quòd talis forma debet obseruari, alias absolutio non tenet. & Bar. in l. illud. §. sed si ita. ff. quod cuiusq; uniuer. nomine. quòd illud, quod fit nedum contra formam, est ipso iure nullum. & Bart. in l. j. ff. de cond. indeb. q. quando illud, quod agitur, peccat in forma, non oritur naturalis, nec ciuilis obligatio. Et adduco Bal. in l. creditor. C. de fideiuss. quòd ubi aliquid apponitur in loco formæ, ibi intelligitur, quòd non erat aliter facturus. Quinimò dixit Bal. q. forma in actib. fauorabilib. semper debet obseruari. Ita dixit in l. oēs populi. ff. de iusti. & iur. in fi. pe. co. & allegat causam in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de uer. obli. & idē dixit in l. si alterius. C. si minor se maio. dix. & in l. fi. C. si manci. ita fue. ali. ne manumit. & in l. non omnis. in fi. prin. ff. si cer. pet. & in addi. Spec. in tit. de recus. uer. sed quid si statutum. & in tit. de tut. uer. si tutor non fecit inuentarium. & ibi dicit, q. hoc procedit, etiamsi cōmunis error est in contrariū. Et respondet ad l. Barbarius. de of. præt. & d. Ant. in c. Pisanis. de restit. spo. in ij. col. quòd omissio formæ in qualibet minima parte reddit processum nullum. Et si dicatur, nō refert quid fiat ex æquipollentibus, ut in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. in l. certum. ff. si certum pet. & in l. ij. C. de insti. & substi. sub condi. fac. & in cap. licet ex quadam. de testi. & in c. tua. de consang. & affi. dic quòd ubi aliquid requiritur pro forma, refert quid ex æquipollentibus fit: ut pulchrè dixit Bald. in l. si institorem. ff. si certum peta. & idem Bal. in l. ij. in fi. C. de bon. pos. secundum tab. & in c. j. §. si uerò uasallus. de controuer. inuest. & in c. j. quo tempore miles. & in c. j. §. item sacramentum. de consue. recti feu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & iureiur. facit ad materiam

quod notatur in c.pe.de iureiur.& in c.ad audientiam.de appel.& in l.fi.§.omnem.& quod notat ibi Bart.& Bald. C. de admi.tuto.

Forma reſcripti eſt inſerenda libello.Inn.& Hoſt.in c.dudum. de elec.& Bal.ubi ſuprà,uer.iij.

Forma in electione canonicorum non eſt neceſſaria, cùm ſolus conſenſus ſufficiat.Inno.in c. ex parte. de conceſ. præb. Bal.ubi ſuprà,uer.pe.

10 Forma in abſolutione ſeruanda eſt. Inno. in c. propoſuit.de cle.excom.miniſt.& Bal.ubi ſuprà,uer.fi.

Forma delegationis ponitur per Pet.de Su.in l.ij.§.fi.ff. de iud.

Forma iuris, uel ſtatuti, non præſumitur probata, niſi probetur contrarium: & ideo opponens de ea non ſeruata, non debet probare.c.ſacro.de ſent.excom.c.in omni.de teſt. Io. And.in c.ſicut.de re iud. Innoc. in c. innotuit.de eo,qui fur. ordi.ſuſce.& infrà uer.Negatiua.uer lx.

† Forma data à ſtatuto in dubio cenſetur ſubſtantialis. Deci. conſi.ccxxij.col.ij.

Forma contractus declarat ius, quod ex eo naſcitur. l. cùm tibi.& ibi Bal.C.de euict.

* Forma cùm ſeruari non poteſt,quę acta ſunt,ualent,& ſi forma ſeruata non ſit.Ioan.And.in c.in toto.de regu.iur.in vj. Abb.con.xxv.col.ij.uol.ij.Alexand.con.ccvj.ulti.dub.uol. vj.Aym.Cra.con.xij.num.2.con.clxxv.nu.5.uol.j.Æmilius Maria Manoleſſus.

Forma debet ſeruari etiam à ruſtico,muliere, & minore. Bald. in l.iuris.in fi.C.qui admit.Pro forma non dicitur id, quod poteſt ex interuallo interuenire ad actum.Bar.poſt glo.in l. uniuerſa.C.de preci.Imper.offe.& Alex.in l.j.de li.& poſth.

Forma tradita à teſtatore non ſeruata,actus ualet, ſi teſtator ultra non proceſsit annullando actum, quando talis actus aliàs ualeret de iure,tali forma non ſeruata.Bald. in l.ſi teſtator, de lega. ij. Secus ſi lex daret dictam formam, licet ultra non procederet annullando: per l.non dubium. C.de legi. Ita tenet Alexan.in l.cùm lex.ff.de fideiuſſ.ubi dicit uerum, ſi actus haber perpetuam cauſam prohibitionis,non ſi temporalem,niſi tunc ultra procedat glo.ſingul.in cle.j. de iure patro.& Alex.in l.j.de li.& poſt.

* Formam reipſa ſeruare, & ſi per æquipollens, ut noſtri dicunt,id fiat,ſufficere debet.l.fi.ff.mandat.l.mulier.ff.ad Trebel.l.ſi mater.& ibi Dec.ij.not.C.de inſtit.& ſubſtit.Soci.in l.j.col.iij.ff.de liber.& poſthu.Pau.de Caſt.con.liij in extre. uol.j.Ay.Cra.co.clxxvij.nu.4.uol.j.Æmilius Maria Manoleſſus.

Forma dicitur ſeruata per æquipollens,quando certa uerba inducuntur in aliqua diſpoſitione pro forma,ſi alia uerba ponantur idem ſignificantia.Fran.Are.in l. qui liberis. in prin. ij.col.de uul.& pup.Vide tamen Feli.in c.cùm dilecta. xvij. col.uerſic.amplia.xj.de reſcriptis.]

Forma non ſeruata facit factum haberi pro infecto.Car.in cle. j.§.j.x.q.de re.eccle.non ali.per c.uides.x.diſt.Et ideo

Forma non ſeruata infringit alienationem rei eccleſiaſticæ:ut ibi per Car.Item alienationem rerum ciuitatis: ut per Alex. con.j.iiij.parte.

Forma in electione non ſeruata debet electus idem iterum eligi.ſuprà uer.Electus:uer.liij.

Forma cle.j.de baptiſmo, licet non ſeruetur, ualet baptiſmus. Car.ibi.in fi.

20 Formam ſtatuti non ſeruat, qui non ſeruat tempus ſtatuti. Bal.in auth.quæ ſupplicatio.in fi.C.de preci.Imper.offer.& Alex.in §.Callimachus.de uer.obl.

† Forma ſtatuti an de conſenſu partium poſsit relinqui. Feli. in c.cùm dilecta.col.xiij.de reſcrip. Soci.j. uol.cõ.xxiiij.col. vij.quòd non,etiam de conſenſu partis,quando ineſt clauſula decreti annullatiua.

Forma probatoria cenſetur tradita futuris,non pręteritis perfectis.Bal.in l.comparationes.ij.col.de fide inſtru.

Forma iuris non poteſt derogari conſenſu partium.Bal.in addi.Spec.de appel.uer.conſtitutio epiſcopi.in fin.& §. Conſenſus partium.uer.j.& iiij.in ij.col. circa medium ibi: item nec formæ.& per diſcurſum.

Forma ſuperuacua non curatur,ſed neceſſaria ſic.Bald. in l. in teſtamentis.C.de teſt.

† Forma certa procedendi ubi datur, proceſſus corruit, non ſolùm ſi aliquid attentatur directè contra formã, ſed etiam citra: quia uerum eſt dicere, iſtum exceſsiſſe fines mandati. Et ſic nota, ꝙ ubi datur certa forma,paria ſunt,agere contra, uel citra. Vide bonã gl.cum tex.in c. ſi cui. de elec. lib.vj.ubi quaſi idem probatur:nam ibi præter,& citra,ęquiparantur. Et intellige quod dixit,citra formam, quando ad actum data eſt certa forma:ſed ubi non datur certa forma,eſt differentia,utrũ agatur contra,uel præter,uel citra: nam data inſtantia,epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius,& tamẽ poteſt ſtatuere præter,uel citra ius,ut no.in cle.ne Romani.de ele. ubi bona gl.plenius per Io.And.in c.fi.de offi. archipresby. Abb.in c.prudentiã.in j. col. in uerſi.nota ibi,citra formam. de offi.deleg.

† Forma eſt duplex:quædam concernit utilitatem priuatam, quędam publicam:& huic,quæ concernit publicam,partes renunciare non poſſunt.Et ita intelligitur c.cùm dilecta.de reſcrip. quandoq; forma concernit utilitatem priuatã ipſarum partium, & tunc partes poſſunt expreſſè & tacitè huic formæ renunciare.Ita concludit Abb.in d.c.prudentiam.in v.col.poſt prin.ibi,nec obſtat.

† Forma facit, ut ſcholaris quantũcunq; peritus, tranſeat cũ examinatione,ſaltẽ modica.Ab.in c.cõſtitutis.de ap.in j.co.

† Forma mandati excedere non uidetur, qui conſecutiua ad illud mandatum facit.Inn.in c.prudentiam. ff. de off. deleg. facit lex ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procu. l.ij.ff. de iuriſdi.omn.iud.capit.præterea.capit.ſuſpicionis.c. prudentiam.de offic.dele.licet confinia non debeant poni, ubi locus eſt notorius:ut uoluit Bar.in l.libellorũ. ff. de accuſa. & in l.falſa demonſtratio.ff.de condi.& demõ.& uoluit do. Card.in c. olim.el j.in uerbo,ſuper domo Caluenſi.de reſti. ſpo.And.Barb.in c.cùm dilectus.de ord.cog.ubi aliàs de iure apponi debent.l.forma.ff.de cenſi.tamen ubi ſtatutũ requirit,hæc pro forma apponi debent, quantumcunq; locus eſſet notorius.per id quod notatur per Ang.& Lud.Ro.in l. hac conſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſ.gl.& ibi Bald. in l.j.ff. de lib.& poſth.Alex.de Im.in l.unica.C.de athletis.in fi.li.x.

Forma ſtatuti, quòd demonſtratio fiat per nomen proprium in contractibus,uel inſtrumentis,per notarium debet ſeruari,etiamſi illud nomen proprium poſsit aliter demonſtrari. Bal.Ang.& Imo.in l.j.& ibi Alex.de li.& poſth.& in l. quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hære.inſt.adeò quòd prępoſteratio in ea uitiat.Bal.in l.ambiguitates.C.de teſta.

* Forma iure municipali inducta ita prorſus eſt ſeruanda, ut per æquipollens (ut noſtri dicunt) ſeruari nullo modo poſſit.Bal.& alij,præſertim Alex.multa adducens.in l.j.ff. de li. & poſth.& in conſi.xcvj.uol.iiij.& eſt communis Doct.ſententia, ut affirmat Iaſon pluribus ęam exemplis cõfirmans. con.xcvij.uol.iiij.Æmilius Maria Manoleſſus.

* Formam ſtatuti per æquipollens adimpleri poſſe, uelle uidentur Iaco.But.Bal.& Alex.in l.fin.col.j.C.de proc.Æmilius Maria Manoleſſus.

Forma ſtatuti ſi omittatur ex errore notarij,uitiatur actus, ut bannum,ut ſi non regiſtretur.Bald.Ang. Sali.& Alex.in d.l. ambiguitates.C.de teſta.& Car.in cle.j.§.j. ad fi.C.de exceſ. præla.quòd non ualet inſtrumentum ſine forma ſtatuti: ut quia non ſit inſinuatum,uel nõ ſit ſoluta gabella; uel careat numero teſtium requiſito.

Forma ſtatuti an ſeruetur per iudicem, qui ex forma ſtatuti nõ tenetur ſeruare formam iuris.Pau.de Caſt.conſi.cxcvj.

Forma ſtatuti,uel legis,attenditur magis,quàm ratio. Bal. in l. j.ff.de lib.& poſth.

Forma dicitur tradita,ſiue expreſsim,ſiue tacitè ex uerbis colligi poſsit.Bal.in l.eos.v.col.C.de appel.& j̃.eo.uer. xlj.

Forma data à principe in cõdendo,uel ſtatuendo,nõ poteſt omitti,quia dicitur actus ſubſtãtia.Bal. in l.prolatã.C.de ſen.

30 Forma data cenſetur à ſtatuto prohibitiuo, licet ſtatutum ultra nõ procedat annullando: quia actus factus contra ſtatutum prohibens,licet non annullans,non tenet. Bald. in l. non dubium.ij.& antepen.col. C.de legi.Bald.& Sal.in l.ſtatutis.de ſen.ex peri.reci.Iaco.But.in l.fi.ff.de poſtu.Ioan.de Pra.in l.Paulus.de procura.& per Bal.in l.certa. C.quando prouo.non eſt neceſ.Sed Bald.in l.ſi quis decurio.C.de falſ. per glo. ibi,dicit contra,quòd geſta Gebellini electi ad officium ualent,licet ſtatutum prohibeat eum eſſe in officio, &

ultra

ultra non procedit annullando. Alex. consi. xxiij.iiij.parte, dicit non ualere actum, quando fit contra prohibitionē statuti, etiamsi statutum non annullet: secus, si statutum mandet fieri sub certa forma: quia actus sine forma ualet, licet statutum ultra non procedat: ut tenet Alex.con.xxxv.& consi. xxiij.in iiij.parte.in princ.& in l.j.de lib.& post.ubi uide. Itē aliàs, quando statutum, etiam non prohibitiuū, disponit aliquid fieri, & ultra procedit annullando, si id non fiat. Bal. & Imo.& Alex.in l.j.ff.de lib.& posth.& suprà, uer. Actus.uers. xxxij.† Vide omnino Decium cons.x.col.ij. in prin.ubi plura ponit de obseruantia forma statuti: & quando statutū ultra procedit, annullando quod uidetur datum pro forma: uide ibi Soci.in j.uol.con.xxiiij.col.vij.cum seq.

† Forma legis quæ dat esse, magis attendi debet quàm res. d. Maria. Soci.in con.xxiiij.incip. Visis.uer. uerum prædictis. circa fi.in j.parte.]

Forma à lege tradita in dubio est de substantia, ut omissa uitiet actum. Bald. in l. comparationes.ij.col. C.de fide instru.& l. j.C.ut in pos.leg.& in l.si tutor.C.in qui.caus. in integ. resti. † non est neces.† Et Bald.in l.item ueniunt.§.præter.de hær. pet.] Item,

Forma dicitur tradita à statuto, quando ante actum, uel in actu requiritur aliquid fieri: quia eo non facto, actus est nullus ipso iure. in auth.hoc ius porrectum.C.de sac. san. eccle. l.cùm hi.de transact.l.hac consultissima.in princip.de testamen.gl.in d.c.dudum.de elec.Pau.de Ca.in con.lxxj.Quod uerum est, nisi in præparatorijs iudiciorū, in quibus si quid antè fieri debet, ut solutio gabellæ, non intelligitur pro forma: & sic si non fiat, non uitiatur actus, secundum Bald. in auth.generaliter.v.q.C.de epi.& cle.& in auth.contra rogatus.in fi.C.ad Treb.& Alex.consi.xxxvij.ij.parte, nisi opponatur.Bart.in l.si mancipium.§.j.de euic.& ibi per glo.& infrà, Præposteratio.uersic.v.Sed si requiritur solennitas post actum, si ea non seruetur, contractus non est ipso iure nullus, sed non ualet in effectu, nisi exprimeretur expresse: ut si dicit statutum, quòd de quolibet actu iudiciali soluatur gabella, aliàs non ualeat: nam solutio fit post actum, & illud aliàs non ualeat non facit contractum nullum ipso iure, nisi addatur uerbum, Ipso iure, secundum Barthol. Veronen.& docto. in l. uniuersa.per text.ibi. C.de preci.Imper.offe.ubi etiam Bald.qui tenet idem in l.j.C.ne lic.ter.prouo.& in l.j. §.fin autem.C.de cad.tol.& in rub.C.de rescin. uend. & tenet Bartol.in l.cùm lex.ff.de fideius.& in l.ij.C.de cano.fru. urb.Romæ.lib.xj.Item si dicit statutum, quòd fiat insinuatio infra mensem, & si non fiat, non ualeat actus, intelligitur scilicet in effectu, non ipso iure.Bart.in d.l.uniuersa.& in l.si ita quis.§.ea lege.de uerb.obl.& Bal.in d.§.fin autem.& infrà, uerb. Præposteratio.d.uer.v.xj.& seq.& infrà, uer. Processus.uersic.cj.& cv.& infrà eo.uer.xlvj.

Forma doctoratus tradita in clem. ij. de magi.debet seruari, ut antè, non post doctoratū, iurandum sit: ut ibi per gl.& Car.

Formæ non seruatæ exceptio potest opponi ante litis contestationem.ut s.Exceptio quando.uersic.lxxxj.

Forma absolutionis ab excommunicatione non seruata, actus est ualidus, id est, absolutio. Card.post gl.in cle.j.vj.q.de seque.pos.in §.j.& s.uer. Absolutio.& Car.in clem.j.xxx.q.iij. oppo.de decimis.ubi idem dicit in excommunicatione.

Forma absolutionis in confessione pœnitentiali non seruata, non ualet confessio, uel absolutio.glo. in cle. dudum. §.statuimus.de sepul.& ibi Car.in fi.& s.eo.uer.x.

Forma dicitur tradita à statuto, quando per illud actus annullatur. Alex.in l.j.de lib.& posth.

Formæ traditæ per legem, uel statutum, non potest renunciari. Bal.in tract. Schisma.iiij.col.

Forma non seruata, non præsumitur utilitas minoris, uel ecclesiæ, in contractu. Bal. in l. quæcunq;.C.de bonis, quæ lib.& Bar.in l.j.C.de sol.& lib.de ciui.lib.xj.

40 Forma dicitur scriptura, quando contractus fit in scriptis. Item,

Forma dicitur, quæ resultat ex uerbis. Bald.in l.fin. C.de suis & legi.

† Formæ obseruantia non cessat, licet cesset causa, propter quam fuit introducta forma. Fran. Are. in l.moribus.in prin. in vij.col.uer.tu autem aduerte.de uul.& pup.]

Forma à iure inducta, ut quid fiat ab ordinario in eo, in quo habet iurisdictionem, licet non seruetur actus, ualet: non autem, si ordinarius recipit iurisdictionem ad illud faciendum ab ipsa lege: quia tunc actus esset nullus, forma non seruata. gloss. singul.in clem.j.de iure patro. & Phil.in c. qua fronte. ult.q.de app.

Forma à delegato debet seruari, etiam in præparatorijs iudicij: aliàs processus est nullus, secundū Inn. in c.dilecta.de rescr.

Forma tradita ab homine in rescriptis non seruata, actus est nullus: secus, si à iure, ut quando datur absolutio, uel excommunicatio non seruata forma rescripti.c.Pisanis.& ibi Ioan. And.& Abb.de resti.spoli.& gl. in cle. j. de iure pa. & suprà, Absolutio.& uer. Excommunicatio.uer.lviij.Item,

Formam traditam sibi iudex debet seruare diligenter. in Spec. de iud.deleg.§.j.in prin.

Fraus non præsumitur, si licentia fuit petita. l. ij. & ibi Bart. C. de cur. pu. li. x. & l. qui fiscales. & ibi Barto. C. de nauicu. lib. xj. Bal. & Sali. in l. fugitiui. C. de seruis fugi. & in l. cùm proponas. C. de manu. testa. & in l. si quis non dicam. de episco. & cleri. & in l. quia nonnunquam. C. quæ res uen. poss. Alex. consi. lxvij. iiij. parte.

Fraude alienata per libertum quomodo reuocentur per patronum. Item,

Fraudatorij interdicti materiam uide in Spec. de rebus eccle. non alie. uer. porrò. & uer. cæterùm ad hæc. & uer. est & interdictum. & in tit. de his, quæ in frau. credi. ff. & C. per totũ.

Fraus in donatione præsumitur, si donator percipit fructus ex re donata. in Specul. de don. uer. item pone, aliquis. & infrà, eo. uer. proximo.

† Fraus ex pactis insolitis, quæ apponuntur in contractibus, præsumitur. do. Pet. Phil. Cor. in consi. xxiij. incip. Visa. per totum. in iij. parte.]

* Fraus in alienatione à reo facta cùm admissa dicitur, clarissimis est probationibus demonstranda. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. sed si maritus. in extre. ff. qui, & à qui. Anchara. con. cclj. M. Ant. Nat. consi. ccxij. num. 2. uolu. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Fraude uendere alienareq; uidetur, qui multa paruo temporis spacio alienauit. l. omnes. §. Lucius. ff. de his qu. in frau. cred. Bar. in l. post contractum. uersic. prima præsumptio. ff. de probat. M. Ant. Nat. con. clxij. num. 6. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Fraudis causa non uidetur alienare, qui est ad alienandum necessitate impulsus. l. fin. in extre. C. de litig. l. alienationes. ff. fam. ercisc. Ang. in l. si quis post hac. col. ij. C. de bon. proscri. M. Anto. Nat. consi. ccxij. num. 3. uolu. j. Æmilius Maria Manolessus.

30 Fraus præsumitur ex actuum celeritate, & ex nimia liberalitate. Bald. in l. eam quam. xv. col. de fideicommis. Item ubicunque minor apparet læsus. glo. in l. fin. C. si aduer. uendi. Item in emptione facta per interpositam personam. l. pupillus. §. fin. & ibi Bart. ff. de auth. præstan. nisi fiat palàm, & bona fide, ut ibi. & §. Emptio. uersicu. j. & l. si is, qui bonis. & ibi Bart. ff. de acquirend. hæredi. ubi præsumitur fraus in filio repudiante, & postea emente per interpositam personam. Item præsumitur, si filius bastardus emit ab eo, cui pater uendidit, secundũ Bart. in l. si is, qui. in fi. ff. de uulg. & pup. Item præsumitur, si mutuum fiat cum pacto, quod restituatur ei, quem Titius declarabit, & Titius declaret filium mutuantis. Bald. in l. iubemus. §. j. C. ad Trebellia. Item præsumitur, cùm constet de damno, & non aliter. Bald. in l. si tutor. C. de interdic. ma. inter tu. & pupil. Item præsumitur ex nimijs cautelis. Bald. in l. etiam. iij. colum. de execu. rei iudic. & no. † in l. vj. ff. de conditio. instit. & in l. penul. C. de euict. † Et do. Pet. Philip. Corn. in consi. ccvij. incipien. Qui laicus in subscriptione. in litera I. in iij. parte. Item ex clausula insolita: ut per eum in consi. ccciij. incipiente, Videtur. in litera M. eadem parte iij.] Item præsumitur ex qualitate personæ, ut si est solitus fœnerari, secundum Bald. in l. cùm allegas. iiij. oppo. C. de usuris. Item præsumitur ex petitione clandestina. Bartol. in l. Barbarius. j. colum. ff. de off. præt. per l. non existimo. de admini. tut. Item præsumitur de facili inter coniunctas personas. l. non solùm. in princip. per Bartol. de ritu nupt. Item in donatione, quæ fit coniunctæ personæ, si fit facta in præiudicium tertij. Paul. consil. lxiij. Item in hærede repudiante, si possideat post repudiationem. Bar. in l. j. in princip. ff. si quis omis. cau. test. per l. qui autem. in princi. §. si non simpliciter. eod. tit. Item præsumitur in patre alienante in præiudicium filiorum, quando prouenit ad eam ætatem, in qua filios habere non potest. Item quando facit, ut priuet successione eum, qui deberet de iure succedere. ca. j. §. noui. per quem fiat inue. in usi. feud. Item si alienat titulo lucratiuo. l. cùm autem. uer. in his. de his, quæ in frau. cred. Item si alienat titulo oneroso pro modico precio. per l. per diuersas. C. manda. & l. si pupillus. uersi. si est. in gloss. & ibi Bartol. ff. de autho. tu. & in c. j. §. donauit. qua. ol. feu. al. pot. Quod tamen uerum est, nisi ob causam necessariam fiat alienatio. l. mutus. §. manẽte. ff. de iu. do. l. si cùm dotem. §. fin. autem. solu. matr. secundum Ludo. in fin. uer. Fraus. uer. pater. Item quoties est iuris communis præsumptio, toties præsumitur fraus, secundum Butrig. in c. pastoralis. de iure patro. Item si fiat alienatio omnium bonorum ex titulo lucratiuo. l. omnes. §. Lucius. & ibi Bart. plenè de his, quæ in frau. credi. ubi etiam Alex. & Bal. in l. j. C. si quid in frau. patr. uel de maiori parte bonorum. Bal. in l. j. antepenul. q. C. qui bo. ce. pos. & in l. j. iij. q. si quid in frau. pat. & in l. si nunquam. de reuo. do. & Alex. in consil. lxxxix. iiij. parte. quem etiam uide in l. summa. de peculio. uel etiamsi fit particulariter nominatim de omnibus rebus. Bart. in l. nomen. ibi Alex. §. j. de leg. iij. & Alexan. in d. §. Lucius. qui ponit utrumq; dictum. Vide glo. & Bar. ff. de proba. l. patronus. & in l. qui testamentũ. in fin. ubi etiam dicit, quòd fraus præsumitur eo, quòd bona patris sunt apud spurium. Quod etiam tenet Bar. in con. Cechus de Spoleto, &c. Item si fiat omnium bonorũ, etiam coniunctæ personæ. l. inter extraneos, de don. inter uirum, & uxor. Item si fiat clausula. l. hi, qui. C. de rei uend. Item si post alienationem alienans reperitur in possessione. l. sicut. §. superuacuum. quib. mod. pig. sol. nisi in donatione omniũ bonorum. suprà, uerb. Donatio omnium bonorum. uersic. viij. Item si fit de omnibus bonis: ut suprà, eodem. Item si detur in dotem filiæ extranei: ergo non si propriæ. l. fi. §. item si extraneus. ff. de his, quæ in frau. cred. Item fraus præsumitur, si quis citò post condemnationem dat bona sua in solutum ad mandatum alterius iudicis: nam tunc excluditur à beneficio cessionis. per l. fi. ff. de cessio. bo. secundum Rotam in decisio. cclxj. in causa mea. in anti. Item ex paruitate precij, uel pensionis. Bal. in c. donare. qualiter olim feu. po. al. Item nisi fiat cessio alteri, qui cedat prohibito: uel si fiat procuratori cum pacto nõ reddendi rationem, in quem per statutum cessio prohibetur. suprà uerbo, Cessio. Item si fiat à debitore sciente se esse inopem, & habere multum æs alienum. Bartol. in l. si quis cùm hæres. de his, quæ in frau. cred. Alex. in l. omnes. §. Lucius. eodem titulo.

† Fraus contra emptorem an possit allegari per creditorem uendentis, qui partem precij realiter recipit, & residuum fuit confessus habuisse: uide do. Pet. Phil. Corn. in consilio ccxxx. incip. Videtur. per totum. in ij. parte.]

Fraudans emptorem datiorum, uel gabellarum, non dicitur fraudare commune, uel pecunias communis, nec punitur statuto defraudante pecunias communis: quia mutatione personarum mutantur priuilegia, secundum Pet. de Anch. in consil. In Christi nomine, eiusque matris, &c. & Anto. de But. se subscripsit, quorum consil. propria & sigillata uidi in ciuitate Paduæ.

† Adde hîc, quòd fraudatur licitè gabella, quæ iustè non est imposita: iuxta no. per Bar. in l. uectigalia. ff. de publican. & per Abb. in proœm. Grego. & in c. j. de constit. & in c. innouamus. de censi. & in c. dilectus filius. el iij. de præb. & in c. ex parte. de his, quæ fi. à ma. par. capit. & per Bal. in l. ueluti. ff. de iusti. & iure. facit quod notat Abb. post Inno. in c. olim. el j. de resti. spoli. ubi limitatur hoc esse uerum, nisi in fraudẽ gabellæ uertatur scandalum: nam tunc non iustè fraudatur gabella, cùm nihil cum scandalo sit faciendum: ut in c. nihil. de præscrip. c. cùm teneamur. de prob. c. ij. de no. oper. nun.

Fraus in contractu ex quibus deprehendatur. in Specu. de do. inter uirum & uxorem. §. ij. uer. & sic no.

Fraus legi fit quatuor modis. glo. in l. fraus. ff. de legi. Bald. in l. non dubium. C. eod. tit.

† Fraus contra legem quot modis dicatur: uide do. Bar. Soci. in consi. lxvij. incip. Circa primam quæstionem. uersic. tertiò etiam. ibi: & quamuis ipsi. in j. parte.]

Freneticus non potest contrahere, uel testari, nec ligatur iuramento. Bal. in l. ij. x. quæst. C. de rescin. uend.

Freneticus non est propriè furiosus. no. in ca. mutus episcopum, uel abba. Bal. in c. j. in fi. an ille, qui interfe. fra. do. ubi etiam uide, an priuetur feudo propter crimen antè commissum.

Freneticus non potest eligi episcopus. Car. in cle. constitutionem. in prin. pen. q. de elec.

Frenum

Frenum & sella uenit in uenditione equi, nisi aliter actū sit. l. ædiles aiunt. in princ. & ibi gl. & Barto. ff. de ædil. edic. & Barto. in l. eum, qui. §. non solùm. ff. de furtis. in l. si ut certo. §. usq; adeò. per Gu. ff. commoda. Quod uerum, si cum dictis ornamentis equus fuerit onerosus emptori. Ang. in d. l. ædiles. §. uendendi. & Bal. in l. ij. C. de ædi. actio. Vide Alex. in l. de quibus. in fi. de legi. & in d. §. nō solùm. ubi idem dicit de ornamentis omnibus, quæ erant in equo: per d. l. ædiles. §. uendenti.

Frequens dicitur cum interuallo: sed assiduum sine interuallo. Ioā. And. in c. j. in princip. de restitut. spo. in vj. in nouella, post Archi. ibi.

Frequenter quomodo ponitur. gl. est in auth. de defen. ciui. §. fin. col. iij. & in c. monasteria. de uita & honest. cle. Barthol. Cæpo. in c. j. viij. col. de cogni. feu. quòd bis intelligitur.

† **Frequentatio** ad monasteria monialium inducit si nistram suspicionē contra accedentes ad ipsa monasteria: nam periculosa est sexus commistio: ut est tex. cum glo. in c. mulieres. de iudi. lib. vj. & ideo clericus prohibetur solus immiscere fabulas cum muliere. lxxj. di. c. clericus. & c. clerici. Abb. in c. monasteria. in princip. de ui. & honestate cleri.

† Frequentare monasteria quot requirantur, ut quis possit impunè stare. Et dic quòd duo, scilicet causa rationabilis, & quòd sit manifesta. Non enim sufficit causam rationabilem allegare, nisi illa sit manifesta. Abb. in d. c. monasterium. & ibi gloss. ij. dicit illam gl. esse notandam ad statuta facientia mentionem de frequentatione, ut ex duabus uicibus inducatur frequentatio. Pro qua glo. facit dictum Archi. in ca. illud. xij. dis. ubi dicit, quòd ex duabus uicibus inducitur consuetudo ob beneficium. facit l. iij. C. de epis. audien. Et de hoc ultimo uide Abb. in c. fin. de appel. facit l. quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edic. & per Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de no. ope. nun. & xxv. q. ij. ita nos. & glo. in c. mos. j. dist. & in c. consuetudo. ead. di. & no. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & propriet. & in c. fi. de consue. & in c. abbate. de uerb. signi. & in l. de quibus. ff. de legibus. & in rubr. & in l. j. & ij. C. quæ sit lon. consue. & Abb. in c. cùm decorem. in fi. de uita & hone. cleri. & in c. cùm non liceat. in ij. col. de præscrip. Et de uerbo, Frequentia. facit, quod habetur in l. item apud Labeonē. §. aliud. ff. de iniurijs. & in c. frequens. de resti. spo. & ibi Archi. & Domi.

Frigiditas qualiter probetur, quę est in potentia coeundi. in Spec. de teste. §. vij. uer. hoc quandoque. iuxta finem.

Frigiditas intra quod tempus probetur. in Specul. de dila. §. j. uer. aliæ experitoriæ.

Frigiditatis causa si petatur diuortium, quomodo formetur libellus.

Frigiditas quanto tempore probetur. in Spec. de frigi. & malefi. per totum.

Fructus dicuntur accessiones rei naturales, & ueniunt in condictione ob causam. l. qui se. cum gl. & l. cùm quis. ff. de cond. ob causam.

Fructus intelliguntur deductis expensis in contractu lucratiuo. l. non amplius. de leg. j. glo. in l. si quis argentum. §. j. C. de dona. & in l. j. & ibi Bald. C. de fruc. & li. expen. Item uide † in Spec. de expen. §. j. uer. Expensæ. † Et per Fel. in c. ad nostram. de iureiur. & Bal. in l. si à domino. §. fructus. de pet. hære. Et appellatione fructus quid contineatur, uide Bald. in l. uideamus. de usuris.]

† Singula. Fructus an & quando deducantur, & quando non: uide Bar. in l. fructus. ff. sol. mat. Et adde, quòd si boues empti gratia arandi terram, & seminandi eam, perdantur, tales impensæ non deducuntur de fructibus. Ita dicit Bald. in l. j. in fi. C. de fruct. & lit. expen. Quod dictum sequitur pro ualde notabili, dicens esse quotidianum in rusticis. Fran. Cremo. nota. cxxxiij. incip. Tu scis, quòd fructus.*

Fructus fundi locati ad dimidiam debentur, non deductis expensis factis à colono: quia dimidia fructuum debetur colono pro sumptibus, & operis. Bart. in l. fructus. solu. matri. & Bald. in l. si quis domum. loca. Item,

Fructus dicuntur non percipi, quando non est deducta impensa. per l. fructus. secundum Bar. in l. si merces. §. uis maior. ff. loca. nisi in colono partiario: ut s̄. not. & ibi tenet Bald. in l. cum duob. §. si in coeunda. ff. pro socio. ubi dicit, quòd si colonus cogatur soluere datia, uel collectas, computat domino quod soluit. & s̄. Colonus. uer. cxxxix.

Fructus fructuum debentur, quando debetur fundus cum omni causa. l. cui fundus. & ibi Angel. & Alex. in princ. si cer. pet. & in l. sed & partus. & ibi Ang. ff. quod me. causa. & in l. Iulianus scribit, si hominem. & in l. præterea. de rei uend. & idem dicitur de partu partuum.

Fructuum archidiaconatus appellatione non uenit quod datur ei in suo aduentu, idque non uenit in uenditione dictorum fructuum. Oldr. in consi. cxxix.

Fructuum appellatione non ueniunt distributiones quotidianæ. Ioan. And. in addi. Specul. de concess. præbend. in rubr. & Geminia. in capit. consuetudinem. §. qui uerò. de cle. non resi. in vj. Oldra. in consi. cxvij.

Fructus, id est usufructus. l. necessario. §. fi. de periculo, & com. rei uen. Bal. in l. fructus. ff. solu. mat. & Bar. in l. fundi Trebatiani. & in l. pe. eo. tit. ubi loquitur de emptore fructuū quid uideatur emere. & uide bonum text. in l. per seruum. §. usufructus. cum l. seq. ff. de usu, & habita. & infrà, Vsufructus. §. j. uer. xix.

Fructus unus dicitur, qui semel percipitur, etiam intra biennium. Bart. & Imo. in l. diuortio. §. quod in anno. soluto matrimonio.

† Fructus & obuentiones qualiter differant: uide Ias. in l. si urbana. col. ij. in fi. ff. de condi. indebi.

10 Fructuatio probat possessionem. l. ij. C. de acquir. posses. l. Titia. de sol. & j. Possessio. Quod est uerum, secundum doctogl. & Bar. ibi, quod fieri præsumitur tanquam à domino, etiamsi testes non dicant, quòd fructauit tanquam dominus.

Fructus aridi dicuntur frumentum, & fabæ. Sed

Fructus liquidi dicuntur uinum, oleum, & similia, à liquando, id est, à fluendo dicti. doc. & Bal. in auth. ad hoc. j. col. C. de usuris.

Fructuum quantitas magna respectu precij facit contractum suspectum. Bald. in l. fi. C. de condi. inser.

Fructus dicuntur illi, quibus excisis alij renascuntur. l. diuortio. §. si fundum. & ibi doct. sol. mat. & per Abb. in c. pastoralis. de deci. & infrà Bar. in l. quidam. §. nihil. de eden.

† Fructus dicuntur deducta impensa & onere, & non aliàs. latè Ioan. Lud. in repet. rubr. de donat. inter uir. & uxor. colu. xlvij. ubi infert ad plura. uide ibi.

† Fructus agri, sicut sunt poma, sic eligere est fructus iuris eligendi. Fel. in c. cùm olim. in ij. colu. uer. unde dicit Innoc. de maio. & obe. Et ibi subdit idem Fel. quòd fructus quasi possessionis iurisdictionis est ipsum exercitium iurisdictionis.

Fructus non possunt durare triennio regulariter. glo. Bald. & Imo. in l. diuortio. §. interdum. solu. mat. Item Alex. de Imo. consi. xxxvj. iiij. parte.

Fructus dicuntur res tempore perituræ. l. procurator totorū. & ibi Bar. ff. de procurato.

Frúctus possunt alienari per minorem sine aliqua solennitate. Alexand. consi. xxxvj. iiij. parte. & infrà, Minor alienat. uersic. lxiiij.

Fructuum appellatione non uenit fructus hominum. Flo. in l. uerus. ff. de usufr. quod no. pro gabella. & Sicu. in c. salubriter. ad fin. de usuris. in Spec. de loc. §. j. uer. sed pone. ubi dicit secus appellatione redditus.

Fructatio qualiter probetur. Bald. in l. si fundum. C. de rei uend.

20 Fructus ueniunt appellatione interesse. l. loci. §. ij. si serui. uen. Bal. in addi. Spec. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. uer. item no. Floria. in d. §. ij. ubi etiam dicit saluari libellum, quo petitur res, & interesse, ut comprehendat etiam fructus.

Fructus omnes ueniunt appellatione glandis. l. qui seruandarum. §. fin. & ibi Bar. ff. de præscr. uerb. & l. j. ff. de glan. leg. & in Spec. de iniur. & dam. da. §. ij. uer. porrò.

Fructus donati an debeantur deductis expensis. Bal. in l. j. pen. col. C. de fruc. & lit. expen.

Fructus non dicuntur redditus protocollorum notarij. Barto. Ang. & Alex. in l. quædam. §. nihil. de eden. ubi dicit uerum, nisi ex eisdem scripturis pluries perciperentur fructus, ut sunt exempla scriptorū, liber statutorum, & reformationū, qui

qui ostenditur ibidem, nec dicuntur in bonis. Bart. & Bald. in l. diuortio. §. si uir. sol. matri. & infrà, Vxor usufructuaria. † ubi melius. uer. x. † Vide do. Bar. Soc. in con. 100. incipiente, In causa Baptistæ. circa medium. iij. col. in j. parte.]

Fructus appellatione an ueniant annui redditus. Bald. in addi. Spec. de loc. uer. an colonus. Nec ueniunt bona mobilia. supra, Bona mobilia. uersic. v.

Fructus alieni fundi possunt impunè edi, non asportari de iure diuino. de consecra. dist. v. discipulos. Bartho. Cæpo. de serui. rusti. tit. de serui. pas. iiij. q.

Fructus & redditus, an sit idem. ĩ. uerb. Redditus. uersic. vj.

Fructus archidiaconatus non sunt prohibiti fratribus Minoribus, quia sunt incerti, licet annui. Card. in clem. exiui. §. licet. de uerb. sig.

† Fructus canonicatus est præstatio uocis. Felin. in cap. cùm olim. in ij. col. uersi. unde dicit. Inno. de maio. & obe.

Fructuum appellatione in statuto ueniunt pensiones domorum. Alex. consi. clxxx. ij. parte.

Fructus certi fundi si promittantur, debitor liberatur, si nō nascantur, uel nati consumantur. s̃. Debitor generis. uer. xij.

30 Fructuum appellatione ueniunt etiam immaturi. l. si absente. §. fin. ff. de usufru. l. pe. de usufru. leg. l. si ex sylua. cum glos. de usufruct.

† Fructuum appellatione an ueniant mercedes, & pensiones? uide textum in l. mercedes. ff. de petitio. hæredi. & Alex. in l. diuortio. col. j. ff. solu. mat. Et si testator legat in testamento uxori suæ omni anno decem saccos frumenti, donec castè uixerit, & talis mulier post mortē mariti intra duos aut tres menses capit uirum, uel moritur, nunquid pater, uel hęredes sui debent habere decem saccos frumenti: uide tex. in l. à uobis. ff. de annuis legatis. Ias. in l. diuortio. co. j. in fin. cum seq. ff. solu. mat.

Fructuum iurisdictionis appellatione ueniunt pœnæ, unde data iurisdictione in dotem pœnæ sunt cōmunes uiro & uxori, tanquam fructus dotis. Bald. & doct. in l. diuortio. §. si uir. solu. matri. & Bartol. in l. fin. eod. tit. qui dicit pœnas cedere lucro mariti.

Fructuum appellatione an ueniant arbores ceduæ. Bal. in addi. Spec. de loca. uer. an colonus. quòd sic. & Sicul. in c. salubriter. in fin. de usuris.

Fructuū appellatione ueniunt aues, & feræ solitæ capi in fundo, si nullus alius fructus solet ex eo percipi. Bar. in l. cùm in plures. ff. locati. per l. item si fundi. §. occupationē. ff. de usufruct. ad de l. usufructuarium uenari. de usufruct. Item,

Fructuum appellatione uenit palea. l. usufructuarius messem. uer. stipulam, quæ in messe. ff. qui. mo. usufr. ami. in Spec. de deci. §. j. uersi. fin. Pet. de Vbal. de soci. xj. parte, xij. col. Bald. in l. fin. iij. col. C. de cond. inser. l. certo. de serui. rusti. prę. no. in l. cum manu. §. j. de contrahen. emp. Item,

Fructuum appellatione uenit fœnum. l. partum. ff. de uerb. signifi. etiam immaturum cæsum. l. si absente. §. fi. de usufruc.

Fructuum appellatione uenit uua, & habitatio. ĩ. uerb. Habitare. uersic. xlj. Vide Ioan. Papi. in Summa, uer. fructibus. in libello reali. & infrà §. secundo. uer. ij.

Fructuum appellatione uenit electio. Inno. in cap. in literis. de resti. spolia. Item uox. ĩ. Vox. uersic. vij. Sed an præsentatio: Innoc. in c. ad postulationem. de iure patro.

† Fructuum appellatione an ueniant pœnæ maleficiorum, uide do. Pet. Phil. Corn. in consil. ccliiij. incip. Circa. in litera G. in iij. parte.]

Fructuum appellatione quid comprehendatur. uide de inter. quę. fi. in iudicio. §. secundo. uer. uerum. & Innoc. in rub. de re iud. & Io. And. in c. j. eod. tit.

Fructus appellatio strictior est, quàm redditus: quia

Fructuum appellatione non ueniunt operæ. in Spec. de hære. in princ. Sed habitatio sic. ĩ. uerb. Habitare. uersi. xlj.

Fructus quotuplex sit: dic q aliqui sunt naturales, aliqui industriales, aliqui percepti, aliqui percipiendi, aliqui extantes, aliqui cōsumpti: ut infrà uer. seq. per discursum. & plenè in Spec. de fruct. & interesse. §. j. per totum. Itē aliqui sunt aridi, aliqui sunt liquidi: secundum Bal. in auth. ad hæc. j. col. C. de usuris.

Fructus naturales uel industriales dicūtur ex arbitrio iudicis, secūdum quod natura uel industria magis prępōderat. Cyn. in l. certum. C. de rei uend. ar. l. quæritur. de sta. ho. Bart. in l. ex diuerso. j. col. ff. de rei uend. & ibi Pet. de Su. & doct. Vide de his in l. j. ult. col. C. de usu. & fruct. le. Ius eligendi quis fructus dicatur. Bal. in l. si mancipium. C. de rei uend. Flor. in l. loci. §. secundo. si ser. uend. † Vide do. Pet. Phil. Cor. in consi. cxxix. incip. Ad euidentiam. in prin. & in litera A. iiij. parte.]

Fructus naturales dicuntur ficus, poma, cerasa, & similia.

Fructus industriales dicuntur granum, uinum, & oleum, pensio, & opera iumentorum, & similia: secundum do. Maria. Soc. in consi. An fructus. Bar. in d. l. ex diuerso. de rei uen. & ibi Alex. in suo consi. Quæstio talis est, Titius habens uxorem, &c. & Bal. in l. ancillæ. iiij. col. C. de fur. ubi etiam dicit de lignis, oliuis, & uuis. & per l. si eius. ff. de rei uen. & Cyn. in l. certum. C. eo. tit. post gl. in c. grauis. de resti. spo.

Fructus industrialis dicitur, quicquid seminatur. Bal. in l. j. C. de usuris & fruc. lega.

Fructus industrialissimi qui dicantur. Bal. in l. si traditio. in fi. C. de ac. empt.

Fructus pendentes sunt pars fundi. l. fructus pendentes. & ibi doc. ff. de rei uend. in Spec. de fruc. & interesse. §. j. uer. sed pone. Flor. in l. si fur. de usufru. in Spe. de dec. sad fin. l. in lege Falcidia placuit. & ibi Bar. ff. ad leg. Fal. & † melius per Alex. in l. si filius. §. j. de uerb. oblig. † Et per Frā. Are. in l. cum filio. in viij. col. de leg. j.]

Fructus pendentes tempore stipulationis ueniunt in stipulatione. l. fructus. de his, quę in frau. credi. & Alex. in l. si filius. §. j. de uerb. oblig.

Fructus pendentes in re donata nō augent donationem, quo ad effectum insinuationis. Bal. in l. fi. C. pro donato. per l. filiusfami. §. ex rebus. & ibi tenet Alex. de don.

Fructus pendentes intelliguntur esse fructus anni præcedentis, & pertinent ad usufructuarium, cui relictus est fundus, habens fructus pendentes. l. si pendentes. in prin. & ibi Flo. de usufruc. Vide Bal. in c. j. in fin. an agna. uel fil. Sed an tunc hæredes repetant sumptus culturæ ab usufructuario, cui cedunt fructus. Flor. ubi s̃. & ĩ. Hæres.

Fructus pendentes finito tempore conditionis pertinent ad colonum partiarium, nō ad colonum, qui numis colit. Flor. in l. defuncta. j. col. ff. de usufr. & in l. si absentem. §. syluā. eo. tit. & s̃. Colonus. uer. cxxxvij.

Fructus pendentes pertinent ad dominum, quandocunq; uasallus moriatur. Flor. in l. defuncta. in fi. princ. ff. de usufr.

Fructus pendentes possunt pignorari. l. & quæ nondū. in prin. ff. de pigno. l. si colonus. §. j. & ibi Bar. ff. qui po. in pig. ha. ubi sufficit, rem esse in bonis tempore obligationis fructuum. Item faciunt fundum preciosiorē. Bart. in l. in lege Falcidia placuit. ad legem Fal.

Fructus pendentes tempore mortis testatoris ex legato sunt restituendi legatario, tanquam pars legati, non autem percepti. Bal. in l. j. ij. col. C. de usur. & fruc. lega. & in l. si quis bonorum. de lega. j. & ĩ. Fructus legati. uer. xvij.

Fructus pendentes tempore testamēti an ueniant appellatione bonorum mobilium. Pau. de Cast. in consi. ccxxxij.

10 Fructus pendentes non dicuntur bona mobilia, sed separati à solo sic. in Spe. de fruc. & interesse. §. j. uer. sed pone. & Flo. in l. si fur. de usufruc. aliàs l. Iulianus. Vnde

Fructus pendentes non ueniunt in legato bonorum mobiliū. Bal. in addi. Spe. de fruc. & interes. & §. j. & per Pau. de Cast. consi. ccxxxvij. an computentur in legitimam. ĩ. Fructus cōputantur. uer. iiij. Sed an ueniant appellatione immobiliū. Alex. in l. mouentium. de uerb. signif.

Fructus cadētes in fundo uicini possunt recolligi per dominum eorum, inuito domino fundi. in Spec. de iniur. §. ij. uer. item si. Bar. in l. j. in fi. ff. de glande legenda.

Fructus cadētes in fundo uicini possunt per uicinum, uel eius animalia pasculari impunè. l. qui seruandarū. §. fi. & ibi Bart. ff. de præscrip. uerbis. sed tenetur dominus animaliū actione in factum domino fructuum: ut ibidem.

Fructus percepti per fratres posſidentes diu bona pro diuisis non ueniunt in collationem bonorum: quia præsumitur inter eos facta diuisio, Bald. in l. j. vij. quæst. C. qui admitti.

* Fructus emphyteuta perceptos post elapsos tres annos, qui-

bus canonem domino non soluit, domino restituere est cōpellendus. Spec. in tit. locat. §. nunc aliqua. uer. x. Alb. in l. ij. col. viij. C. de iur. emphy. Ang. in §. si uerò. in authen. de non alie. Ias. con. xxix. nu. iij. uol. I. Aemilius Maria Manolessus.

† Fructuū qualiter fiat diuisio inter hæredem grauati, & fideicōmissarium. Soc. iij. uol. consi. xlij. col. ij. uide Cor. iij. uol. consi. clviij. col. fin.

* Fructus à filio, cui onus fideicōmissi testator imposuit, postquam legitimā detraxit percepti, sunt computandi in Trebellianicam, licet aliàs si una tantùm quarta detraheretur, nō essent. l. in fideicommissaria. ff. ad S.C. Treb. l. iubemus. C. eo. Pau. Cast. in l. scimus. in princ. C. de inoffic. testa. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ubi & Alexan. consi. antepen. ff. ad S.C. Trebel. Ias. in consi. xliij. dub. ij. in termi. uolum. 3. Aemilius Maria Manolessus.

Fructus percepti ex fundo alieno nō transeunt in dominium perceptoris. Bald. in l. ex nominis. C. de hæredi. uel ac. uen. uide l. si fur. ff. de usufr.

† Fructus percepti ex prædijs alicui obligati, cùm sint eiusdē naturæ cum re obligata. d. Bartho. Soc. in consi. xciij. incip. circa primum. uer. confirmatur. in j. parte.]

Fructus perceptus semel intra biennium dicitur unicus. Bart. & Io. de Imo. in l. diuortio. §. quod in anno. sol. ma.

Fructus percepti pēdente dilatione an cedant debitori, cui est concessa dilatio. not. in l. mulier. §. alia. ad Treb. & infrà, Fructus dotis. uersi. xvij. Et an hi computentur in Falcidiam, & Trebellianicam. in d. §. alia.

Fructuum perceptorum æstimatio debetur ab his, qui perceperunt licitè, ut tutor, creditor, maritus, & similes, aliàs debentur ipsi frnctus, qui decætero possunt crescere. & Bar. in l. diuortio. §. ob donationes. in fin. sol. ma.

Fructus percepti post innouationem, appellatione pendente, ueniunt in reuocatione innouatorum. c. bonæ memoriæ. & ibi Bal. & Phil. de appel.

Fructus percepti conditione pendente, non restituuntur. glos. & Bar. in l. emptor. in princ. de rei uen. Bal. & Ioan. de Imo. in l. domos. de lega. j.

Fructus percepti dicuntur statim quòd à solo separati, etiā nō reconditi in horreo. Bar. & Ang. & Pet. de Sun. in l. ex diuerso. de rei uen. Cyn. & doc. in l. certum. C. eod. tit.

Fructus percepti ex bonis bāniti distractis, an restituātur bannito restituto. Ang. in auth. de hæred. & Fal. §. j. colla. j. Item,

Fructuum perceptio qualiter probetur. Bald. in l. si fundum. in fi. C. de rei uend.

Fructus percepti per uxorē de bonis uiri uigore legati, an extenuent dotem. Pau. de Cast. consi. ccclxxxv.

Fructuum perceptorum quantitas probatur iuramento. gl. & doc. in l. si traditio. in fi. C. de act. emp. & in authē. de nup. §. quia uerò. & Lud. in l. admonendi. ff. de iureiu. & per testes. Bal. in l. j. C. de fru. & li. expen.

Fructus percepti authoritate iudicis, non sunt restituendi. l. fi. C. ad Carbon. Bald. in l. non ignorant. in princ. C. de fruc. & litis expen.

* Fructus ex re alienari prohibita percepti restituēdi sunt. fac. l. si pater. C. de usufr. faciunt quæ in simil. quæst. tradūt Spe. tit. locat. §. nunc aliqua. uer. x. Alber. in l. ij. col. viij. C. de iur. emphy. Ang. in §. si uerò. in authen. de non alie. Ias. in termi. consi. xxix. dub. iij. nu. iij. uol. I. Aemilius Maria Manolessus.

* Fructus à fructuario post usumfructum extinctum percepti restituendi sunt. l. si pater. C. de usufr. Ang. in §. si uerò. in authen. de nō alien. Ias. con. xxix. nu. iij. uol. I. Aemilius Maria Manolessus.

Fructus percepti dicuntur duobus modis. in Spec. de fruc. & interesse. §. j.

Fructus perceptos tenetur restituere, qui renūciauit liti & causæ, & beneficio, nisi de facto dimiserit possessionem. j. uer. Renuncians liti. uer. xvij.

† Fructus percepti ante restitutionem fideicōmissi pertinent ad rogatum. do. Pet. Phil. Cor. in consi. lx. incip. In hac. in litera H. in j. parte.

† Fructus percepti post moram sunt restituendi fideicommissario. d. Pet. Philip. Corn. in consil. clviij. incip. Viso. in litera H. in iij. parte.]

† Fructus percepti ex patrimonio mulieris, & sic in re uniuersali, augent ipsam rem. do. Barth. Soc. in con. xciij. incip. Circa primum. uer. confirmatur. in j. parte.]

Fructus percipiendi quando debentur, qui percipi potuerunt à petitore, non à possessore. l. apud Iulianū. §. j. & ibi Bar. de lega. j. l. si nauis. de rei uen. nisi possessor habuerit causam à domino, ut creditor in pignore: quia tunc consideratur qui percipi potuerunt à possessore creditore habente causam à debitore domino pignoris: aliàs considerantur percipiendi à domino. l. ij. & ibi Bal. C. de pig. act. & dicit Bar. in l. creditor. eo. tit. quod probatur, probādo quòd domus potuisset pro tanto locari annuatim.

Fructus percipiendi, qui dicantur, & quomodo. gl. & Bar. omnino in l. ex diuerso. iiij. col. ff. de rei uen. & in l. si nauis. §. generaliter. eod. tit. & suprà eod. & Rapha. de Cu. in l. apud Iulianum. §. j. de leg. j. & Raph. Fulg. in d. l. si nauis.

Fructibus percipiendis legatis, debetur ius usufructus. Bart. in l. Trebatiani. ff. de usufr. leg. Bal. in l. fructus. ff. sol. ma.

Fructus percipiendi non possunt in summa deduci per iudicē glos. in l. Iulianus. §. j. ff. de rei uend. Ang. & Alexā. in l. si marito. §. si fundum. ad fin. sol. matri. Angel. in l. ubi. §. j. de uerb. oblig. contra Bal. in l. j. C. de sen. quæ sine cer. quan. profe. in l. j. C. si secundo nup. mul. Et cum opi. Ang. tenet Imol. in l. si stipulatus. §. cùm stipulamur. de uerb. oblig.

Fructus percipiendi probantur per coniecturas, sicut interesse lucri cessantis, scilicet per proximas cōiecturas illius anni, quo percipiuntur, & per redditus terrarum uicinarum, non per redditus ueterum præteritorum annorum, sed percepti probātur per testes. Bal. in l. j. C. de fruc. & lit. expen. quem uide omnino in l. fundū. C. de rei uen. ubi dicit, quòd quando probantur per coniecturas, potest iudex deferre iuramentum in supplementum probationis, quod not. in l. in bonæ fidei. C. de re. credi. & in l. admonendi. de iureiur.

Fructus percipiendi dicuntur duobus modis: & de eorum materia uide in Spe. de fruc. & interesse. §. j.

Fructus percipiendi an non debeantur propter titulum. infrà, Malæ fidei possessor. uer. xxvj.

Fructus separati quomodocūq; pertinent ad usufructuarium. infrà, uer. Fructus usufructuarij. uer. j.

Fructus beneficij à solo separati cuius sint, mortuo rectore. j. Fructus beneficij. uer. xvij.

Fructus separati à solo existentes in facie fundi uenditi, pertinent ad uenditorem, & occupati ab emptore sunt restituendi: qui emptor ui occupans tenetur actione ui bonorum raptorum. l. ij. & ibi Bal. C. de actio. emp. Item separati sunt coloni. Bar. in l. ex diuerso. de rei uendi.

Fructus à solo separati per quemcūq;, fiunt bonę fidei possessoris. Flor. in l. si fur. aliàs l. Iulianus. de usufr. & l. si eius fundi. & ibi Bar. de rei uend.

Fructus extantes præscribuntur à bonæ fidei possessore, etiam sine titul. Bald. in l. j. ij. colum. C. de usuf. & fruc. leg.

Fructus tam extantes, quàm consumpti, præscribuntur triennio. l. sequitur. §. fructus. & ibi Bartol. ff. de usucap. Bald. in l. j. j. colum. C. de usur. & fruc. lega. Pet. de Sun. in l. eos. in fi. C. de usuris.

Fructus extantes quomodo petantur. infrà, Fructuum petitio. uersic. iij.

Fructus renascentes an debeantur. glos. doc. in l. damni. §. si is, qui uicinas. ff. de da. infe. facit glos. in l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obliga. in l. item. ff. arbofur. ce. & Flor. in l. defuncta. in fi. principij. ff. de usuf. glo. in l. rem. §. item quęcunq;. ff. de rei uend. & tex. in l. qui fundum. §. fundi uenditor. de contrahen. emp. & infrà, Fructus futuri. uersic. j. & ij.

Fructus consumpti ex bonis uiri per uxorē possessis percepti extenuant summam dotis. Bal. in l. si cui. C. de non nu. pec. no. in l. Titia. de sol. Innocen. in cap. ad nostram. de iureiur.

Fructus consumptos non reddit bonæ fidei possessor. suprà, Bonæ fidei possessor. & Bart. & doc. & Alexan. in l. insulam. §. j. sol. matri.

Fructus consumpti dicuntur, quando de eis nihil super est, nō quando conuersi sunt in patrimonium, adeò quòd quis est locupletior factus ex illis, secundum do. Mari. Soc. in consi.

An

An fructus rerum paraphernalium, &c. per l. idem seruandū. de lega.ij. & l. non amplius. in princ. & l. planè. circà medium. de lega.j. & Bal. in l. ubi adhuc. pen. col. ubi etiam per Bart. C. de iure do. dicit non dici consumptum, quando aliquid est emptum uel permutatum, uel aliter in corpus matrimonij conuersum: per dictam l. idem seruandum.

Fructus consumpti petuntur in æstimatione. infrà, Fructuū petitio. uer. iij. & xx. & præsumuntur consumpti ex longo tēpore. Bar. in l. eum. de his, qui ut indig.

Fructus futuri uenditi pro uno anno de uinea, uel fundo, debentur primi, non secūdi, si fundus bis fructat anno ex diuersa cultura: secus si ex uno tantùm. Flor. sing. in l. defuncta. ff. de usufr. Idem tenet Bald. in l. diuortio. solu. mat. & Alex. consi. xv. iiij. parte. & in l. bonę. §. hoc sermone. de uerb. signifi.

Fructus secundus renascens ex stipula. non debetur emptori fructuum. suprà, uer. Fructus renascentes. uer. unico.

Fructus futuri incerti anni dari possunt pro usuris. l. cùm non frumentum. & ibi Bald. C. de usuris. & l. si enim. eo. tit.

Fructus futuri, & incerti, an possint licitè emi, soluēdo preciū tēpore cōtractus sine reatu. Innoc. in c. in ciuitate. de usuris. Ioan. And. in addi. Spec. de usuris. in rubr. l. necessariò. de peri. & commo. rei uen. l. nec emptor. de contrahen. emp. Pau. de Cast. consi. xix. ij. col. quòd sic. & quòd non habet locum l. ij. C. de rescin. uend. no. ff. loca. Item §. fin. ubi dicitur, quòd nec emere, nec conducere eos quis prohibetur uili & paruo precio: licet contrarium exclament hodie prædicatores in pulpitis post sanctum Bernardinum: & tamen in hoc ualde aduertendum, secundum doc. ad conscientiam, quæ habet multos angulos: ut tenet Bald. in Marg. §. fructus. uer. ij. ubi dicit de iure, ut suprà, maximè in fructibus industrialibus, qui non habent certam quantitatem, uel naturam: arg. l. Modestinus. de don. l. sancimus. C. eod. tit. l. si ea lege. C. de usuris. Sed Bald. in rub. C. de usuris. iij. quæst. dicit, quòd est usura, si præsens numeratio precij ex causa damni uenditoris, non si sola promissio. & j. uer. fin.

Fructus futuri sunt incerti. l. si ea. & ibi Bal. C. de usur.

Fructus futuri incerti si uendantur, ualet contractus. j. Venditio de quibus. uersic. xix.

Fructus immaturi an colligi possint per usufructuarium finito usufructu ante tempus, quo erunt maturi. Bal. in l. si pater. C. de usufruct.

Fructus immaturi cedūt usufructuario finito tempore usufructus. l. si absente. §. syluam. ff. de usufr. Item,

Fructus immaturi cedunt emptori fructuum certi prædij pro certis annis: ut ibi per Flori. Sed non colono numis colenti. Flo. ibidem. & no. per gl. in l. pen. ff. de usufr. lega. & Flo. in l. defuncta. de usufr.

Fructus in alieno fundo seminati cedunt fundo, & solo. l. qua ratione. in princ. ff. de acqui. re. do. & Instit. de re. diui. §. qua ratione.

Fructus in herba an emi possint. s. uerb. Fructus futuri. uersic. iiij. & s. uer. Emptio.

Fructus computantur in Trebellianicam. Bald. in l. ij. C. ad Treb. nisi in filijs primi gradus. l. iubemus. & ibi doc. & Bal. eodem tit. Vide doc. & Ioan. de Por. in l. cohęredi. §. cùm filiæ. de uulg. & pup. Quod est uerum, etiam iussu testatoris: ut ibidem, & Bald. ubi suprà, & Barto. in l. Papinianus. §. unde. de inoffic. testa. Et uide Ang. in l. quod de bonis. §. quod auus. ad leg. Falc. & ibi Bar. dicit, quòd nepotib. imputantur, per l. in fideicōmissariam. ad Treb. Item percepti negligentia nō petētis non computantur in Trebellianicam. l. mulier. §. si hæres. ad Trebel. Sed percepti iudicio testatoris cōputantur in quartam: secus, si percipi potuissent à diligentissimo patrefami. l. deducta. §. ante diē. & ibi Bar. ff. eod. tit. Item percepti ante aditam imputantur in quartā, non percepti post. Bald. in d. l. iubemus. iiij. col. Vide omnino Pau. de Cast. consi. xc. & xcij. & in Spe. de testa. §. j. uersi. an fructus. † Et per Franc. Areti. in l. cum filio. de leg. j. in x. col. & uide Ang. in consi. cclxxxvj.]

Fructus non computantur in Falcidiam. no. in l. in fideicommissariam. ad Trebel. & Ang. in l. iij. ad leg. Falc. & in l. quod de bonis. §. fructus. eod. tit. per Bal. in l. ij. C. ad Trebel. & in l. iubemus. eod. tit.

Fructus computantur in Trebellianicam, etiam parentib. primi gradus institutis à filijs. l. filiusfamil. §. qui militis. & ibi. Bar. & doc. ff. ad legem Fal. Ang. in l. quod de bonis. §. quod auus. eod. tit.

Fructus pendentes computantur filio in legitimam, secundū Raph. in cōsi. & Ioan. de Por. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. uer. quæ ita. de uul. & pupil. Vide omnino l. iubemus. & ibi Bal. iij. col. C. ad Treb. & Bald. in authen. nouissima. j. col. C. de inoffic. test. ubi omnino uide. & in l. cùm scimus. §. illud. eo. tit. & in l. filium quem habentem. ff. fami. erci. doc. & Pet. de Sun. in l. fructus pendentes. de rei uen. Vide etiam Bald. in l. non est. C. fam. erci. Bartol. in l. Papinianus. §. unde. ff. de inoffic. test. ubi tenet fructus non computari in legitimam, nec Trebellianicam filijs primi gradus. & Paul. de Castr. in con. cxij. Item an in legitima parentum, per Bal. in repe. c. si pater. de testa. in vj. † Et Bald. in l. Papinianus. ff. de inoffic. testa. §. unde si quis.]

Fructus legitimæ an sint filio restituendi à bonæ fidei possessore. Bal. in d. l. non est. fam. erci.

Fructus an computentur in precium uenditionis factæ in fraudem usurarum. Bal. in l. j. C. de pig. actio.

Fructus pignoris an computētur in sortem. infrà, uer. Fructus pignoris. uer. j. & vj.

Fructus computantur in expensis: ut infrà eod. uersic. xj. glos. ordin. & Bald. & doct. in l. insulam. §. fructus. sol. mat. Quod uerum, etiam per malæ fidei possessorem, qui eos imputat in expensis factis causa culturæ, non in factis causa custodiæ. Bartol. in l. cùm quærtiur. §. prædijs. de legat. iij. & ibi omnino per Alexan. post Bartol. qui fuit sibi contrarius, nisi pro custodia antiqua, & ideo non repetuntur, secundū Angel. & Ioan. de Por. in l. quòd si nulla. de leg. j. uide Bart. in d. §. prædijs. Vnde

† Adde, quòd fructus in sortem computare non tenetur creditor habens proprietatem rei pignoratæ, quasi consolidetur tunc usufructus cum proprietate. text. & ibi Abb. in c. conquestus. de usur. Et nota etiam, quòd fructus etiam ex arboribus contingens debet computari in sortem, maximè si arbores sunt fructiferæ, puta uiridariū uel nemus, in quo incidūtur ligna, & uendūtur, & generaliter omnes fructus, quātumcunq; modici computantur in sortem: Abb. in cap. ij. de usur. Et an fructus rei pignoratæ attenuent sortem, & creditor teneatur computare sibi fructus in sortem, si erant percipiendi. uide plenè per Abb. in cap. j. eodem tit. & in c. conquestus. eodem tit. & in cap. j. de feu. & in c. ad nostram. el j. de iureiur.

Fructus per custodem rei perceptis ex re, an computentur in sumptibus factis pro custodia rei. s. eod. proxi. uer.

10 Fructus extenuant sumptus meliorationis. Bald. in l. super. C. de euic.

Fructus percepti ex re aliena computantur cum expensis factis in ea per possessorem bonæ fidei. l. in fundo. & ibi doct. de rei uend. non si res est propria fidei commisso subiecta. Alex. ibi per gl. sing. in l. emptor. eod. tit. & Bald. in l. in insulam. §. fructus. & ibi Alex. in fi. sol. mat. Bald. & Imo. in l. domos. de leg. j. ubi allegauit. d. gl. pe. singulariter.

Fructuum computandorum cum sumptibus exceptio quādo opponitur. Alex. in l. in fundo. de rei uend.

Fructus computantur in sumptibus factis etiam à bonæ fidei possessore in utilitatem rei, & non cedunt illi. Bal. in d. l. super. C. de euic.

Fructus non computantur in sumptibus factis per hæredē in re legata. Bald. & Io. de Por. in l. domos. de leg. j. per glo. in l. emptor. ff. de rei uend.

Fructus rei fideicommisso subiectæ non computantur in dotem. Bartol. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ad Trebel. ubi etiam dicit, quòd

Fructus consumpti per uxorem computantur sibi in dotem, si malitiosè consumpsit, nō aliàs. & Pau. de Cast. cons. cxxviij. & infrà.

Fructus cum pecunia, uel usuris, compensantur. l. minores. §. prædia. & ibi Bar. ff. de minori.

Fructus percepti pendente conditione, uel modo, computantur in Falcidiam, & Trebellianicam. l. mulier. §. alia causa. ff. ad Trebell.

Fructus cum precio cōpensanrur. l. emptor. in princ. & ibi Bar. ff. de rei uendic.

20 Fructus percepti à bonę fidei possessore computantur cum usuris, & sic indistinctè non cedunt eius lucro. Barto. in d. l. emptor. in principio, de rei uendic.

Fructus dotis an cōputentur in dote. infrà, Fructus dotis. uer. xiij. & per discursum.

Fructus compensantur cum sumptibus factis in re. Bal. in l. in insulam. §. fructus. ff. sol. mat. & glos. in l. emptor. de rei uendi. glos. & Bartol. in l. si mortis causa. ff. de don. causa mortis. Quòd uerum, etiam in bonæ fidei possessore, qui non recuperat sumptus, si debet restituere fructus: quia tunc computantur. in l. sumptus. & ibi Bart. & glos. in l. in fundo. ff. de rei uen. & suprà eo. uer. xj.

Fructus rei legatæ extenuant debitum, ad quod testator tenebatur legatario. l. quod de bonis. §. quod auus. ad leg. Fal. & ibi Ang. Quod uerum est, etiamsi sit naturale tantùm. l. mulier. §. cùm quæreretur. ad Treb.

† Fructus percepti per grauatum an computētur in legitimā, uel Trebellianicam ex dispositione expressa testantis: uide Raph. Cu. in consil. xxv. in iij. & iiij. col. circa medium. & in consil. lxv. in medio. uide eum in consil. lij. per totum. ubi pulchrè.]

Fructus beneficij an computentur cum sumptibus. infrà uer. Fructus beneficij. uersic. xxvij.

Fructus ueniunt ex possessione ciuili, non ex sola naturali. l. si fur. per Bart. de usufr. & in l. ij. §. ex cōtrario. de acqui. pos. & j. uer. Possessio naturalis. uersi. iiij. & in uer. Possessor lucratur. uer. ultimo.

Fructus non ueniunt in stipulatione de tradenda uacua possessione, nisi à tempore moræ. l. ratio. §. j. & ibi Bartol. ff. de ac. empti. uide in l. si stipulatus. & ibi Bar. ff. de usur.

Fructus an ueniant in donatione. in l. in ædibus. §. ex re. ff. de don. gl. & Bar. in l. Nesennius. §. fundum. de re iudi.

Fructus non ueniunt in uerbis, Quicquid ad te peruenerit. l. hæredes mei. in princ. ff. ad Trebell. Bartol. in l. Mæuio. §. à me. in fin. de lega. ij. uide in l. Lucius. eodem tit. & j. uerbo, quicquid. uersic. ij.

Fructus non ueniunt in petitione hæreditatis, & iudicio familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum, nisi quatenus quis sit locupletior factus. Bal. in l. j. iij. col. C. de usur. & fruc. lega. & infrà, l. non est. & ibi Bartol. C. famil. ercis. l. pen. & ibi gl. & doct. ff. eod. tit. & j. Fructus hæreditatis. uersic. antepen.

Fructus ueniūt in restitutione, etiam quos actor petiturus nō fuisset. l. cùm hæreditas. & ibi Bar. ff. de peti. hæred.

Fructus in actione rescissoria ueniunt. l. nec non. §. in actione. ff. ex quibus cau. maio.

Fructus non ueniunt ante moram in fideicommisso uniuersali. l. iubemus. C. ad Treb. secūdum Bal. in l. j. j. col. C. de usu. & fruc. lega.

Fructus non ueniunt in restitutione, si quatuor interueniant: primò bona fides: secundò, si sunt industriales, uel quasi: tertiò, quòd bona fide consumpti sint: quartò, ut ad eos nō sit obligatus. Bald. in l. j. iij. col. C. de usu. & fruc. lega.

10 Fructus ueniunt in iudicio possessorio recuperandæ possessionis. c. grauis. de resti. spolia.

Fructus ueniunt in reuocatione attentatorum. c. bonæ. & ibi Phil. & Bal. de appell.

Fructus ueniunt usq; ad id tempus, quo desierint posse percipi. l. si hominem. & ibi Bar. ff. de rei uen. & à quo tempore ueniant. Bartol. in l. penult. ff. de tritica. & in l. uideamus. §. j. ff. de usuris.

Fructus non ueniunt ex officio non excitato. l. j. in princ. per Bald. C. de his, qui ut indig.

Fructus non ueniunt ex possessione authoritate sentētiæ, quę sit nulla. infrà, Fructus lucratur. uersi. iiij.

Fructus non ueniunt in obligatione rem tradi, nec rem dari. l. si stipulatus. & ibi Bar. ff de usuris.

Fructus an ueniant in restitutioné ab eo, qui habuit titulum. Bar. quòd non, quando agitur rei uendicatione. in l. in fideicommissi. in princ. de usuris.

Fructus ueniūt ex mora. Bal. in l. si soror. C. de coll. per l. filius. in fi. ff. de col. dot. & infrà eod. uersic. xxxj.

Fructus hæreditatis an & quādo ueniant in substitutione. infrà, Fructus hæreditatis. uersi. v. cum duobus seq.

Fructus non ueniūt, nisi à tempore litis cōtestationis in actionibus stricti iuris. l. si filius. §. cùm fundū. & ibi doct. & Alex. de uerb. oblig.

20 Fructus officio iudicis ueniunt etiam in cōtractibus bonæ fidei. Ang. & Alex. in l. si marito. §. si fundum. sol. mat. Bal. in l. j. C. de usuris, & fruc. lega. in fi.

Fructus ueniunt in iudicio communi diuidundo inter socios cōmunicandi. infrà, Fructus cōmunicantur. uer. iij. & fin.

Fructus bonorum confiscatorum ipso iure cedunt fisco simul cum bonis. Sed

Fructus bonorum confiscandorum per sententiam, percepti ante sententiam, non ueniunt in confiscatione, unde nō cedunt fisco. Bald. in auth. incestas. in fi. C. de incest. nup. Vide gl. no. in auth. eod. tit. in prin. & per Bald. in c. j. in fi. de pace tenen. in usi. feu. & infrà, uerb. Publicatio bonorum. uersic. iiij. cum duobus seq. & Ang. Are. in trac. Maleficiorum. uer. Bona publicamus.

Fructus ueniunt post litem contestatam. l. uideamus. §. j. & ibi Bar. ff. de usuris. l. cùm fundū. in prin. ff. si cer. peta. l. si filius. §. j. de uerb. oblig. Item,

Fructus ueniunt post litem cōtestatam in interdicto, quorum legatorum: nam legatarius, uel fideicōmissarius conuenti ut restituant hæredi rem legatam, uel ex fideicōmisso debitam, ut de manu hæredis recipiant, debet etiam fructus restituere post litem contestatam perceptos, non antè. glo. est in l. diuersum. §. ex hoc. ff. quorum lega.

Fructus percepti post conclusionem in causa ueniunt officio iudicis. Bal. in l. cùm propria. in fin. C. si quis alteri, uel sibi.

Fructus ueniunt in hypotheca, nisi sit præscriptum. Bald. in l. eos. C. de usuris. & not. in l. si fundus. §. in uenditione. ff. de pig. ubi dicitur, quòd fructus extantes ueniunt, nisi sint seminati ab emptore, possessore conuento. Item non extátes mala fide consumpti, alij non: ut ibidem.

Fructus percepti negligentia non petentis, non restituuntur etiam ab hærede coacto. l. ita tamen. §. si seruum. & ibi Bart. ff. ad Treb.

Fructus, etiā non petiti, ueniunt in sententia in uniuersalibus, non aliàs. Baldus in l. cùm propria. C. si quis alteri, uel sibi. & Bald. in l. j. C. de fruc. & lit. expen. & Alexan. in l. item uidendum. §. item non solùm. de peti. hære. glos. in §. j. Instit. de offic. iudi. & Alexan. in l. ex diuerso. §. j. ubi de rei uendi. & per Bal. in l. properandum. §. sin autem alterutra. de iudi. & in rub. C. de fruct. & lit. expen. & Bar. in l. ij. C. de peti. hæred. Item sententia condemnatoria ad rem restitui comprehendit etiam fructus. Bald. in d. rub. & Alexan. in d. §. ubi. in fin. Et de materia uide infrà, §. Fructuum petitio. uersi. ix. & §. seq. uersi. pen. & per Alexan. plenius in l. si marito. §. si fundum sol. mat.

30 Fructus medij temporis an ueniant, quādo post multos annos peremptos una instantia iudiciū denuò inchoatur. gl. & doc. & Bal. in l. ij. C. de fruc. & lit. expen.

Fructus in actionibus bonæ fidei ueniunt ex mora. in Spe. de offic. om. iudi. §. vj. in princ.

Fructus adeò ueniunt in restitutione rei, quòd nisi & hi restituantur, non dicitur res restituta. in Spec. de primo & secundo decreto. §. iij. uer. in reali.

Fructus post litis contestationem percepti ueniunt officio iudicis. in Spec. de appel. §. x. uer. sed pone. in Spec. de expen, §. iiij. uer. hoc quoq;.

Fructus an ueniant in fideicōmissi restitutione. in Spec. de testa. §. j. uer. an fructus. & j. Fructus hæreditatis. uersi. iiij.

Fructus ueniunt in rei uendicatione. in Spe. de actio. seu peti. §. ij. uer. & not. quòd iudicium.

Fructus præscribuntur etiā sine titulo, & bonæ fidei possessore, si extant. Bal. in l. j. ij. col. C. de fruct. & lit. expen. uidelicet triennio. l. sequitur. §. fructus. & ibi Bar. de usucap. & Pet. de Sun. in l. eos. in fine. C. de usuris. scilicet si petūtur ut sui, uel debentur officio iudicis. Bald. ibi. & per Alex. in d. §. fructus.

Fructus rei mobilis percepti intra terminum usucapionis per usucapientem bonæ fidei possessorem, an sint usucapientis. Barto. in l. iij. C. quod metus causa. & suprà, Bonæ fidei possessor,

sessor,&c.uersic.xviij.& melius in uersic.x.

Furiosus heres non implens uoluntatem defuncti intra annũ, an priuetur hæreditate. Bal. in authen. hoc amplius. in lect. anti. j. q. C. de fideicom.

Furiosus hæres patris etiam non agnitam hæreditatem transmittit ad hæredem, etiam extraneum, sed hæreditatem extranei non. Ang. in l. Antistius. §. fi. ff. de acq. hær. no. in l. fi. §. pe. C. de cu. fur. & ibi Bar. & tenet Bal. in l. potuit. C. de iure delib. legata uerò transmittit. Bald. ibidem.

30 Furiosus non tenetur de delicto, uel homicidio commisso, etiam ante furorem, ut ex eo possit criminaliter puniri. Bal. & Iac. de Alua. in c. j. an illi qui interfe. fra. do. sui. nisi constaret de simulatione furoris. l. obseruare. de cur. fu. l. diuus. de off. præsi. & Bart. in l. congruit. eod. tit. & Bald. in l. si furiosum. C. qui te. fa. pos. & Barth. Cæp. in cautela viij. Et est uerum, etiamsi ante furorẽ fuit condemnatus, secundum Bar. in l. ex facto. vj. col. uersi. quintò requiritur. de uulg. & pup. & per Alex. ubi s. sed eius bona cõfiscantur, secundum Bal. in d. l. furiosum. † Et per Franc. Aret. in d. l. ex facto. in penul. col. in medio.]

Furiosus gaudet omnibus priuilegijs pupilli, & minoris. gloss. ord. in l. ij. C. de cura. fur. Bald. in l. ij. C. qui admit. & in c. j. ij. col. de benefi. pa. in usi. feu. Ioan. And. in addi Spe. in rub. de præscrip. & Barth. Cæpo. in l. eum, qui uectigal. vij. col. de uerb. sig. † Adde Felin. in c. cùm non liceat. de præscrip. circa fin. iij. col.]

Furiosus non potest contrahere matrimonium. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. c. dilectus. de sponsalibus. xxxij. q. vij. neq; furiosus. gloss. in c. ex eo. de elect. in vj. & Alex. consi. liiij. j. parte. & in Spe. de spon. & matri. §. iij. ad fi. ubi ponit qualiter formetur libellus, ut matrimoniũ soluatur: si uerò furor superueniat, non rescindit matrimoniũ antè contractum. l. furor. ff. de spon. & Bart. in d. l. patre. & l. si cùm. §. si maritum. ff. sol. ma.

Furiosus per interualla dilucida non potest esse arbiter. sed iudex sic. glo. in l. cùm furiosus. ff. de iudi. & ibi Bart. sed Ang. & Mod. ibi contrà.

Furiosus restituitur in integrum, sicut minor. l. sanctionis. & ibi Bald. C. de excus. tuto. l. ergo. & ibi Bart. ff. ex quib. cau. maio. Bald. Pau. & Alex. in l. Marcellus. de fideius. per Bart. in l. j. de bono. poss. furio. in fan. dela. & in l. si infanti. post Cyn. C. de iure delib. & Bald. in l. fi. in fin. C. qui admitti. in l. si procuratorem habens. de in integr. resti. mi. & Io. And. in Spec. de rescrip.

Furiosus perdit possessionem, si eam diu non retinuit per se, uel per alium. Bald. in l. si is, qui. ff. de acquir. poss.

Furiosus per dilucida interualla an præsumatur contraxisse, uel testatus esse tempore interualli, uel tempore furoris. in Spec. de prob. uer. sed pone. & ibi Bald. in addi. uer. an habens. & omnino per Bal. & Alex. in d. l. furiosum. & Bar. in l. nec codicillos. in fin. C. de codicil. ubi dicit, quòd fiant positiones, quòd semel tantùm fecit testamẽtum, & quòd tunc loquebat fatuè, & similia. & omnino per Alex. consi. lxxxvj. ij. parte. Et sciendum, quòd si fuit furiosus antè, debet probari, quòd tempore contractus fuit sanæ mentis: aliàs non ualet. glo. not. in c. fin. de succe. ab intest. Lanfran. in c. quoniam contra. uersi. testes. pen. char. de prob. Io. And. in Nouella. in d. c. fi. & Bal. in Mar. uer. testator. uer. pe. & j. §. proximo. uersi. viij. Et de testamento furiosi habentis interualla dilucida, uide Alex. consi. cxlj. j. parte.

Furiosum quem esse, debet probari per allegantem. l. nec codicillos. C. de codicil. quia nõ præsumitur. j. eo. uer. xxxviij. & §. prox. uersi. ij.

Furiosus non ligatur iuramento. Bar. in l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel. Bald. in l. ij. x. q. C. de rescind. uen. ubi dicit idem in demente, & phrenetico, qui non potest contrahere, uel testari.

Furiosus quis non præsumitur. l. fi. & ibi Bald. C. de hære. inst. l. nec codicillos. C. de codicil.

40 Furioso interdicitur administratio per iudicem, nõ à lege. glo. Bart. & Nico. de Neap. in l. j. ff. de cur. fur. Sed Alex. in l. is, cui bonis. de uer. obl. dicit secundũ omnes in d. l. j. quòd ipso iure est interdicta.

Furioso quomodo detur curator. no. in l. obseruare. de cur. fur.

Furiosus in bonis curatoris præfertur alijs creditoribus. l. & mulieri. §. in bonis. ff. de cur. fur.

Furiosus an succedat in feudum. Bald. quòd non, in l. fin. C. de suis, & legi.

Furiosus inuasor an teneatur ad pœnam. l. si quis in tantam. C. unde ui. per glo. & doct. ibi.

Furiosus dicitur, qui loquitur fatuorum more: uel qui à patre uel consanguineis reputatus est furiosus: uel si publicè & communiter reputatus est furiosus: uel si nescit exprimere quod uelit: uel quòd ordinatam memoriam non habet. Ita Alex. consi. liiij. j. parte. & j. §. proximo. uersi. j. & plenius per Alex. in l. si cùm dotem. §. si maritus. sol. matri. ubi etiam dicit probari ex eo, quòd est retentus in carcere à coniunctis, uel quòd uadit ridendo per uicos, uel quòd corpus suum iussit proijci in mare, uel quòd iussit se sepeliri de nocte, uel cum sonis & cantibus, & sine luctu. Quod ultimum tenet Lud. in l. j. in prin. de uerb. oblig.

Furiosus dicitur ex consuetudine, quòd proijcit lapides more insanorum, & non calore iracundiæ. Et hoc articulandum, & probandum est, non quòd simpliciter lapides proijciat: quia etiam sapientes quandoq; lapides proijciunt, ut pro sui defensione, uel in uenatione, uel ex alia causa iusta. Bal. in §. item furiosi. Insti. qui te. fa. pos. & Alex. in l. si cùm dotẽ. §. si maritus. sol. ma.

Furiosus, & mente captus, quomodo differant. Bald. in l. si furiosi. C. de nup. & in l. ij. C. de cur. fur. & Ang. & Imo. in l. ex facto. xliij. col. ff. de uulg. & pupil. & Bald. in l. humanitatis. iiij. col. C. de impu. & ali. substi. ubi declarat de mente capto dupliciter. consi. liiij. iij. parte, quòd furiosus est cum impetu & rabie: mente captus uerò sine rabie. Ang. ubi s. dicit, q leges loquentes de uno non habent locum in alio. & tenet Alex. in l. si cùm dotem. §. si maritus. sol. ma.

Furiosus tutor authorando habetur pro nõ tutore. l. nec mandante. de tu. & cu. da. ab his.

Furiosus non consentit. l. ij. & ibi Bald. C. de contrah. emp. & in Spe. de libel. concep. §. xiij. uer. item. in fi. nisi consentire non possit propter solum furorem: ut j. eod. uer. lxiiij.

50 Furiosus etiam ad piam causam non testatur. Bartol. in l. j. j. q. de sacrosan. eccle. in repeti. * Ioan. Crot. consi. v. nu. 23. * Æmilius Maria Manolessus.

Furiosus filius institutus debet habere alimenta & fructus interim, donec resipiscat. Bald. in l. humanitatis. xvj. col. C. de impub. & alijs subst.

Furiosus incidens testamentum conditum ante furorem, non uidetur illud reuocare. l. fin. & ibi Bartol. ff. de iniust. testamento.

† Furiosi, uel fatui donatio, an reddatur inualida, & an incũbat onus probandi furorem, uel sanam mentem: uide do. Pet. Phi. Cor. in consi. ccxix. Licet per totum. in iij. parte.]

Furiosus conualescens potest retinere, & repudiare hæreditatem per procuratorem suum aditam tempore furoris. Bal. in l. potuit. v. q. C. de iure delibe.

Furiosi frater posthumus excludit substitutum exemplarem

datum fratri furioso. Bald. in l. humanitatis. v. differentia. C. de impu. & ali. subst.

Furiosi filius excludit substitutum patri furioso: quia facit deficere substitutionem. Bald. in l. humanitatis. iiij. differentia. C. de impu. & alijs subst.

Furiosus tempore dilucidi interualli reuocare potest substitutionem sibi factam à parentib. Bald. in d. l. humanitatis. viij. differentia. & in iiij. opp.

Furiosus dicitur carere dolo, & exhæredari non potest. Bal. in l. humanitatis. iiij. col. de impu. & ali. substit.

Furioso per dilucida interualla dari debet curator, qui habet intercapedinem temporis, sicut furor. Bal. in l. furiosum. C. qui testa. fa. pos.

Furiosus per sententiam condemnari non potest. in Spec. de sententia. §. viij. uer. item est nulla. & j. uer. Sententia nulla. uersi. lx.

60 Furiosi confessio facta non ualet. in Spec. de confessis. §. ij. uersic. xiij.

Furiosus si concedat titulum rei, habetur pro non titulo. j. uer. Titulus. uer. lxx.

Furiosus non agit pro se, uel filijs, sed eius curator pro eo. in Spe. de lib. concep. §. iij. uer. item. in fi.

Furiosus si cótrahat matrimonium cum aliqua credente eum esse sanæ mentis, qualiter formetur libellus, ut matrimoniũ rescindatur. in Spec. de sponsa. & matrimo. §. iij. in fin.

Furioso facta nunciatio noui operis ualet. in Spe. de ope. noui nun. §. j. ad fi.

Furiosus habetur pro consentiente, cùm propter furorẽ consentire non potest, si non subeat alia causa contradictionis. Pau. de Cast. consi. clxxiiij. ubi dicit uerum, si esset casus, in quo cogeretur consentire, si esset sanæ mentis: ut ibi per l. ij. §. uoluntate. so. ma. aliàs non habetur pro contradicente, & inuito. l. inuitum. ff. de serui. urb. præd.

† Furiosus habetur pro consentiente in casu, in quo si fuisset sanæ mentis, non habuisset causam contradicendi: aliàs secus. Alex. in l. ij. §. uoluntatem. in ij. col. in ult. no. & Ias. in iij. col. in vij. no. ff. so. ma.

Furiosus an citetur. not. in l. condictionem. de cond. fur. & ibi per Bartol.

Furiosus an possit baptizari. s. uer. Baptismus. uersi. xxxj.

Furiosi sunt in uinculis, uel carcere detinendi. no. Alexan. post Bart. in l. congruit. de off. præsi.

Furiosi iudicis sententia quando ualeat. infrà, Sententia. nulla. uersi. xxxix.

Furiosi coniunctus potest omnia, etiam requirentia speciale mandatum. s. Coniuncta persona. uersi. xxxij.

Furor dicitur esse in eo, qui habet uoluntatem in habitu, licet non in actu. Inno. in c. j. de baptismo. Bal. in Mar. uer. furiosus. Item qui eligit malum, cùm possit eligere bonum. j. uer. Stultus. in principio. Item qui legat imposibilia. in l. apud Iulianum. in fin. de leg. j. Item qui proijcit lapides uel panem. glo. & doct. in l. si cùm dotem. §. sin autem in sæuissimo. & §. si maritus. ff. so. ma. & s. l. ij. C. de Iudæis. nisi proijciat causa se defendendi: secundum Ludo. Pon. in fin. uer. Furiosus. ubi nihil allegat. Et pro furore probando uide omnino Alexand. in consi. liiij. j. parte. & s. §. proximo. per discursum. Item qui clamat per ecclesiam præsente populo: per no. in l. quidam in suo. de cond. inst. & in l. ob quæ uitia. de ædil. edi. & in d. l. ij. C. de Iudæis. Item in eo, qui stultè loquitur. l. is, qui. §. diuus. de tuto. & cura. da. ab his. & ibi Bar. & idẽ Bart. in l. ij. ff. de bon. posses. infan. fur. dela. & in l. ij. ff. de testa. & glo. in l. nec codicillos. de codicill. & Lanfr. in c. quoniam contra. uersi. testes. pen. charta, de probatio. & in d. l. quidam in suo. & gloss. xvij. q. ij. Consaldus. xlvj. distin. c. j. de successio. ab intesta. c. fin. per Host. & Card. in clem. j. de homici. quod probatur ex dictis & factis. Vide omnino Alexand. in l. furiosum. qui testa. face. pos. Quod uerum est etiam in testamento, si proferat uerba stulta. l. apud Iulianum. §. constat. & ibi Bart. de lega. j. Et si dubitatur, an sit sanus mente, debet consuli medicus. Bart. in d. l. ij. de testam. Item scias, quòd Bart. in d. l. quidam in suo. dicit posse probari contrarium, scilicet quòd clamans per ecclesias non faciebat ex furore, sed ex loco, uel causa contritionis, & humilitatis, propter quam se, & corpus suum contemnebat. Item qui malè agit, j. Stultus. uersi j. & per Bald. in Marg. uer. Testis. xvij. col.

† Adde, quòd furor est ira accensa non differens re ab ira, sed secundum magis & minus, secundum beat. Tho. super Psal. xxxvj. & dicitur Græcè ὀργή.

† Furor & infirmitas mentis, licet non uideatur, tamen præsumitur ex sermonibus, qui conueniunt furiosis, & fatuis. do. Pet. Philip. Corn. in consi. xxij. incip. Visis. & in litera E. in iiij. parte.]

Furor non præsumitur, nisi probetur. Bartol. in l. filium. de acquiren. hæred. l. fi. & ibi Bald. C. de hære. insti. & l. nec codicillos. C. de codicil. Quod uerum est, etiam ex infirmitate, nisi constet ex actibus, uel uerbis: sed in dubio standum est iudicio medici. Bar. in l. ij. ff. de testib. uide glo. xvij. q. ij. Cósaldus. quod debet probari per allegantem. & j. eo. uer. ix.

† Furor per quos actus probetur: uide do. Pet. Phil. Corn. in consi. xxij. incip. Visis. per totum. in iiij. parte.]

Furor superueniens impedit gerenda, non autem ântè gesta: & sic reuocat mandatum, quo ad gerenda, non quo ad iam gesta. l. qui seruum. & l. si quis alicui. & ibi Bart. de acq. hær. no. in l. furor. de sponsa.

Furor superueniens in gerente negotia aliena, & promittente de rato, non impedit ratificationem. l. bonorum. ij. respon. ff. rem ra. hab.

Furor superueniens non tollit dignitatem uel dominiũ. l. qui furere. & ibi Bart. de sta. ho. & an mandatum. j. uer. Mandatum finitur. uersi. xviij.

Furor est uitium. Bal. in l. iij. C. qui admitti.

Furor aliquando fingitur. l. obseruare. de cura. fur.

Furor ex præterito non præsumitur in præsenti, nisi probetur, cùm præsumatur cessasse. Bart. in l. ij. de bon. pos. furi. infandela. & Bald. in l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. & s. §. proxi. uersi. xxxv. & tenet gloss. singu. & ibi Card. x. oppo. in c. fin. de succes. ab intest. & Car. in cle. j. ij. q. de homicidio. ubi infert ad quæstionem, quòd si agitur ex cótractu mutui, & opponitur, quòd debitor erat furiosus tempore contractus, si replicatur, quòd habebat dilucida interualla, certè probato furore infringitur cótractus, dummodò probetur furor antè: nec sufficit probari dilucida interualla, nisi specialiter probetur, quòd tempore contractus erat nõ furiosus, secundum Car. ubi s. facit iij. q. viij. indicas. & in regula, semel. in vj. & s. §. proximo. & d. uer. xxxv. & plenius per Alex. in l. furiosum. C. qui testa. fac. pos. & j. & Alex. in consi. lxxxv. ij. parte. & in consi. lxxxvj. ead. parte.

Furor debet probari per allegantem. Card. in clem. j. de homicid. ij. q. & per gloss. in d. c. fi. de succes. ab intesta. & s. eod. uersi. ij. in fin. Quod uerum, si aliàs non fuit furiosus: aliàs secus. Alex. in l. furiosum. C. qui testa. fa. po. & in suo consi. lxxxvj. ij. parte.

10 Furor à natura inducitur quandoque, scilicet quando parentes furiosè concipiunt, & furiosè cogitant in coeundo, secundum Naturales, & Ludo. Pon. in sing. uerbo, Filius. uersi. pater.

Furor probatur per signa. Bar. in l. si quidem. C. so. matrim.

Furor filij superueniens post conditum testamentum, nõ tollit testamentum. per Bal. in l. humanitatis. iiij. q. C. de impube. & ali. substi. & Bart. tenet in l. ij. & in l. qui in potestate. §. sed & si. de testa. & in l. eius, qui. §. j. eod. tit. & in l. j. §. exigit. de bo. poss. secundum tab. sed secus, si antè. Bar. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eod. tit.

Furor præsumitur durare triennio. Bald. in § item furiosi. Institu. de testa. Alex. in l. furiosum. C. qui testamen. face. pos. imò perpetuò: ut ibi plenius per Alex. & s. eodem. uersic. viij. & Card. in cap. cùm inter canonicos. de elect. ubi dicit idem, licet alius morbus anno durare præsumatur. Sed certè textus in d. c. cùm inter. loquitur de furore, ut post annũ cessasse præsumatur.

Furiosus licet loquatur mistim sapienter, & fatuè, præsumitur semper furiosus. Alex. ubi s. & Bart. in tract. de teste. in articulo, opposita prudentiæ, &c.

Furor superueniens non tollit contractum prius factum. l. furere. & ibi Alex. de sponsa.

Furoris signum est, non præponere filios extraneis. Alex. cósi. cxlj. j. parte.

Furor

Furor æquiparatur morti. Bald. in d. l. humanitatis. per l. si quis alicui. de acq. hær.

Furor non tollit iurisdictionem, sed impedit exercitium. l. iudex. & ibi Bart. ff. de iud.

Furor non tollit patriam potestatem. l. patre furioso. & ibi Bar. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iuris.

10 Furor non probatur per testem non reddentem rationem sui dicti. Bald. in l. furiosum. & ibi Pau. de Cast. C. qui test. fa. pos. Quod est uerum, etiamsi de causa scientię non interrogetur, secundum Pau. de Cast. & ibi Bald. in l. solam. C. de testib. & in l. cùm hi. §. j. ff. de transact. & Inno. in c. cùm causam. de testib. sed probatur per testem dicentem esse furiosum, quia uidit. Angel. in authen. ut cùm de appel. cog. §. si quis.

Furori cedendum est. Vnde uersus:

Dum furor in cursu est, currenti cede furori.

in Spe. de aduo. §. v. uer. item stando.

Furnum rurale dicitur prædium rusticum. Bald. in l. certi. iiij. q. C. locati.

Furnum iuxta parietem communem an liceat habere. in l. si seruus seruum. §. si furnum. ff. ad l. Aquil. & in l. quidam Iberus. de serui. urba. prædio. & Bartho. Cæp. in tract. de serui. urb. cap. de furno.

Fur esse quis non debet, sed potius mori. gloss. est xij. q. ij. fraternitatis. nisi ob necessitatem famis. de conces. dist. v. discipulos. & de fur. c. iij. Card. in cle. j. v. oppo. de homici. † Dicitur lingua Græca κλέπτης.

Fur moroso comparatur, & contrà. Bartol. in l. quod te. ff. si cer. pet.

Fur furans frumentum de horreo communis debet deportari. l. nulli. C. de cond. in horre. pub. & ibi Bart. lib. x.

Furi depositum restitui debet, nisi bona sua sint confiscata, uel nisi dominus rei petat rem sibi restitui. Bal. in rub. C. depositi. per l. bona fides. ff. eod. tit.

Fur ubi reperitur potest suspendi. Bal. & Pet. de Su. in l. ij. C. de sen. ex pericu. rec. quod dic uerum, ut j. eod. uer. xxxiij.

Fur debet habere pacem ab offenso, id est à domino, cui furatus est, si uult relaxari uigore statuti, quòd habens pacem relaxetur de carcere: secundum Bart. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica.

Fur licet restituerit rem domino, tamen potest conueniri actione furti ad pœnam. Bart. l. sed & si unius. §. si ea mente. ff. de iniurijs. uide Bar. in l. hoc edicto. ff. de publica. l. qui ea mente. ff. de furtis. Idem est in raptore restituente rem ante iudicium motum. l. non prodest. ff. de ui bon. rapt. glo. in c. quòd sicut. §. fi. de electio. quæ dicit secus in gabellario auferente rem. per l. j. §. j. ff. de publican.

Fur repertus in domo, qui nondum cœpit furari, qualiter puniatur. no. in l. saccularij. in prin. & ibi Barto. quòd punitur pœna arbitraria. ff. de extraord. crimi. & Bald. in l. si quis non dicam rapere. ij. col. de episc. & cle. Dic quòd aut quæris de ciuili: & dic ut in l. uulgaris. §. qui furti. de fur. & ibi per Bar. Aut de criminali: & non punitur ut fur, sed damnatur in opus publicũ: uel si uult, debet damnari pœna fustigationis. d. l. saccularij. §. j. Itē potest puniri actione iniuriarum arbitrio iudicis. l. qui domũ. ff. de iniur. secundũ Lud. in sing. uer. utrum ille. Sed etiam uide Ant. de But. in c. j. de eo, qui mit. in pos. cau. rei ser. & per Archi. plenius, xvij. q. j. qui bona. & per Bald. ubi s. & per Cataldi. de Visso. in tract. singu. q. cxcvj. quod etiam in pœna fustigationis, uel ex arbitrio iudicis potest puniri.

† Furem capiens propria authoritate, & illum ducens ad iudicem, an perdat commodum pœnæ legalis: & quid si caperet rem à fure propria authoritate: uide Ias. Inst. de actio. in prin. in x. col. uer. item aduerte, quòd capiens.

Fur in foro conscientiæ nō tenetur ad pœnam dupli, uel quadrupli. glo. sing. xij. q. ij. fraternitas. Bald. in l. quibus diebus. §. dominus. in fi. & ibi Io. de Pra. ff. de cond. & demon. Bald. in l. post. in fin. C. de fur. & in l. id, quod pauperibus. ix. q. C. de epi. & cle. vj. q. j. imitare. Ludo. Pon. in rub. de arbit. in fi. & j. in uer. pone, petitio. uer. xxij. † Et Ias. May. Inst. de ac. §. sed istæ. num. 119.

10 Fur non repetit expensas ab eo factas equo, uel rei furtiuæ. glo. & Bal. in l. si inuito. C. de infan. exposi.

Fur absolutus in actione furti potest condemnari in condictione furtiua ad restitutionem rei. l. si pro fure. & ibi Bart. ff. do cond. fur.

Fur tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos. l. si urbana. in fin. de condi. inde. l. si pignore. §. si prædo. ff. de pig. act. l. in re furtiua. in fin. de cond. fur. l. si nauis. §. fin. de condi. furt.

Fur consuetus quis dicatur. gloss. & Bald. in l. nemo. C. de episcopa. audi. Cyn. in l. ij. C. de re. credi. & iureiur. Bartol. in l. capitalium. §. famosos. de pœnis. Bald. in authen. sed nouo. C. de ser. fugi.

Fur liberatur à pœna, si rem præsentem domino promittat stipulanti. Rapha. Cu. in l. scire. §. fin. de uerb. obl. & per Bal. in l. subtracto. C. de furtis.

Fur tenetur ad rei restitutionem per condictionem furtiuam, sed re perempta tenetur ad æstimationem. l. scire. in fi. & ibi doct. & Io. de Por. de uerb. ob. Item potest conueniri ad restituendum rem, uel etiā ad dandum, maximè re perempta. Bart. ibidem & per Bald. in d. l. subtracto. Sed. Bart. in l. j. C. quod me. causa. dicit posse peti rem & æstimationem, etiam re perempta.

Fur in tortura an possit interrogari de socijs. Bart. in l. repeti. §. j. de quæstionib.

Fur capi potest per quemcunq;, & duci ad iudicē. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. in Spe. de actore. uer. sed pone, nemo. † & de accu. §. j. uersi. sed tamen. † Et per Fel. in c. ij. de hom. in princip. quòd potest capi, dummodò repręsentet iudici intra uiginti horas.]

Fur nocturnus si recognoscatur, occidi non potest. Barto. in l. furem. ff. de sica. & in Spe. de actore. uersi. item quod uult. & de accu. §. j. uersi. hoc tamen. Item nec pro furto paruo; ut j. eod. uersi. xxvij. Vide Alex. consi. cxlij. ij. parte. & j. uerbo, † Malefactor. uer. vij. † Et per Fel. in c. ij. circa medium. j. col. uide Fran. Are. in l. j. C. quando liceat unicuiq;. & do. Ia. Insti. de iud. in prin. nu. 68.]

Fur confessus potest ex eodem processu condemnari ad interesse partis. Inno. in c. omnimodam. de accusa. Bald. in l. ij. ad fi. C. de eden.

20 Fur tenetur ad dandum. l. eum, qui. §. j. & ibi Alexand. ff. de iureiur. ubi infert, quòd ideo ualet stipulatio dandi facta cum fure.

Furis appellatione in statuto non uenit is, qui ingreditur propria authoritate possessionem beneficij, furans rem sibi debitam. Alex. in l. eum, qui. de fur.

Fur tenetur stare iuramento furtum passi de ualore rerum, sicut inuasor: per l. si quando. unde ui. j. Iuramentum quibus, & contra quos. uersi. xiiij.

Fur non dicitur auxiliator, uel consultor furis, licet pœna furti teneatur. Instit. de obliga. quæ ex quasi delic. nascun. §. interdum. & Alex. in l. iij. §. si rem. de acq. poss.

Fur semper est in mora, & ideo tenetur de periculo rei furtiuę, etiamsi res fuisset eodem modo peritura apud dominum. Bart. in l. merito. ff. de ui, & ui ar. & in l. qui furtũ. & ibi Bart. de condi. fur. & in l. fi. eo. tit. & l. subtracto. & ibi Bart. & Bal. C. de fur. ubi dicitur uerum, nisi moram purgauerit offerendo. Vide in l. parui. de condi. fur. Item nisi mora esset extincta nouatione uoluntaria. Item nisi interuenerit stipulatio, non animo nouandi: quia fur de interitu rei non tenetur. Bald. ibidem.

Fur deprehensus in furto debet puniri, nec punitus debet relaxari, nisi rem furtiuam restituat domino. Bal. in addi. Spe. de sententia. uer. captus.

Fur famosus, & publicus dicitur, qui tria furta fecit, & suspendi debet laqueo. Bald. in l. nemo. C. de episcopa. audi. quam etiam uide post glo. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugi. & Bar. in l. capitaliũ. §. famosos. & ibi Ale. de pœnis. & Ang. in d. auth. non autem, si una uice plura subtrahantur, secundum Ang. ibi per l. eũ qui. §. idem. ff. de fur. Item nec si pluribus uicibus continuatis quis uadat ad dolium uini, & de eo extrahat plura uasa diuersis uicibus continuatis horis: uel si uadit ad aceruum frumenti pluries tempore continuato: quia unicum furtum censetur. Ang. ibi. adde j. Receptator. uersi. xj. Item qui armis, uel ui aufert. Alex. & Ang. in d. §. famosos. & infrà, Latro. Item qui fecit unum furtum magnum:

gnum: secundum Bald. in d. authen. Sed ibi Sali. tenet contrà: & sequitur Rapha. & Paul. de Cast. contra Bald. & do. Alexan. de Imol. in consi. obijcitur carcerato, &c. Idem tenet Bald. in c. j. §. iniuria. uersi. furtum. de pace iur. fir. ubi allegat Cy. in d. authen. sed nouo iure. sed Cy. ibi nihil dicit, & idem tenet Abb. in c. inter alia. de immu. eccle. xj. col. qui sequitur Bald.

Fur pro tribus paruis furtis potest suspendi, quando scilicet famulus furatur domino res uiles in pluribus uicibus. Bal. in l. apud antiquos. §. si. post glo. & Cy. C. de fur. Vide Bal. in d. §. iniuria. iij. col. de pace iur. fir. in usi. feu. sed do. Cataldi de Visso. in tractatu Syndicatus. q. cxlix. tenet contrarium, scilicet quòd pro tribus furtis paruis nō dicatur famosus fur, nisi cum armis. & tenet do. Aug. in addi. ad Ang. Are. in tractatu Maleficiorum, uersi. uestē. in addi. ij. Vide Alex. consi. xcj. iiij. parte. in d. §. famosos.

† Fur an propter unum furtum multum enorme possit furca suspendi: uide pulchrè do. Iason. in l. j. in ij. col. uer. item per dictum. C. de preci. Impe. offe.

Fur dicitur, etiam qui de fundo alieno certam terram, uel lapides accipit, domino inuito. l. si certæ. ff. de furtis. Bald. in l. j. xj. col. C. de ser. fugi. Angel. Are. in tract. Maleficiorum. uer. uestem cœlestem.

Furās boues tenetur actione furti, & crimine abigeatus, etiāsi alius postea accipiat, & furetur primò eosdem boues. Bald. in l. fin. C. de condi. ob tur. cau.

30 Fur insignis carere debet aduocato. Bald. in auth. sed nouo iure. C. de furtis.

Fur si ex forma statuti debet suspendi pro primo furto leui, potest per iudicem pœna alterari, & mitior imponi. Ludo. Pon. in consi. cccclxix. & do. Aug. in addi. ad Angel. Are. in tractatu Maleficiorum, uer. uestem. in addi. tu autem. in hac materia. in fi.

Fur, qui fecit tria furta parua, non ascendentia inter omnia ad summam uigintiquinq; librarum requisitam à statuto, non debet suspendi, licet quartum furtum excedat dictam summam, quando statutū dicit, quòd si furta tria ascendant ad uigintiquinq; libras, pro furto quarto suspendatur fur, quātacunq; sit quantitas. Alex. sing. consi. xcj. iiij. parte.

Fur contrectans rem furtiuam de loco ad locum, potest suspendi in loco factæ contrectationis. Bart. in l. si dominium. & ibi Alexan. ff. de fur. & in l. sed nec. de cond. fur. & in l. si abducta. & ibi Bald. C. de fur. Angel. Aret. ubi suprà. Sed Io. de Lig. Sali. & totum collegium Bononiense consuluit contrarium in consi. In nomine Domini, amen: quidam scholaris, &c. Item contra Bart. tenent doct. & But. in c. j. de rap. & Bald. in c. iniuria. iij. col. de pa. iur. fir. & Angel. in d. l. si dominium. & in l. si de his. in lect. Florentina. & in l. si abducta. in lectu. Paduana. C. de fur. Sed opi. Bart. seruatur in usu, & limitatur, uidelicet si contrectatur res, non si precium eius. Alexand. ubi suprà, per Bald. in l. j. ij. col. C. de confes. & in xij. col. ubi tenet opi. Bar. quando fur habet rem secum: nō si uendidit. & Alexand. in d. l. si dominium. dicit opi. Barto. procedere in uagabundis, uel quando fur prorogauit iurisdictionem, uel quando per contrectationem primo loco factam non esset nata actio furti priuato: uel quando eodem die furti in aliud territorium cōtrectasset: ut ibi plenè per eum. Sed an prædicta procedant in raptore contrectante, Bald. in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. l. qui uas. §. fin. ff. eod. tit. secundum Ang. Aret. ubi suprà. Item uerum, si fur contrectans moretur per diem in loco cum re furtiua: secundum do. Alex. sing. in consi. obijcitur carcerato, &c. ubi allegat Bald. in l. qui furere. ff. de sta. ho. cuius dictum non reperi in aliquibus lecturis.

* Fur si Pataiuij furtum admisit, furtumq; Ferrariam detulit, & ibi per diem commoratus est, pœna furti ibi mulctari potest. Bald. in l. furem. ff. de stat. hom. Hipp. Mar. in l. fin. num. 144. ff. de iuris. om. iud. consi. cxxxvj. nu. 17. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Furis hæres non tenetur ad pœnam, sed ad restitutionem rei. l. furti. C. de furtis.

Fur suspendendus, si fecit se uenenari in carcere, est in arbitrio iudicis, an mortuus ueneno suspendatur. Bartol. in l. ij. C. qui testa. face. poss.

Fur contrectans rem furtiuam per diuersa territoria, non dicitur plura furta committere ex pluribus contrectationib. eiusdem rei. l. inficiando. §. infans. & ibi Bartol. ff. de fur. & Bart. in l. nunquā. de priua. delic. Bart. uerò & Ang. contrà in l. uulgaris. in princ. de fur. & Bal. in auth. sed nouo. uersi. ulterius quæro, nunquid plura. C. de fur. & in l. qui furere. de stat. hom. & ibi Pet. de Anch. in sua lect. quā pauci habēt: & no. in l. ei, qui. ff. de fur. & Alex. de Imo. in d. consi.

Fur pro primo & secundo furto non debet suspendi, sed pro tertio sic. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. Bald. & Ang. in dicta authen. sed nouo iure. & Bald. in l. nemo. C. de episcopa. au. Angel. in d. authen. dicit, quòd de iure nouissimo, per §. quinq; solidos. in c. j. de pace tenen. debet suspendi: sed non est in usu, ideo habet locum ius nouum. d. authen. sed nouo. secundum quod etiam pro pluribus furtis quis morte non damnatur: ut ibi secundum Ang. nisi in aggressoribus stratarum. per §. famosos. in l. capitalium. ff. de pœnis. qui etiam pro primo nō suspenditur, ut ibi. Et aduerte, quòd §. quinq; solidos. habet locū, quando cum furto pax rumpitur: ut ibi. & hodie non seruatur. Vide per Alex. in c. inter alia. de immuni. eccle.

Fur purgat moram offerendo rem furtiuam domino. l. parui. & ibi Bar. de cond. fur. & Bal. in l. subtracto. C. de fur. Quod uerum, nisi offerat rem deterioratam, & dominus non recipit: secundum Bald. in l. j. C. de condi. fur. & no. in l. eligant. §. non solùm. ff. de dolo.

Fur reuelatus per incantatorem an agat cōtra eum actione iniuriarum. glo. in l. nemo. C. de male. & math.

40 Fur famosus potest etiam per delegatum puniri, si esset periculosum differre executionem usq; ad reditum delegantis absentis. Barto. sing. in l. j. in princ. j. col. de officio eius, cui man. est iurisd.

Furans in ludo nō tenetur, si probet quòd furatus est tempore quo ludebatur in illo loco. l. j. & ibi Bar. ff. de aleator.

Fur licet per statutum sit prohibitus facere concordiam, intelligitur quo ad crimen, non quo ad rei restitutionem. Bal. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis.

† Fur est, qui alienam laudem occultat: ut dicit Bal. in proœmio Feudorum. in ij. col. uer. & quia occultator. Franc. Cur. in consi. lxvj. incip. Super præmissa. in v. col.

Fur tenetur minori pœna, si in libello non est expressa quantitas rei furatæ. Bart. in l. Pedius. §. diuus. ff. de incen. rui. nau. & in l. aut facta. §. quantitate. ff. de pœnis. Sed potest liquidari quantitas in processu: ut sentit Bart. ibidē. & do. Ang. in additio. ad Angel. Aret. in uer. Valoris. & ī. uerbo, Valor. uersic. xxj.

Fur sicut ex forma statuti non potest post annum puniri ad pœnam, ita nec ciuiliter ad rei restitutionem. Bald. sin. per illum tex. in l. j. §. quod ait. ff. de aleato.

Fur officialis an possit durante officio cōueniri. ī. uerb. Iudex punitur. uersi. cxxxiiij.

Fur indicari debet de iure canonico. c. qui fures. de fur. l. idem est. §. si tibi. de cond. fur. Bart. in l. ciuile. C. de fur. & ibi Bal. post glo. dicit, quòd excommunicari possunt per episcopū scientes furtum, & non reuelantes, non autem scientes furem, quod etiam tenet ibi Bart.

Furans rem sacram de sacro non punitur ut fur, sed ut sacrilegus. l. si nondum. C. de fur. l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis. Quod est uerū de iure ciuili, sed de iure canonico potest puniri etiam ut fur: secundū Arch. de consecra. dist. j. corpora. per capit. quid ergo. xxiij. q. iij. ut refert Ludo. in sing. uersi. fur, cuius pœna arbitraria. ī. Sacrilegium. Sed uide omnino. † xvij. q. iiij. si forte. & in paleis sequentibus. † Et Ioan. And. incip. Generali. circa fi. de elect. in vj. in Nouella.]

Fur non manifestus tenetur in duplum, & ad rei furtiuæ restitutionem de iure communi: sed fur manifestus in quadruplum, & ad rei restitutionem. Insti. de obli. quæ ex delic. nas. §. j. Item fur pecuniæ populi tenetur ad duplum, sed pecuniæ ecclesię ad quadruplum. xvij. q. iiij. in pecunia. in palea. Item potest fur extraordinariè puniri criminaliter. l. fin. & ibi Alex. ff. de fur.

† Fur & morosus, æquiparantur. l. inter stipulantē. §. pe. ff. de uerb. obl. Dicit tñ do. Ias. ibi in ult. no. q. talis æquiparatio ibi fit, quantum ad hoc, ut utrunq; teneatur de interitu.

Fur ma-

Fur manifestus dicitur, qui uisus est fugere, & contra eum fuit acclamatū l. si quis in serui. §. j. & ibi Bart. ff. de fur. & Cy. in l. falsus. iij. oppo. & Bald. ibi in v. col. C. eod. tit. & Bart. in l. siue manifestè. de condi. furti. ubi dicit non requiri apprehensionem eius, sed sola acclamatio sufficit. & Bart. in l. ij. in princ. ff. de fur, uide Insti. eod. tit. §. fur manifestus. & in Spe. de acto. uer. sed pone, nemo. Item qui repertus est in domo. l. ij. & ibi Bart. & Alex. plenè, ff. de furtis. per Bartol. in l. ij. in fin. de adul. & per Bald. in authen. quas actiones. de sac. san. eccle. Ioan. And. in Spec. de probatio. §. j. uersi. ix. & in Spec. de præsump. §. j. & per Bal. in l. fi. C. de prob. & Ioan. de Imo. in l. fi. ff. de hær. inst.

50 Fur inquisitus de unico furto tanquam publicus, & famosus fur, uel latro, licet confiteatur omnia contenta in inquisitione, non tamen potest puniri tanquam publicus & famosus fur: quia illam qualitatem, scilicet se esse publicum & famosum furem, non uidetur confessus, nisi aliter conuictus sit: secus, si fecit plura furta, secundum Angel. singu. in consi. Proceditur per inquisitionem contra Pet. &c. & j. Inquisitus. uersi. ij.

Fur dicitur etiam qui furatur rem hodie, ut cras restituat: quia temporis & usus furtum fit. l. qui iumenta. ff. de fur. secundum Bal. in l. j. vj. col. C. de ser. fugi.

Fur dicitur continuare possesionem: & ideo furis & domini est eadem possesio. Bal. in l. si abducta. C. de furtis.

* Fur in tormentis interrogandus non est de alijs furtis, de quibus indicia non sunt. Gandi. in tract. suo Malef. sub rub. de quæst. & tormē. uer. sed quid de quæstione. Ang. Are. in tract. suo Malefi. uer. fama publica. ubi Ang. Arimin. in additio. Hipp. Mar. in l. repeti. co. fin. ff. de quæstio. & co. xxij. num. 20. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Fur accusatus de uno furto confessus illud, & alia furta, non præiudicat sibi in alijs: secus, si sit inquisitus de uno, quia eius confesio de alijs prodest alijs furta alia confessata passis. Ioan. And. in Spec. de accusa. iij. parte. uer. quid si latro. Vide Bald. in l. ij. ad fi. C. de eden. & Ang. in l. j. C. de iudi. & Alex. in l. interdum. §. qui rem. de fur. & s. Confesio in criminalibus. uersi. xxxj.

† Singu. Furi promittens, quòd si indicat fures, non agetur contra eum: si fur indicat fures, poterit tamen agi contra eū, non obstante tali promisione: ut not. Hipp. Marsil. singul. clxxvij. incip. Malitijs hominū. circa medium. dicens istud perpetua memoria dignū: quia quotidie occurrit aliquod furtum, & fiunt proclamationes, quòd indicanti furtū parcetur, si est de socijs.

Fur restituens rem furatam commodatario, est liberatus à cōmodante. l. fin. §. penul. & ibi Bal. C. de furtis.

Fur non patitur executionem sententiæ latæ pro commodatario ad instantiam commodātis, nisi sit facta cesio commodanti. Bal. contra Cy. in l. fi. §. pen. C. de furtis.

Fur an teneatur ad duplum precij, uel ad duplum interesse pro re furtiua. in l. si quis. §. j. de fur. & in l. in furti. in princ. eod. tit.

Fur occisus in furto non potest in ecclesia sepeliri, nec pro eo est orandum. xiij. q. ult. c. fures. Secus, si fuit uulneratus, & confessus est sacerdoti. ibi. & glo. xxiij. q. v. placuit.

Furem occidens qualiter puniatur. xiij. q. ult. c. si fur.

Fur puniendus est pœna quadrupli, & fustigandus, si de tertio furto non constet, licet duo sint uerificata: secundum do. Diony. de Peru. in consi. In nomine Domini, amen: ex triplici furto, &c.

60 Furi auferens rem furtiuam domino rei an teneatur. glo. & doct. in l. si quis in tantam. C. unde ui.

Fur contra furem habet actionem triticariam. l. manifestissimi. & ibi Bald. in princ. C. de fur. uide l. qui re. §. si quis. & ibi Alex. ff. de fur.

Fur non dicitur, qui contrectat scienter rem alienam, quam à principio bona fide posidebat. gloss. & Bar. in l. item si res. de alie. iud. mut. causa facta.

Fur nocturnus potest impunè occidi. Item,

Fur diurnus se telo tutans potest occidi. Bar. in l. sed si quicunque. in prin. ff. ad l. Aquil. Vide in l. furem. ff. de sic. per Spec. de actore, uer. item quod uult. & de accusa. §. j. uersi. hoc tamen. Quod est uerum, si furtum erat magnum, nō si paruū, arbitrio iudicis. Angel. in l. si ut allegas. C. de sica. & in l. j. C. unde ui. & But. in c. olim. xviij. col. de restit. spolia. Pro quo est casus fin. in l. si ex plagis. §. tabernarius. ad l. Aquil. secundum Ang. Are. in tractatu Maleficiorum. uerb. Vestem. uer. & nota bene, quod de iure, &c. tenet. Alex. in d. l. furem. ubi plenius. & Bald. post gloss. in d. l. si ut allegas. C. de sica. † Et per Fel. in c. ij. de homi. circa medium. j. col. ubi dicit, quòd res parua & uilis esset duorum aureorum. & in iij. ubi plenius. eod. tit. & dom. Pet. Philip. Corn. in consi. xxvij. incip. In primo. in litera I. in iij. parte. ubi dicit, quòd lege humana & diuina est permissum, furem nocturnū telo se defendentem occidere.]

† Fur nocturnus occidi potest, ubi imminet periculum, dummodo res non sint uiles: & dici possunt uiles à duob. aureis infrà: ut no. Matthesil. no. mihi cxxxv. incipiēte, nota, quòd leges. & sequit dominus Ias. Inst. de actio. in princ. in x. col. uer. in ead. glo. ibi. C. quando lice.

Furasse præsumitur, qui non uult fisco exhibere instrumenta, suprà, Fiscus.

Fur ultra interesse partis potest condemnari extraordinariè officio iudicis ad uindictam publicam. l. fi. ff. de furtis.

† Fur debet suspendi furcis erectis in loco furti cōmisi. not. in l. capitalium. §. famosos. de furtis.

Fur non dicitur alienans rem possessam bona fide à principio, licet pòst superuenerit mala fides. infrà, Possessor desinit. uersic. viij.

Fur debet suspendi pro tertio furto, etiamsi fuit punitus pro primo, & secundo. per l. capitalium. §. famosos. de pœnis. secundum Gandi. in tractatu Maleficiorum. tit. de furibus. & plenius per Alex. in l. si cui. §. fin. ff. de accusa. Bald. in authen. sed nouo. C. de ser. fug. Angel. Are. in tract. Maleficiorum, uer. uestem. iij. col. Idem si habuit gratiam de primis, secundum Bal. & Ang. ubi s. Idem si priora furta sunt alibi commissa, secundum Sal. in l. seruos. C. ad l. Iul. de ui publica. & Ang. Aret. ubi s. sed Cataldi. in tract. Syndici. q. cxlix. tenet contrarium. & do. Gandi. in tractatu Maleficiorum, in rub. de furibus. Sed Bart. & Ang. in l. si cui. §. fin. & ibi Abb. de accu. tenet primam opi. & Bal. in d. auth. Sed uide Bald. in l. fin. ff. de iurisd. omnium iud. & in auth. qui semel. quomodo & quando iudex. Alb. de Ros. in tractatu Statuto. q. xxxix. Pet. de Ancha. in cle. j. de pœnis. qui tenet opinionē Bart. Vide Salice. in l. iij. de episcopa. audientia. Sed quid si de primo furto non potest procedi propter prēscriptionem statuti. j. Furtum. uersi. xxij. Item quid in homicidijs. j. Homicidium. uersi. xiiij.

70 Fur confessus furtum, si moriatur ante sententiam, facit hęredem teneri. Bart. in l. j. ad fin. ff. de priua. delic. in Spec. de accus. uer. quid si latro. & Floria. in l. notandū. ff. ad l. Aquil. & Ang. Are. ubi s.

Fur confessus commisisse plura furta diuersa non potest puniri, nisi uerificentur illa. Bald. in d. authen. sed nouo. uersi. sed pone, quòd quis confitetur. & ibi etiam dicit, quid si confitetur cōmisisse plura furta eodem loco, sed diuersis temporibus: quod debet intelligi diuersis temporibus continuatis, ut sic sit unicum, & interpretatio fiat pro fure, & in mitiorem partem. quod nota.

Fur punitur, si constet de furto, licet nō constet de persona furtum passa, cuius nomē ignoret fur, uel iudex. Bal. in d. auth. sed nouo. uersi. sed quid si apparet. & Ang. Are. ubi s. vj. col. arg. ij. q. viij. libellōrum.

Fur contumax potest poni in banno furcarum ex forma statuti. Bald. in d. auth. sed nouo. uer. sed dubitatur de statutis. & Ang. Aret. ubi s.

Fur an simul & semel posit inquiri, uel accusari de furto ciuiliter, & criminaliter. Bartol. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & Ang. Are. ubi s. uersi. quæro, an simul.

Furans res ecclesię, uel clericorum, potest puniri in quocunque foro, scilicet ecclesiastico, uel seculari. c. cùm sit. & ibi doct. de foro competen. xxiiij. q. iij. si quis de.

Furti datur etiam pro cōsilio ad furandum dato. Inn. in c. querelam. de elec. Bal. in l. ij. xv. col. C. de ser. & aqua.

Quod uerum, si furtum factum est, aliàs non. in Spe. de accus. §. fin. uer. sed quid si à.

Fur dicitur etiam qui ex beneficio, quo de iure priuatus est, fructus

fructus percipit. de electio.cap.dudum.el ij. c. de multa.de præbend. Bald. in §. iniuriam. de pa.iur. firm. l. urbana.de cond.ind.c.sicut.per Innoc.de iureiur.

Furatæ res an probentur per iuramentum.s̄.Amissio.

Fur fustigatus,& sic criminaliter punitus,non debet de carcere relaxari, nisi restituat rem furatam.l.interdum.§. qui furem. ff. de fur. in authen. ut iud. sine quoquo suffra.§.oportet.in authen.ne liceat matri,& auiæ.§.illud.Bald.in l.quod euitandæ.in fi.C.de condi. ob tur.cau.

80 Furans saccum plenũ tenetur de furto,etiã pro sacco: licet nõ fuerit animus furandi saccum, sed quod erat intus. l.qui saccum.ff. de furtis.

Fur confessus non habet terminũ decem dierum ad restituendum.per l.si debitori.de iu. secundum Alex. ibi Bal. in l.fi.j. col.C.de exec. rei iud.

Furans rem sibi debitam tenetur actione furti, & ut prædo. Bart.in l. si ex stipulatione. & Alex.in l.eum, qui.post Bart. ff.de furtis.

Fur est etiam qui possessionem ecclesiæ, uel beneficij acquirit sine authoritate superioris.c.dudum ecclesia Rothomagensis.de elect.& Alexan.in l.eum,qui.ff.de fur. ibi etiam dicit, quòd statutum de fure uel prædone non uerificatur in eo, nec in furante rem sibi debitam.

Fur dicitur spoliare.Bald.in l.si abducta.& in l.manifestissimi. † ij.col.C.de fur. per l.rem, quæ nobis.de acqui.pos. † Vnde tuendus est in possessione, secundum do. Pet. Phi. Cor.in consi.ccxxxvij.inci. Primæ.in litera C.in ij.parte.]

Fur non dicitur, qui bestias alienas in uinea damnum dantes conduxit ad domum, secundum Angel. Aret. ubi s̄.uersic. quæro quis repetit. Vide omnino Bal.in l.requirendi.C.de ser. fugi. ubi dicit, quòd potest dominus fundi tenere, donec sciat cuius est animal inuentum dare damnũ in uinea. Vide Bart.in l.prætor.§. de his.de dam.infec.& ibi Ludo.& Ioan.And.& But.in c.si læserit.de iniur.& damno dato.glo. in l.de pecoribus.C.ad leg.Aqui.

Fur est etiam qui libro,uel equo commodatis ad unum usum, utitur ad alium.l.si ut certo.§. denique .ff.commodati.l.qui furtũ.in prin. de cond. fur.l.si is,qui pignori. de fur.& Ang. Are.ubi s̄. uersi. quæro si commodo. ubi dicit uerum esse,si sciebat, uel uerisimiliter scire debebat dominum non permissurum.glo.in d.§. deniq;.

Fur dicitur, etiam falsus procurator petens debitum à debitore Titij, cuius mandatum non habet. Bald. in tit. de pace iura.fir.c.j.uersi.in rubrica,&c. ubi dicit, quòd non dicitur tunc fur manifestus: uide in l.falsus. C. de fur.& Angel. Aret.ut suprà.

Fur quomodo teneatur, si dominus rei furtiuæ fuit uolens,licet fur non credebat.Ang.Are.ibidem.& per Bart.in l.inter omnes.§.rectè.ff. de fur.& ibi casus.& per Bal.in l.transigere.C.de transact.

Fur cõuentus actione furti,quibus exceptionib.repellat agentem.in Spe.de act.uer.item excipitur contra uolentem.

90 Furans in societate tenetur actione furti, & pro socio.in Spe.de actio.seu pet.§.j.ante medium.

Fur ciuiliter conuentus si confiteatur,an condemnetur ex illa confessione in iudicio criminali contra eum moto pòst. in Spec.de confes.§.iij.uer.pe.

Furem condemnatum de furto sequitur infamia, etiamsi iudex nolit.in Spe.de sententia.§.ij.

Fur accusatus de furto an sit relaxandus fideiussoribus.

Fur qua pœna puniatur.in Spec.de accu.§.j.uer. sed pone, Ti. Et quid si sit statutum de pœna furti,an iudex possit seruare ius commune.Bal. in c.j.§.iniuria.de pace iur.fir.

Fur non est, qui conuertit rem alienam mobilem in proprios usus, non tamen animo furandi. in Specula. de iud. §. ij. uersi.porrò.

Fur uerus debet suspendi, licet alius sit confessus se illud furtum fecisse, & ideo fuerit suspensus. per l.qui seruum.& ibi Alexand.de Imol. de interroga.ac. Bald.in c. iniuria. ad fin. de pa.iur.fir.

Furans tempore ruinę,incendij, uel naufragij,qualiter puniatur.in Spe.de rapto.uer.cæterùm.

Fur cùm conuenitur ciuiliter, uel criminaliter, quæ sit forma libelli,& positionum.in Spe.de fur.

Fur improbior dicitur, qui ui rapit bona: qui etiam dicitur la- * tro.Bar.in d.auth.sed nouo.* §.j.Inst.de ui.bon.rapt.

100 Furaturus tenetur pœna extraordinaria,si non furat, quia non potuit.l.saccularij. & ibi Bar.ff.de extra.cri.& ibi Alex. & omnino j̄.uer.Pœna extraordinaria.uer.xij. & per Bal. in l.si quis non dicam.de epis.& cle.

† Fures differunt à latronib. do.Pet.Phi. Cor.in consi.xxviij. inci.In hac.in litera A.in ij.parte.]

Furta Lacedęmonij & Ægyptij permittebant pro exercitio,& disciplina rei bellicæ.Aul.Gel.lib.x.c.fin.

*Furtum fit etiam de re immobili,& de homine fugitiuo.Aulus Gel.ubi suprà.

Furtum est etiam rei minimæ, & de modico: ut in procemio Gregoriano.& Car.in cle.j.§.porrò.de hære.

Furtum est contrectatio fraudulenta rei alienæ, inuito domino,animo lucrandi. Institut. de ob. quæ ex delic.nas.§.furtum.l.j.ff.de fur.& ibi Bart. & doct.& in Spe. † eod.tit. † Et do. Pet.Phi. Cor.in consi.cclx.inci. Visa.in litera A.in iij. parte.]

† Concordat bea. Tho.ij.ij. q. lxvj. art.iij . & dicitur Græcè κλοπή.de quo in c.pœnale.xiiij.q.& in cap.meretrices.circa medium.xxxij.q.iiij.

Furtum ergo non fit sine contrectatione:ut ibi.& l.iij.§.si rem. de ac.pos.& ibi doct.& Alex.qui dicunt uerum,nisi quando quis præstat opem, uel consilium furto: secundum glo.ibi & ualet libellus concludens ad condemnationem furti,licet qualitas aliqua in narratione omissa sit,ut quòd accepit rem meam,nec dico contra uoluntatem meam,quia præsumitur.j̄.Libellus in criminali.uer.xx.& xvij.

* Furtum acerrimè puniri à Scytharum gente consueuisse, tradit Iustin.lib.ij.Histo. Æmilius Maria Manolessus.

Furtum est delictum iure naturali prohibitum. Instit. ubi s̄. & Bal.in rub.C.de ser.fugi.

Furtum dicitur à furuo Græcè, Latinè obscuritas.l.j.ff.de fur.

Furtum est triplex, scilicet simplex, improbius, & improbissimum.glo.& Bart.in l.si te. C.de infami.

† Furtum est triplex, uidelicet furtum improbum,ut est simplex furtum.Furtum improbius,ut est crimen expilatæ hereditatis.Furtum improbissimum, ut est rapina cum armis. Ita declarat glo.in l.si te.C.de infamib.

Furtum minus est, quàm derobatio, uel rapina, quæ est per uim.l. si cum exceptione. §. qui uim. ff. quod metus causa. per Baldum in authen. sed nouo. C. de ser.fu.xiiij.q.v.pœnale.& ibi glo.

Furtum dicitur priuatum delictum, etiamsi sit pœna mortis pro eo. Baldus in cap. ij. de pace iur.fir.per gloss. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & Alexand.in rubr. ff. de fur. gloss.in l.pen.de condi.ob causam.& Bald.in l.pen.C.ne ex delic.defun.

Furtum dicitur impropriè crimen expilatæ hæreditatis. gloss. & Bald.in l.de his. C.de fur.sed in statuto de furto comprehenditur etiam expilatio hæreditatis.Bald.ibi. Sed ibi Sali. contrà.& Lud.in l.gerit.de acqui.hæred. & Sali.in l.si te.C. de infamibus. Est autem pœna arbitraria, secundum Pau. de Cast.consi.xxxj.in fi.& sentit Alber. in opere Statutorũ, iiij.parte. q. xcj. si statuto cauetur, &c. pro quo est l.j.§.j. de effract.& l.j.de cri.expil. hære.

Furta hostibus fieri licitum est. l.ij. & ibi Bald. C. de commer. & merca.

10 Furtum est largiri de alienis.l. filius.§.j. ff. de do. secundum Bart.in l.quamuis.so.ma.

† Furtum gratia auariciæ committitur.do. Pet.Phil. Corn.in consi.xiij.incipiente,Plura.in litera C.in ij.parte.]

Furtiuæ rei emptio an ualeat,s̄.uer.Emptio.uer.xxxv.

Furtum, est spoliatio, ideoq; e furtum passus est restituendus ante omnia.Bal.in l.inciuilem.C.de furtis.

Furtum non præscribitur.l. si abducta.& ibi Bal. C.de fur.nisi fiat hæreditati iacenti. Bald.ibi in fi.per l.si homo. de usuca. Ang.in l.sed si in conditione.§.j. de hær.inst. Io. de Por. in l. ad diem.de uer.ob. Sed Bal.contrà in l.qui se patris.C.unde liberi.& j̄. Præscriptio de quibus. uer.iij. & melius uerb. Præscriptio contra quos.uer.x.

Furtum non præsumitur contra personam honestam ex possessione rei furtiuæ.Bald.in l.inciuilem,in fin. C.de fur.nec contra

contra aliam, nisi esset consueta emere res furtiuas. ibidem. & j. eod. uer. xxviij.

Furtum an committatur per malæ fidei possessorem percipientem, & consumentem fructus. infrà, uerb. Malæ fidei possessor. uer. ij.

Furtum fieri non dicitur hæreditati iacenti. glo. & Bald. in l. si abducta. C. de fur. & Pau. de Cast. cõsi. xxxj. Sed dicitur expilatio hæreditatis. j. Expilatio. in princip.

Furtum non fit de re, quæ possidetur. Bald. in d. l. si abducta. & in l. de his. C. de fur. Bart. in l. nec legatario. de cond. furti. & in l. falsus. §. fi. de fur.

Furtum dicitur iniuria realis, non personalis. Bald. in l. manifestissimi. in prin. C. de fur. Vide Bart. in consi. clxxiij. Satuto castri plebis.

Furtum an dicatur uenditio rei alienæ. Bald. in l. alienum. C. de furtis.

20 Furtum facit etiam falsus creditor, qui scienter exigit indebitum. l. quoniam. & ibi Bart. ff. de cond. fur.

Gabellarius auferens merces non portatas illicitè, tenetur ui bonorum raptorum, & ad duplum intra annum. l. j. §. j. & l. hoc edicto. per Bar. ff. de publica. no. in l. ij. C. de infamibus. Item tenetur actione furti. d. l. etiam. & ibi Bart. sed post annum tenetur ad simplum. in Spec. de censi. §. ij. in prin. & Io. And. in addi. per l. j. de pub. in prin.

† Gabellarij an lucrentur pœnas fraudantium eas: uide Feli. in c. ad audientiam. de præscrip. ante medium. ij. col. in uer. duæ. j. gl. ibi: dixit tamen Ange.

Gabellarius restituens res per eum ui ablatas antè, quam conueniatur, an sit puniendus: dic quòd non. l. j. §. j. de publi. gl. in c. quod sicut. §. fi. de elec. Bar. & doc. & Ang. de Perig. in l. hoc edicto. de publi. & Bart. in l. qui ea mente. de fur. sed alij communiter contrarium tenent, secundum Ang. de Perig. ubi s. in l. si multi. arg. l. pe. ui bo. rap.

Gabellarum ius habens in territorio tenetur custodire territorium à latrunculis: unde tenetur ad emẽdationem dãni, si potuit prouidere, & non prouidit, secundum Flori. in l. j. §. summa. de his, qui deiec. uel effu. per nota. per glo. & Bart. & Alex. in l. ne quid. de incen. rui. nau. & tenet Flo. in l. sciẽtiam. in prin. ff. ad legem Fal. & Bartho. Cæpo. in l. eum, qui uectigal. ad fi. de uerbo. signif. & in tracta. de serui. rusti. ti. de uia. xxv. q. & ti. de aquæductu. viij. q. principali. per Archid. xxj. q. iij. si quis peregrinos. & Bald. in c. conuenticulam. de pace iur. fir. † Et per Feli. in c. licet. de proba. in medio ix. col. ubi refert alias cõsuluisse. & do. Pe. Phi. Cor. in consi. clxxxj. in litera P. in iij. parte.]

* Gabellarum conductorib. pensio augeri non potest, nisi casu aliquo duplum eius, quod homines ab initio conductionis sperare poterant, lucrati essent. l. si merces. §. uis maior. & ibi gl. Bar. & doc. ff. locati. Mar. Soci. con. lxviij. nu. vj. viij. uol. ij. quanquã. Raph. Fulg. in d. §. uis maior ab alijs dissentit. ut refert Soc. d. cõ. lxviij. nu. x. Æmili9 Maria Manolessus.

10 Gabellarius molestus transeuntibus tenetur communitati ad interesse, si propter molestiam per eum illatam transeuntes destiterint in futurum, sicq; communitas præiudicium patitur. Bal. in l. iij. ad fi. C. de nau. fœno. Spec. de loca. §. j. ij. forma. uer. porrò. ibi: item uerò B. promisit, &c.

Gabellarij sunt exempti ab oneribus ciuitatis. l. j. & ibi Bar. C. qui muner. nemi. se excusa. lic. li. x. Quod est uerum in principalibus conductoribus, non in participibus: ut ibid.

Gabellarij non liberantur à solutione precij cedendo bonis: argu. l. propter honorem. & ibi doc. C. qui bo. ced. pos.

Gabellarij domus destrui non potest ob precium non solutum, quia sit inops. Angel. in l. cætera. §. hoc senatus. el j. de lega. j.

Gabellarius permittens ire contra decretũ, quomodo puniatur. in l. mercatores. C. de commer. & mercat.

Gabellarum conductor non tenetur ad precium promissum, si ei gabellæ auferantur sine facto suo per aliũ. Ioan. de Imo. in l. cùm mulier. sol. matri. & Alexan. in l. cotem. §. qui maximos. de publi. & plenius tenet post Bald. Ange. & Imo. in d. l. cùm mulier.

* Gabellarũ cõductorib. syndici, & magistratus ciuitatis sarcire tenentur damnũ quod passi sunt ob eorum decretum, ne frumentum, fruges, uel alia similia in ciuitatem importentur, uel exportentur. Laurent. Sylua. in termi. con. xxxv. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Gabellarius creditor communitatis, à qua conduxit gabellas, non potest cõpẽsare cum precio gabellarum, ad quod tenetur communitati, si illud ex forma statuti est applicandũ fabricæ, uel stipendiarijs: arg. l. in ea. cum gl. C. de compen. secundum Abb. & tenet Alex. in rubrica. ff. de public.

Gabellarij plures non possunt quilibet insolidum exigere gabellas, sicut usufructuarij. Bart. in l. fi. in fi. ff. uti possi. potest tamen unus exigere gabellam de animalibus, alter de uino, & simil. Bartol. ibi. Sed Pau. de Cast. contrarium not. in l. si unus. in princip. & in l. j. in princip. cum gloss. ff. de loco publi. fru. & dixi plenè in d. tractatu de Gabel. iiij. parte, xij. quæstio.

Gabellarij fraudem committentes in officio exigendi, tenentur in solidum, sed non exiguntur in solidum, nisi alter non sit soluendo. l. si multi. & ibi doc. & Bart. ff. de publi. ubi etiã Ioan. de Imo. & Ange. de Perig.

Gabellarij exigunt in solidum in precio communitati persoluendo, si se obligârunt in solidum, uel si alter sit inops, uel absens, aliàs non. in auth. de duo. re. in princ. cum gl. & Ang. in auth. hoc ita. & ibi Bal. & Bar. in repeti. q. primę principalis. C. eo. ti. & Bar. post gl. in l. j. C. quo ordi. quis conue. li. xj. gl. & doc. in l. reos. de duo. reis. & Inst. de fideiuf. §. si plures.

20 Gabellarius exigere prohibitus agit utili interdicto unde ui, uel utili actione pro eo surrogatã, uel utili constitutione: si quis in tãtam. C. unde ui. in Spec. de restit. spol. §. nunc dicamus. uersi. si aliquis. ubi uide formam.

Gabellarij cõtra fraudantes agũt rei uendicatione ad res, quæ inciderunt in commissum. l. commissa. in prin. & ibi doct. & Bart. ff. de publi. sed requiritur factum hominis, id est, quòd auferatur possessio: secũdũ Bal. in l. si quis in tantã. xiij. col. C. unde ui. Quod intellige, scilicet quòd iudicis sententia declaretur res incidisse in commissum: ut dixi ibi s. q. xvj.

Gabellarius agens rei uendicatione ad res, quæ inciderint in commissum, debet probare se esse gabellarium, & talem, qualem se asserit, & sic titulum: nec sufficit probare quasi possessionem iuris exigendi gabellas. Fl. in l. sicuti. §. si queratur. ff. si ser. uen. Item debet fraudem probare: ut j. uer. Gabellarum fraudes. uer. viij. & xvj.

Gabellarius tenetur pro sua familia, si quid fraudis committat in exigẽdo gabellas. l. quantæ. & ibi doc. ff. de publican. nisi exhibeat famulum, qui malè uersatus sit in officio, non si mortuum. ibidem.

Gabellarius agit contra hæredem fraudantis ad pœnã. l. fraudati. & ibi Bart. ij. lec. ff. de publica. Quod uerum, quatenus ad eum peruenit. gl. ibi.

Gabellarij hæres factus locupletior tenetur pro malè gesta exactione gabellarum. d. l. fraudati, secundum aliam lecturam. de publi. & l. si publicanus. in princip. & ibi glo. & Bartol. eod. tit.

Gabellarij nõ coguntur ad testificandum. in Spec. de teste. §. de testium. in prin.

Gabella quoties soluatur, uide infrà eodem. per totum.

* Gabella de una, & eadem re, & eodem contractu sæpius soluenda non est. Deci. consi. ccccl vij. num. iij. Riminal. consil. lxxxvij. nu. xiiij. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

† Gabellarũ quis duplici munere grauari non debet. do. Bartho. Soci. in consi. ccclj. incip. Videbatur primò. uersi. secundum corollarium. cum subscriptione do. Feli. uersi. quintò facit. in ij. parte.]

Gabella semel tantùm debet solui de testamento in pluribus chartis scripto, nisi statutum ultra procedat, quod pro quolibet testamento scripto soluatur gabella. Bart. in l. j. in prin. ff. de testa. dixi in tractatu Gabel. v. parte, j. q.

Gabella si sit soluta pro fructibus, non iterum debet solui pro pensione, quę similiter fructus est. Bar. & doct. in l. fi. §. quoties. ff. de publi. post Inno. in c. fin. de deci.

Gabella soluta de promissione de uendendo, non debet iterū solui de uenditione, quæ postea sequatur. doc. & Bar. in l. fi. §. quoties. de publica. Bart. & Ang. in l. si pupillus. ad legem Falci. & Pau. de Cast. con. clxxxv. in prin.

Gabella soluta de ꝓmissione facta de centum ducatis., in qua fuit dictum, quòd si dicta centum non soluerētur intra terminum mensis, liceret creditori propria authoritate intrare tenutam, & corporalem possessionem bonorum debitoris, & ea uendere pro libito uoluntatis, an de acceptione tenutæ bonorum sit iterum soluenda. Pau. de Castr. quòd sic, consi. clxxxv. In Christi nomine, amen: uidetur dicendum, quòd dictus. dixi ubi s̄. q. iiij. Item,

* Gabella si in grosso, ut mercatores dicunt, semel fuerit soluta, ab eodem, cùm minutim & paulatim easdem merces uēdit, soluenda non est. fac. l. interdum. §. quoties. ff. de publica. Deci. Tholo. q. ccccliij. Æmilius Maria Manolessus.

Gabella unica solui debet pro promissione dotis, & pro datione rei insolutum pro ipsa dote. Ang. in l. cum eiusdem. ff. de ædil. edic. sed Pau. contrà in d. consilio.

† Gabella si soluenda est de quolibet contractu ex statuto, non comprehendit cōtractum nullum. Roma. consi. lxxviij. Item non procedit in rescisso de uoluntate. Roma. ubi s̄. in fi. consi ij.

Gabella soluta pro contractu, non debet iterum solui pro distractu, & quando uenditio rescinditur contrario cōsensu. Bal. in l j. ij. q. C. de rescin. uen. Sali. in l. j. C. quando liceat ab emp. di. nisi res ipsa retardatur. Ange. & Pau. de Cast. in l. ab emptione. de pac. Vide omnino Bald. in l. j. §. sed quia nostra. post Cy. C. communia. de lega. & in l. ij. & ibi Sali. C. de eunuch. & per Bar. in l. iuris gentium. §. adeò. ff. de pac. dixi ubi s̄. v. quæst.

Gabella soluta de protocollo, id est, de primo rogitu notarij, non debet iterum solui de eo refecto per partes: quia primum sit perditum. Barto. in consi. satis dubiè quæritur. dixi ubi s̄. vj. quæst.

Gabella quoties soluatur, quādo in uno libello quis accusatur de pluribus delictis. Bart. in l. ij. §. sed si aliud. ff. de accu. dixi ubi s̄. vij. q. ubi etiā uide quid si plures de pluribus delictis accusantur eodem libello: ut ibi, in viij. q. Et quid si plures de uno delicto, puta furto, accusantur: dixi ubi s̄. x. q.

Gabellę plures solui debent, quādo quis accusat pluribus nominibus. Io. de Pra. in l. si defunctus. §. qui ad communi. & ibi not. de procur. dixi ubi s̄. x. q.

10 Gabella soluta de instrumento, non debet iterum solui de eodē refecto, nisi ei sit additū. j̄. Gabella iudiciorū. uer. vij.

Gabella soluta de libello non debet iterum solui, si ei addatur ex eadem causa. j̄. Gabella iudiciorum. uersi. vij.

Gabella soluta tempore contractus de contractu conditionali, non debet solui iterum de implemento contractus tempore existentis conditionis. Bart. in l. sancimus. la j. de consul. non asper. lib. xij.

Gabella solui debet tempore contractus, non tempore existētis conditionis. Bar. in d. l. sancimus.

Gabella soluta de contractu uenditionis factæ procuratori emptoris, non debet iterum solui de cessione postea facta per procuratorem domino suo, nec de acceptione possessionis rei emptæ. Bal. & Sali. in l. cùm per eos. C. si quis alteri, uel sibi. & per Pau. de Cast. in consi. clxxxv. † Vide quę ad materiā habētur per Fran. Are. in l. an duobus. in §. ubi duo. de duo. reis. & remissiones ibi datas per do. Benedictū Vadum Forosempronienſem in suis apostillis.]

† Gabella si aliquis accipit uxorem forensem, & in domicilio dictæ uxoris cum ea consumat matrimonium, & ibi soluit gabellam dotium, an teneatur soluere iterum gabellam in proprio domicilio, postquam ibi transducit uxorem, stante statuto domicilij mariti, uolente quòd qui acciperent uxorem extra territorium, teneantur ad solutionē gabellæ dotium: uide do. Pet. Philip. con. xvj. incip. Quanquam. per totum. in iiij. parte.]

Gabella unica solui debet, quando in dotem datur res ęstimata. Bal. in l. cùm dotem. C. de iure dot.

Gabella unica solui debet, quādo uir uendit de consensu uxoris renunciantis omnibus legum auxilijs. Bal. in l. ij. in lect. anti. C. de condi. inser. ad finem.

† Gabella una soluatur ꝑ testamento patris & filij, stante statuto, ꝙ de quolibet testamēto soluatur gabella. Fran. Are. in l. patris. in j. no. in uersi. arguit hic Ang. de uulg. & pup.]

† Gabella soluenda de legato usufructus, qualiter æstimabitur. Ioan. Lup. in repet. rub. de dona. inter uir. & uxo. colum. xlvij. in princip.]

Gabella unica solui debet, licet in contractu plures res sint comprehensæ, sub unico tamen precio: secus, si pro qualibet re sit precium specificatum de per se. Ang. in l. cum eiusdem. ff. de ædil. edi. post Bald. in l. cùm quidam. §. præterea. de iure dotium.

Gabella de acquisitione usufructus nō debet solui, si fuit soluta de acquisitione proprietatis. Barto. in l. si proprietati. ff. de iure dotium.

20 Gabella unica debet solui de societate, stante statuto, quòd de qualibet societate soluatur gabella: quia intelligitur de una, licet eadem societas iuret qualibet die. Alex. in l. eum, qui. §. in popularibus. de iureiuran.

Gabella unica debet solui per mercatorem transeuntem cum mercibus per uiam communem duobus territorijs: sed quod soluitur, debet diuidi inter utrumque. Bald. in l. pe. vj. col. C. de condi. inser. & Pe. de Vbal. in tract. de Societa. xj. parte, xxij. q.

Gabella de frumento in portum delato soluta, non debet iterum solui de eodem, quod extrahitur de portu: quia statutum, quòd gabella soluatur de frumento, quod extrahitur, intelligitur scilicet quod recollectū sit in loco illo, non de aliunde delato. gl. & Cy. in l. si quis post hanc. C. de ędi. priua. & Bar. Ang. & Pau. de Cast. & Imo. & Io. de Por. in l. cætera. §. si quis ad opus. de leg. j. dixi ubi s̄. ix. q. & Io. de Imo. in c. j. de cler. non resid. & Alex. plenè in consi. lxvij. iiij. parte.

Gabella ubi soluatur: uide j̄. eodem, per totum.

Gabella solui debet in loco celebrati cōtractus, licet eius conditio impleatur alibi. Fed. de Capitib. Listæ in cōs. Pone, statuto ciuitatis cauetur, quòd de qualibet re, &c. † & dixi plenè in tract. de Gabel. vj. parte, q. j. † Et ꝑ do. Soci. consi. ccij. incip. Videbatur primo aspectu. uersi. prima conclusio. cum uersi. seq. in ij. parte, char. ccxxiij. & per Fel. in d. c. fi. de fo. compe. in ix. col. & in c. j. de spon. in xiij. col. & per Fran. Are. in l. hæres. circa fi. de acqui. hære. & in l. j. C. ubi de pos. agi opor.]

Gabella solui debet in loco, ubi fit conuentio inter partes, nō in loco, in quo de ea celebratur instrumentum. glo. in l. exigere. iij. lectu. de iudi. Bald. in l. uniuersa. in fi. de preci. Impera. offerendis.

Gabella debet solui in loco contractus, licet res in contractu deducta sit in alio loco. Bald. in l. j. C. de contrahen. emp.

Gabella debet solui in loco destinatæ solutionis, non in loco contractus, id est, promissionis. Bal. & Salic. in l. multū. in fi. C. si quis alteri, uel sibi. licet in contrarium sentiat in l. j. C. † ubi conue. quæ certo loc. da. promi. † Vide plenè per Feli. in d. c. fi. de foro compe.

Gabella de uitulo nato extra territorium dato opere rustici, qui duxit uaccam ad pariendum extra territorium, solui debet in loco statuti, quod uult solui gabellam de quolibet uitulo nascente in territorio. Barto. in l. cùm satis. in fi. C. de agri. & censi. lib. xj.

Gabella solui debet in mari, sicut in terra. Bal. & Sali. in l. iij. C. de nauti. fœno.

Gabella solita exigi certo ponte fluminis, ponte diruto, non debet ibi solui, si transitus sit per flumen: sed eo refecto ibidem sic, non si alibi. Bald. in l. pe. in iij. col. C. de condi. inser. Vide Barth. Cæpo. in tract. de serui. urba. c. viij. & per Bald. in l. si eum. C. de priuil. fis. & per Bal. in l. iij. de priuil. fis. & in simili. in l. non modus. per Bald. C. de serui. Sed si quis uult transire per flumen, & nō per pontem, tenetur ad gabellam. si sit consuetudo. Bald. in d. l. si eum.

Gabella non debet solui in ponte alienato, si alienans prius eam remiserat. Bal. in d. l. pe. de cōdi. inser. dixi ubi s̄. ult. q.

Gabella per quos soluatur, uel non: dicetur j̄. eodem. per totum.

Gabel-

Gabella solui debet per emptorem, non per uenditorem, stante statuto, quòd de emptione & uenditione soluatur gabella. l. debet. in fi. ff. de euictio Bald. in l. si prædium. C. de ædi. acti. Quod uerum, etiam facto pacto, quòd non teneatur ad gabellam, si res euinceretur, & res euincatur facto suo. Bald. † Imol. & doc. moder. in l. cùm mulier. la ij. sol. matr. † Et do. Bartho. Socin. in consi. ccxlvij. incipien. Circa primum. uer. ista conclusio. cum uersi. seq. & uer. aliquando, & tertio. in ij. parte.]

Gabellam soluere debet creditor de contractu usurario: aliàs non, sed debitor de simplici mutuo. Salic. Petr. de Su. post Bald. in rubr. C. de reb. credi. sed de promissione de donando, solui debet per creditorem habiturum commodum ex † ea. Salic. ibi. & dixi in tract. de Gabel. ij. quæstione. † Vide do. Bartho. Socin. consil. cclxvij. uersi. quartò corroboratur. ea. parte ij.]

Gabellam mulio debet soluere pro mulo, non pro mercibus, uel salma: nisi cõsuetudo se aliter habeat. l. cùm in plures. §. uehiculum. & ibi doc. & Bar. post gl. ff. loca. doc. & Bar. in l. j. §. hic titulus. ff. de publica. & si mulio soluit pro salma, repetit per retentionem salmæ. Bal. in l. fi. C. commodati. & si dominus salmæ habet licentiã transeũdi, & in bulleta sit nomẽ eius, non mulionis, qui eam portat, non potest mulio molestari à gabellarijs. Bar. in l. parippus. C. de curs. pub. li. xij.

Gabellam nauta soluere non tenetur pro mercibus in nauim delatis. Bar. in l. j. C. de nauicu. li. xj. ubi dicit idem de pedagijs pro personis, quas defert in naui. & no. in l. cùm in plures. §. uehiculum. & ibi gl. & Bart. ff. locati.

Gabella per forensem contrahentem solui debet in loco contractus uigore statuti. Bal. in l. j. C. de contrahen. emp. & Ludo. in sing. uer. Gabella. uer. statutum, &c. Bal. in l. cunctos. ulti. char. C. de sum. tri. ubi dicit, quòd

* Gabellam immunis semel, & pluries soluens, sibi non infert præiudicium, quo ad futuras solutiones, nisi pro xxx anno solueret. Cyn. & Salic. in l. uoluntariæ. C. de excusat. tutor. & in l. falso. ubi alij doct. C. de diuers. rescript. Bart. in l. ij. ff. de priuilegi. ueter. Ludo. Gozad. con. xxiij. num. j. Æmilius Maria Manolessus.

Gabella solui debet per forensem transeũtem cum mercibus, aliàs incidit in pœnam: ut ibi per Bald. qui tenet idem in c. j. quæ sint rega. & Bar. in l. j. ult. col. C. de mul. & in quo loco.

Gabella per clericum solui non debet de cõtractibus, nisi ipse uelit uti beneficio statuti secularium. Bald. in l. j. C. de contrahen. emp. & dixi in tracta. Gabel. vij. parte, vj. q.

Gabellam clericus soluere non tenetur pro rebus. j. Esdræ. c. vij. uer. uobis quoq; notum. & Bar. in l. j. C. de mul. & in quo lo. & in l. j. §. hic titulus. & ibi doc. & Ang. de Perigl. de publ. & in consi. Punctus quæstionis talis est. Bald. in l. placet. C. de sacrosan. eccl. in c. quanquam. de censi. in vj. in cle. præsenti. eod. tit. & in c. j. de immu. eccle. in vj. in c. j. de deci. in c. nõ minus. de immu. ecclesi. & in capi. uerum. de condi. appo. Quod uerum est, etiam pro patrimonialibus. Abb. in capi. j. de cens. Quod uerum, nisi sit clericus negotiator: arg. in cle. fi. cum gloss. & in d. c. quanquam. & do. Io. de Por. Vicen. in cons. Omnipotentis Dei postulato suffragio. in primo sciendum. vij. col. & Spe. ti. de immu. eccle. in fi. Item uerum, etiã pro rebus, uel equis, uel alijs, quibus clericus utatur, etiam ad pompam, secundũ do. Ioan. in d. consi. uer. ex prædictis, &c. Item uerum, etiam pro rebus, quas clerici transmittunt de loco ad locum suæ habitationis pro necessitatibus suis. Io. de Por. in d. consi. uer. tertia dubitatio. & gl. in d. c. quanquam. & creditur iuramento suo, uel nuncij sui, quod portet causa usus, nisi rerũ qualitas aliter suaderet, uel nisi contraria probatio esset in promptu. gl. & doc. in d. cle. fi. & Bal. in l. iij. C. de nau. fœ. Item uerum, etiam in gabella, quæ solui tur pro introitu portæ pro rebus & fructibus clerici portantis per se, uel eius famulum, non per colonum: secundũ Io. de Por. ubi s. & do. Gemi. in d. c. quanquá. post Fed. de Sen. consi. x. Archi. xj. q. j. c. ij. & Bal. in tit. de pace Constan. §. nos Romanorum. ubi dicit ecclesiam teneri ad gabellam portæ pro plaustro. & dixi ubi s. in vij. q. ubi plenè. Sed qua pœna teneantur imponentes eam clericis, in d. c. non minus. & in c. aduersus. de immu. ecc. & in cle. j. eo. tit.

10 Gabellam soluens colonus clerici repetit à domino per retentionem fructuum. Bald. in l. j. C. de iure emphy. & in l. cum duobus. §. si in coẽunda. pro socio. Pet. de Vbal. in tract. Societa. vj. parte, xiij. q.

Gabellam colonus laici nõ partiarius pro fructibus, quos defert ad domũ domini, soluere debet: secus, si est partiarius. Bal. in l. acceptã. xv. q. C. de usur. Sed si partiarius soluit coactus, cõputat domino in fructibus. Iac. Bu. in l. j. C. de fruc. & lit. expẽ. Pe. de Vbal. ubi s. vj. parte. xiij. q. & xj. parte, xiiij. col. & per Ang. in l. item illa. de consti. pecu.

Gabellam clerici, uel laici colonus soluere nõ cogitur, etiamsi statutum sit in contrarium. Barto. in l. hi, penes. & in l. colonus. de agri. & censi. lib. xj. nisi quando ecclesia uel dominus tenetur de iure. ut s. eo. uer. ix. secundum Bal. in auth. sed periculum. C. sine cen. uel reli.

Gabellã soluere debet colonus ecclesiæ, uel fructuarius pro parte sua. Fed. de Sen. con. cxj. Quæstio talis est, an diœcesanus.

Gabellarius exigens gabellam à clerico in casibus prohibitis, si est priuata persona, excommunicatur ipso iure: si uerò est uniuersitas, incurrit interdicti sententiam, nec absoluitur, uel relaxatur, donec restituatur ablatum. d. c. quanquam. & ibi Ioan. Andr. doc. & Gemi. ubi ponitur quibus sit facienda restitutio exacti. Item & mortaliter peccat, qui exigit. d. cle. fin. de censi. Prædicta uera in exigente ab inuito, non à uolente: secundum gloss. in d. cle. fi. uer. extorquent. & Ioan. de Por. in d. consi. & dixi ubi s.

* Gabellam ementes, soluere in dubio debent. Bal. in l. si precium. col. ij. C. de æditi. action. & in in rub. C. de reb. cred. & in rub. ff. si certum petat. ubi & alij. Doc. l. debet autem. in extr. ff. de ædil. edict. Lud. Roma. sing. dlxxxviij. decis. Thol. ccccliij. Salic. in rub. C. de reb. credit. & ibi Dec. in ij. & iij. lectur. Ac Vber. Zuccharp. in repet. Alex. con. lj. uol. iij. Barth. Socin. con. ccxlvij. circa principium. consultationis articulum. uol. ij. Laurent. Sylua. con. viij. nu. xviij. uol. j. Hierony. Cag. in l. edita. nu. 118. C. de edend. Ripa, & Cagn. nu. xviij. in rub. ff. si cert. petat. Æmilius Maria Manolessus.

Gabellam soluere debet etiam emens fructus à clerico. glossa. & doct. in d. clemen. fin. de censi. Ioan. de Por. in d. consi. & sentit Spe. tit. de immu. eccle. ad fin.

* Gabellã ciuitas, uel uniuersitas soluens gubernatori, ultra id, quod à principe est statutũ, nullũ sibi infert præiudiciũ. Lud. Goza. in termi. cõ. xxiij. Æmilius Maria Manolessus.

Gabellam cõmunitas soluere non debet de contractibus suis. Bar. & doct. & Ang. de Perigli. in l. citatio. §. fiscus. ff. de publica. ubi uidetur casus in fisco. & tenet Bal. & Salic. in l. emptor. C. de hære. uel acti. uen. & sentit Sali. in l. emptor. C. de hære. uel acti. uen. & sentit Sali. in l. uniuersi. C. de uectig. & commis. per quos facit, quia statutũ in dubio non interpretatur contra Rempublicã, si causa potest alios tangere. Bal. in l. creditoribus. C. an seruus ex fact suo. Sed Bar. sentit contrarium in l. j. C. de nauic. lib. xj. & ipse consuluit consi. Statuto ciuitatis Eugubij, &c.

* Gabellam non soluit uniuersitas, & princeps, si eam priuato uendidit. l. licitatio. §. fiscus. ff. de publican. ubi Dy. Bart. Alber. & Paul. Castrens. Bal. & Salic. in l. emptor. C. de hær. uel action. uendi. Iacob. Rebuf. in l. j. C. de nauicular. lib. xj. Bal. con. ij. uol. iiij. & est commu. sententia. Nicol. Boer. decis. ccxiij. Æmilius Maria Manolessus.

* Gabellam non soluit is, qui alteri eam ius exigendi concessit. Ang. in subscrip. ad con. Socin. con. cccij. colu. pe. uol. ij. Barbat. con. xxxij. col. ij. uol. iiij. Cagnol. in l. frater à fratre. nu. ciij. ff. de condic. indeb. Æmilius Maria Manolessus.

Gabellam unà cõmunitas alteri soluere debet, nisi ciuitas Romana, secundum do. Signo. de Medio. & doc. in l. uectigalia. C. noua uec. & Bart. in d. §. fiscus.

Gabellam soluere debet etiam qui habet rescriptũ principis, ne teneatur. l. omnium. & ibi doct. Bald. Salic. & l. quicquid. C. de uectig. & commis. nisi sit clausula, Non obstante. l. omnium. C. de uectig. & commis. secundum glos. Bar. & doc. in d. l. omnis. C. de aquæductu. li. xj. & in l. rescripta. de preci. Impe. offe. per Bal. & tenet Bar. in auth. hoc inter liberos. C. de testa. uide Bart. in l. fi. C. si contra ius, uel uti. pub. dixi ubi s. uer. ix.

Gabellam soluere non debet priuilegiatus de iure communi, facto pacto, quòd quilibet teneatur, non obstante aliquo

priuilegio: quia intelligitur de priuilegio non clauso in corpore iuris. Angel. de Perigl. & docto. in l. licitatio. §. res, quę, de pub. & sup. Clausula, Non obstante. uers. xxx. & lij. in clausulis Rescriptorum.

Gabellarum dominus pro famulis debet soluere. l. usurpatione. & ibi Bald. & Salic. C. de uecti. dixi ubi s. xj. q.

20 Gabellam soluere debet occupás rem habitá pro derelicta, quando statutũ uult solui de re donata, uel alienata. Bart. in l. quod seruus. de stipu. seruo. & in l. j. si ex noxa. cau. aga.

Gabellam soluere debet emptor salinarum pro sale, quod portat per terras ecclesiæ Romanæ, à qua emerit eas. doct. & Bartol. in l. licitatio. §. mercatores. ff. de pub. & Salic. in l. uniuersi. C. de uectig. & commis. Bart. in l. j. C. de naucul. lib. xj. dixi ubi s. q. xviij.

Gabellam soluere non tenentur officiales de arnesijs. l. si publicanus. §. de rebus. cum gl. ord. Bar. & doct. ff. de publica.

* Gabellam non soluit de contractib. suis ecclesia. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccl. & ibi. Bald. Petr. Rauen. sing. clxxxij. Æmilius Maria Manolessus.

Gabellam soluere non tenetur officialis, uel iudex de libris & similiter scholaris. l. uniuersi. & ibi Sali. C. de uectig. & commis. l. fi. §. diuus. & ibi Bart. ff. de public. & in l. si publicanus. §. de rebus. eod. titu. & in authen. habita. ne fil. pro pat. & per Alex. in d. §. diuus.

Gabellam officiales soluere nõ tenentur in loco, ubi officium exercent. Bar. in l. athletæ. §. gentium. de excu. tut.

Gabellam ambasiatores soluere non tenentur pro rebus, quas portant sui usus gratia ad patriam, sed pro alijs rebus sic. l. à legatis. & ibi doct. & Sali. C. de uecti. gl. in l. si publicanus. §. de rebus. eo. tit. sed ambasiatores hostium tenentur indistincte. l. fin. ff. de legi. Bar. in l. j. in prin. ff. ad legem Iul. maie. & in l. conuentionum. ff. de pactis.

Gabella pro alimentis legatis soluenda per statutum, debet solui per legatariũ, si est imposita personæ: si uerò rebus, quas hæres tenetur ferre ad domum legatarij, tenetur hęres. Bar. in l. j. in fi. ff. de ali. & cib. lega.

Gabellam soluere non debet Iudæus de Ancona in portu Firmi, si Anconitani sunt exempti ex priuilegio. do. Ioan. Bom. in consi. In Dei nomine, amen. uiso consi. s. facto, &c. & do. Prosper in con. Venditio introitus commercij, &c. in consi. In Christi nomine, amen: licet bene & subtiliter, &c. & Ang. in simili. in consi. Datus est saluusconductus, &c. arg. contra in con. Feder. de Sen. In Christi nomine, amen: statuto cauetur, quòd nullus artifex. & j. uer. Iudæus. uer. xcvj.

Gabellam soluere tenentur, qui habentur pro ciuibus ex forma statuti. Bald. in l. quod fauore. C. de legi. Quod intellige, præsupposito alio statuto, quòd etiam ciues teneantur ad gabellam, ut ibi: sed econtrà idem est: quia

30 Gabellam soluere non tenentur, qui habentur pro ciuibus, stante statuto, quòd ciues non teneatur. do. Ibbus de Peru. in l. prætor ait. §. patronum. iiij. col. de in ius uoc. arg. c. cùm dilectus. & c. ad audientiam. de cle. non resi.

Gabellam soluere tenetur clericus, uel alius exemptus, qui in fraudem gabellæ dicit res alienas esse suas. l. fi. & ibi Bartol. C. de anno. & tri. li. x.

Gabellam soluere debet debitor. Pe. de Ancha. in clemen. quáuis. de appel. in fine.

Gabella debet solui de contractu inter patrem & filiũ, nisi specialiter sit exemptus talis contractus, uel nisi sit contractus lucratiuus: quia talis non subiacet oneri gabellarum. Barto. in l. j. C. de imponen. lucra. descrip. lib. x. & do. Ibbus in l. j. ij. col. ff. in ius uoc. ut eant.

Gabella per minorem solui debet, aliàs res incidit in commissum. l. ex causa. §. in commissum. & ibi Bartol. ff. de mino. Potest tamen soluere intra dies triginta: quo casu ipso iure euadit illæsus. l. Imperatores. §. fin. & ibi. docto. & Bartol. ff. de publica. sed pòst habet beneficium restitutionis in integrũ. d. §. si in commissum. & ibi Bartol. Prædicta uera, siue in pupillo, siue in adulto, ut quilibet eorum soluens intra triginta dies sit ipso iure illæsus, & rem recuperet sine beneficio restitutionis in integrum. doc. & Bartol. & Angel. de Perig. in d. §. fi. hodie tamen pupillus ipso iure seruatur illæsus ante, & post triginta dies: per l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necess. secundum. doc. & Angel. de Perigl. in d. §. fi. gloss. in l. si tutor. C. de admi. tut. Barth. Cæpo. in sing. suis, uersic. xxvij. Et adde, quòd minor si intra terminum statuti non soluit uectigal, restituitur. Sed si gabellæ sunt ciuitati concessæ permissu principis, quæ ciuitas non habet uigore statuti iura uectigalium, si minor non soluat, pœnam no incurrit. l. ij. & ibi Bar. C. de fun. patri. lib. xj.

Gabellam si tutor, uel curator non soluat, tenetur ad interesse, si res incidit in commissum. l. si tutoris. & ibi gl. & doc. C. de admi. tut.

* Gabellam nemo soluere tenetur pro ijs rebus quas importat, aut exportat, ut ijs domi cum domesticis utatur & fruatur, & hac de re eius iuri iurando fides præstanda est. l. uniuersi. C. de uectigal. & commis. l. si publicanus. §. j. ff. de publica. l. censoria. ff. de uerbo. signif. c. fi. de censib. in Clem. no. in c. super quibusdá. de uerb. sig. Iason in l. cætera. §. sed & si qs ad opus. nu. ix. ff. de leg. j. Æmilius Maria Manolessus.

Gabellam soluere non tenentur subditi episcopatus, stante statuto, quòd forenses soluant gabellam. Bald. in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor.

Gabellam soluere debet renuncians, non is, cui renunciatur beneficium ecclesiasticum, de quo electi sunt fructus anno quo renunciantur: secundum do. Domi. Gemi. in c. fi. de offi. ord. in vj.

Gabellam legatarius soluere non tenetur de legato, uigore statuti disponentis mercatorem, uel negotiatorem teneri. Bartol. Angel. post gloss. in l. cætera. §. si quis ad opus. de leg. j. Ioan. de Por. in consi. Omnipotentis Dei postulato suffragio. viij. colum.

Gabellam soluere non debet creditor pelliparij uendens pelles pellipario, stante statuto, quòd pelliparius uendens non teneatur ad gabellam. Bal. l. j. C. si seruus extero.

40 Gabellam miserabiles personæ si per statutum soluere non tenentur, de quibus intelligatur. j. uer. Miserabiles. uer. j. & ij. dixi ubi sup. q. xxvij.

Gabellam lenones de lucro meretricum soluere nõ tenentur. Ang. in auth. de lenoni. in prin. Sed olim tenebantur ex decreto Caij Caligulæ, teste Suetonio, uer. uectigalia noua.

Gabellam quondam scholaris de libris soluere bene tenetur, quãdo reuertitur ad studium. Bal. in l. naturaliter. §. apium. ff. de acquiren. re. do. Vide melius per Bartol. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis. & in consilio, Quidam scholaris. post Dy. in §. pauonum. Instit. de re. diui. & Flo. in l. j. §. habitare. in fi. de his, qui deie. uel effu. ubi dicunt uerum, si post recessum à studio incœpit esse mercator, uel aduocatus: secus, si ad aliud exercitium non diuertit: licet in arbitrio iudicis sit quantitas temporis absentiæ. Idem si per quinquennium abfuit à studio. per l. iij. C. de dome. & protec. lib. xij. & not. in l. ij. C. de primip.

Gabellam doctor de salario lecturæ soluere non debet, si fecit pactum ne teneretur. Et hoc uerum, etiamsi sit statutum, quòd camerarius communis non teneatur soluere salaria salariatis communis, nisi retenta gabella duorum solidorũ pro libra: imò si retineatur, debet doctori restitui. doc. & Bartol. in l. si socer. §. idem quærit. ff. de dote prælegata.

Gabellam nouitij si per statutum soluere non tenentur, intelligitur scilicet intra annum. doc. & Bar. in l. interdum. §. quoties. ff. de publ. & j. Nouitius. uer. iij. & vj.

Gabellam soluere debet etiam qui per plateas tempore nundinarũ portat merces, nec eas tenet certo loco uenales. Bart. & Flo. in l. qui sellam. in prin. ff. de serui. rusti. prædio. & do. And. in apostil. in l. j. §. si insula. ff. de fluminibus.

Gabellam miles soluere tenetur non tamen res eius incidunt in commissum. l. omnibus. & ibi doct. Bald. & Salic. C. de uectig. & commis.

Gabellam hęres soluere debet pro legato, quod remanet apud eum, si statutũ uult de legato solui gabellam. Bal. in l. pe. uer. item ad quæstioné de gabella, in lec. anti. C. de condi. inser.

† Gabellarum onus soluere quis teneatur, & ex quibus, uide do. Barth. Soc. in consi. ccxlvij. incip. Circa primum. uer. & pro declaratiõne. cum uer. seq. usq; ad uer. circa secundum dubium. in ij. parte.]

Gabella pro rebus animatis an & quando soluatur. uide j. eo. per totum.

Gabella soluenda de quolibet boue extracto de territorio, nõ debet

debeat solui de boue, quem quis ducit per transitum.gl. nō. & Cy.in l.si quis post hanc.C. de ædif.priua.& Ioan. de Por. in l.cætera.§.si quis ad opus.de leg.j.nec de boue pignorato: de quo, cùm extrahitur de territorio, dissoluto pignore non debet solui gabella.doc.moder.ibi.

Gabella soluenda de animalibus, intelligitur scilicet magnis, quæ ducuntur, non de paruis, quæ feruntur ut gallinæ, & similia.Gul.de Cu.in l.de quibus.ff.de legi.Flo.in l.hęc actio. ff.si quadru.pau.fe.dic.in q. supposita consuetudine. dixi in tracta.gabel.j.parte octauæ principalis.in rubrica, de gabel. animalium.ij.quæ.

Gabella soluenda de armento, non debet solui de pecudibus, uel econtrà.Bar.in l.fi.C.de mil.ueste.lib.xij.

Gabella soluenda de quolibet animali, non debet solui de eo, quod est in utero. Angel.in l.in leg.la ij. ff. ad legem Fal.dixi plenè ubi sup.v.q.

Gabella de animalibus soluenda non debet solui de mortuis, sed de uiuis tantùm, nisi aliud statuto caueatur.Bar.in l.cùm de lanionis.in princip.ff.de fun.instru.

Gabella pro rebus inanimatis an & quando soluatur: uide ĭ.eodem, per discursum.

Gabella pro rebus ad usum necessarijs non soluitur.l.uniuersi. & ibi doc.Bald.& Salic. C. de uecti.& commis. l.fi. §. diuus. & ibi Old.Dy.& doc.& Bar.in l.si publicanus.§.de rebus.ff. de publi.Bart. & doc. & Ioan.de Por.in l.cætera.§.si quis ad opus.de lega.j.Ioan.Por.in consi.Omnipotentis Dei postulato suffragio.vij. col. Barth. Cæpo.in l.inter publica.§.j. de uerbo.signi.Dixi in tractatu de Gabel.viij.parte, titul. de gabel.rerum inanimatarū.j.quæst.ubi plenè.Adde, quòd prohibitus extrahere grassiam, potest extrahere causa sui usus: Ang.& Alex.post Gul.in l.principalibus.si cer.pet.& ĭ.Prohibitus.el j.uersi.ix.& fi.

Gabella de annulis & uestibus, quos quis portat in digitis, & dorso, non debet solui, etiamsi sunt preciosæ.Barto.& Bald. in l.ij.§.cùm in eadem.ff.ad leg. Rhod.de iac. & in l. sed & ipsi.ibi Barto.ff.nau.caupo.stabula.& Alexan.in l.fi.§.diuus. de publican.

Gabella de re inæstimabili nō debet solui uigore statuti, quòd de qualibet re soluatur iuxta æstimationem eius certū quid pro libra. Bartol.Angel.& Imo.in l.iiij.§.prætor.de dam.infecto.& ibi omnino per Alexand.post moder.& Bartol. in l. ita tamen.de admi. tut. & Paul. de Castr. in l. benignius. de legi.aliàs in l.neq; leges.& Barth.Cæpo.in rub.ff. de uerbo. signi. Quod uerum, secundum Ludo. in d. l.iiij.§. prætor.si res nullo modo potest æstimari, uel factum: aliàs secus: nec de re, cuius æstimatio non ascendit ad libram.Bartol. in d.l. ita tamen.in prin.de admin.tut.Item nec de homine libero, si statutum simpliciter diceret solui de qualibet re. Barthol. Cæpo.in l.pecuniæ.de uerborum signifi.Item nec de re sacra, uel religiosa.gl.Bartho.Cæpol.ibidem.

Gabella soluenda de quantitate petita, solui debet etiam de re petita.Bal.post gl.in auth.generaliter. C. de epi.& cler. facit l.si ita fideiussorē accepero.ff.de fideiusso.uidelicet in qualibet parte iudicij: ut ibi per Bald.pe.co.& in auth.contrà rogatus.in fin.C.ad Trebel. & per Bald. in l. exceptionem. C. de proba.& in l.per diuersas.xiij.q.C.mandati.& in l.j.§.puto.de postula. Dixi in tractatu Gabel.viij.parte, de gabel.de re inanimata.iiij.q.

Gabella de fructibus soluenda, intelligitur deductis expensis, puta de fructibus molēdini: nisi dicatur in statuto, pro quolibet corbe, sextario, uel salma.Bal.Ang. & doc. in l.fructus. sol.mat.adde s̄.uerbo, Fructus.el j.uer.ij.

Gabella solui non debet de iure communi de rebus in portū delatis ui tempestatis, uel incursu piratarum. l. fin. §. si propter necessitatem.& ibi Dy. & doct. & l. Cæsar.ff. de publi. & in leg.j.& ibi Barto.C.de naufrag.lib.xj.& Bald.in l.iij. in fi.C.de nau.fœnore.

Gabella solui non debet de rebus, quas quis portat de ciuitate, ad quam uenit ob caristiam, cùm excuset eum famis necessitas.Bar.in d.l.j.C.de nauti.fœno.lib.xj.

Gabella de rebus in exercitum delatis non soluitur.l.licitatio. §.res, quæ exercitui.& ibi docto.& Bar.ff.de publica. Quod uerum, secundum docto.& Angel.de Perigl. ibi post Bar. etiamsi sit pactum cum gabellarijs, & communitate, quòd omnes teneantur non obstante aliquo priuilegio: quia intelligitur præter quā de priuilegio clauso in corpore iuris.Bal. in auth.qua in ꝓuincia.C. ubi de cri. agi opor. & Pa. de Ca. in leg.j.ff.de legi.& s̄.Gabella per quos soluatur.uer.xix.

10 Gabella de rebus, quę portantur ad fiscum, solui non debet. l.uniuersi.& ibi doc.C.de uecti.& commis.

Gabella de margaritis, & lapillis, non debet solui uigore statuti loquentis, quòd soluatur de lapidibus.Barto.in l.fi.§.species.ff.de publican.

Gabella de frumento soluenda, debet solui etiā de farina. Ray. & Bar.contra Dy.in l.quæsitum.§.illud de leg.iij.& Bal.in l. non dubiū.C.de legi.nō.in l.triticū.& ibi doc. & Io. de Por. de uerb.oblig. Sed Albe.de Ros.in tracta. Statutorū, j.parte, ix.q.& in iiij.colu. & rubr. an prohibitio bladi, &c. sequitur Dy.Dixi in tract.Gabel.viij.parte, in rubrica de gabel. rerū inanimatarum.xj.q.

Gabella soluta de fructibus per colonum, non debet solui de pensione fundi per dominum.Bart.& doc.in l.fi.§. quoties. de publi.& docto.moder.in l.uectigalia.C.de uectig.

Gabella de cadaueribus solui non debet uigore statuti, quòd de hominibus soluatur.Flor.in l.nec corpora. ff. de relig. & sump.fune.& in l.j.§.prætor ait.eod.ti.Barth. Cæpo.in l.inter publica. §.j. de uerborum signifi.arg.tamen contrà, in l. ij.& iij.de cada.puni.& in l.funeri.ibi, uectigalia. de relig. & sumpt.funer.

Gabella de rebus emptis in nundinis solui non debet, etiamsi post ex interuallo extrahantur de ciuitate, uel si traditio rei emptę in nundinis fiat ex interuallo post nundinas.l.j.& ibi Bald.C.de nundi.

Gabella nō debet solui de rebus ad agriculturā necessarijs.l.uniuersi.& ibi doct.& Sali.C.de uecti.secundū unā lecturā.

Gabellam solui de dote an possit disponi per statutum. Lapus in alleg.cxxix.

Gabella soluenda de quolibet lucro ex forma statuti, non debet solui de lucro dotis, quod impropriè dicitur lucrum. ĭ. uer.Lucrum.in uer.xvij.

Gabella de salario simpliciter promisso solui non debet. Bart. in l.ij.§.idem quærit.de dote præleg.Paul.consi.cccxvj.

20 Gabella solui debet de rebus ad fabricam, uel refectionem, necessarijs, cùm non reperiantur dictæ res de iure exceptæ. gl.est no.in d.l.uniuersi.C.de uectig.& commis.

Gabella de uino soluenda non debet solui de aceto. Bald. in l.ij.in fi. C. de pericu.& commo. rei uen. facit l.si quis uinū. §.item acetum.ff.de uino, trit.& oleo le.& in l.j.C. de erogā. mil.anno.lib.xij.nec de oleo.Bald.in l.j.C. quæ sit lon. consue. Item nec de aquatico, secundū do.Simo.Sicul.in consi. Statuto cauetur, quòd uendens uinum.

Gabella soluenda de fructibus, non debet solui de fructu hominis.Flor.in l.uetus.ff.de usufru.Barth.Cæpol.in tract. de serui.rusti.de usufru.facit l.in pecudum.C.de usur. Secus, si statutum loquitur de reddit u.l. Paulus. §. hæres. ff. de usur. & in Spe.de loca.§.j.uer.illud.

Gabella de pecunia mutuatā communitati solui non debet uigore statuti disponentis solui gabellam de pecunijs, quæ ueniunt in communi.Bart.in l.Nesennius Apollinaris.in princ. ff.ad legem Falcid.

Gabella de fructibus soluenda non debet solui de quotidianis distributionibus.Io.And.in rub.de conces.præben.in addi. Spe.& Gemi.in c.consuetudinem.§. qui uerò. de cleri. non resi.lib.vj.& plenius s̄.uer.Fructus.el j.uer.vij.

† Gabella an de fructibus pendentib.solui debeat, quando de uenditione fructuum solui debeat: uide Fran. Aret. in l. patris.ibi: sicut dicit Bald.de uulg.& pup.]

Gabella contractuum quomodò soluatur, uide infrà eo. per totum.

* Gabella, ut nostri dicunt, si est soluenda de negociatione uini, olei, frumenti, non est soluenda ab ijs, qui uendūt res huiusmodi in prędijs suis perceptas, sed ab ijs qui emūt, & uendūt.c.eijciens.dist.lxxxviij. Abb.con.vj.in ext.uol. ij.Ias. in l.cętera. §.si quis ad opus.col.ij.in ext. ff. de leg.j. Deci. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ.col.fi.uer. limita. de constitutio. Ay. Crau. con.vj.nu.cxvj. Æmilius Maria Manolessus.

Gabella soluenda de compra solui debet de permutatione de iure communi.Bar.post gl.in l.si quid earum.de lega. iij.leg. j.§.pen.

j.§.pen.cum gl.& Bart.de contrahen.empt.l.j. & ibi Bartol. & doc.C.de rerum permu.l.fin.§.in computatione.per Bar. C. de iure delib. non de consuetudine: quia differunt compra,& permutatio. Bald.in l.j.C.de rerum permu.

* Gabella de contractu nullo soluenda non est. Guliel. Cun. in l.ab emptione.ff.de pact.Bar.in l.si constante.C.de donatio.ante nupt.Bal.in l.ij.C. de euiction. & in l. non dubium. C.de legib.in l.j.C.de eunuch.in l.si duo.§.sed quia.C. commun.de legat.Ang.in §.sed quia uerò. in extr. in authen. de nupt.Ludo.Roma.in consi.lxxviij.Hippo.Mar.consi.cxvij. nu.54.con.cxx.nu.iiij.con.cxxxj.nu.xxv.uol.ij.l.fi. §. pe. & ibi.Bar.C.de leg.Angel.& doct.in l.Marcellus.§.res quæ.ff. ad S.C.Trebel.Iason in l.possideri.§.Nerua filius. nu. vij. ff. de acqui.possess. Riminald.con.lxxxvj.nu.xiij. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Gabella non soluitur, nisi quando ex contractu agi potest. Bar.& Alexan. in l.lege Falcidia non habetur.in extr.ff.ad l. Falcid.Carol.Rui.con.xxxiiij.nu.ix.uolu.iiij.Maria. Socin. con.cxxx.nu.v.uol.iij.Æmilius Maria Manolessus.

* Gabella de contractu etiam in diem certum ante diei euentum non soluitur. Ang.in l.cum Titio. & Alex. in l. lege Falcidia.ff.ad l.Falci.Maria.Soc.in con.cxxx.nu.vij.uol.iij.Æmilius Maria Manolessus.

Gabella soluenda de permutatione solui debet, quando loco precij datur res, sicq; res pro re.Bald.in l.j. C. de rerum permu.Ang.in l.cum eiusdē.ff.de ædil.edi.Sed non,quando nuda possessio permutatur cum nuda possessione.Bald. in d.l. j.dixi plenè in tract. de Gabel. viij. parte, de gabel. contractuum.j.& ij.quæst.

Gabella soluenda de emptione & uenditione, solui debet etiā de permutatione.Bald.in l.sciendum.§.emptorem. ff. de ædil.edic.l.statuliberi à cæteris.§. Quintus.de statulibe. Bart. in l.fin.§.in computatione. C. de iure deli. Sed an de donatione, dixi plenè ubi s̄. iij. quæ. In quæstione tamen proposita uide Spe.de contrahen.emp.§. nūc dicendum restat. uer.sed pone,statutum.& ibi Ioan.And.in addi.in j.q. & per Alex.Vincen.in c.potuit.x.charta,de locato.

Gabella soluenda de uenditione an habeat locum in datione in solutum,ut de ea solui debeat gabella.Bart. quòd sic, in l. si pupillorum. §. si prætor.de re.eorum. & in l.j.§. cùm prædium. ff. de pigno. nisi detur in solutum species pro specie. Bar.in l.libera. C. de sen. & s̄. eod. uersi.proximo.& in alijs cōtractibus onerosis.Bar.ꝗ sic,in l.per diuersas.ff.mandati.

Gabella de precio quolibet soluenda, intelligit̄ scilicet de contractu emptionis,nisi statutum loquatur de precio communi:quia tunc adaptatur ad omnes contractus.Bald.in l.cùm dotem.C.de iure dotium.

Gabella soluenda de cōtractu alienationis debet solui de permutatione.argu.l.fin.& ibi doct.& Bartol.C.de reb.alie. Instit.qui.ali.non licet.§.j.Bald.in authen.res,quæ.C. communia de lega. in Specul. de rerum permu. uersi. in hac forma. Pau.de Cast.consi.xvj.dixi ubi s̄.vij.q.Item de transactione, Bal. in l.j. C. si aduer.transact. Quod uerum, si res tradatur, non retineatur transigendo.Bart.in l. nonnulli. de transact. Vide quod dixi viij.q.& s̄.uerb.Alienatio.uers.lxiij.in prin. & plenius in dicto tractatu,ix.q.

Gabella solui debet pro quantitate contenta in instrumento, nō secundum quod debetur.Flori. in l. in lege Aquilia.si delictum.§.si quis.in prin.ad legem Aquil.dixi s̄.x.q.

Gabella soluenda de contractu,non debet solui de transactione.Salic.& Pet.de Su.in l.contractus.C.de fide instr. nec de laudo: secundum Io.de Imo. in c. si quando. de offi. delega. & Bal.in rub.de rerum permu.in fi. Nec de donatione. glos. Bal.& Salic.in d.l.contractus.& in l.fi.C.de litig.per Bald.

10 Gabella soluenda de contractu,de quo ius oritur, solui debet de promissione de uendendo, non tamen etiam de uenditione postea sequente, cùm semel tantùm solui debeat. Bar.& Ang.in l.si pupillus.ad leg.Fal.Bartol. & doc.in l.fi.§. † quoties.de publi.Paul. de Cast. con.clxxxv. † Et per Fran. Aret.in l.hæres.circa fi.de acqui.hære.]

Gabella de cōtractu soluenda nō debet solui de distractu,quādo ex solis uerbis fit distractus.Barto.in l.ab emptione.ff.de pac.Secus,si pro primo cōtractu fuit facta traditio rei : nam si contractus rescinditur, fieri debet rei traditio: & dicitur tunc nouus cōtractus,unde noua debet solui gabella: secundum Gul.de Cu.& Paul.de Cast.ibi. Sed imò pro ipso contractu,etiam dissoluto, debet solui, ne consensu partiū præiudicetur fisco in gabella, pro quo contractu fuit fisco ius quæsitum.Angel.& Pau.de Cast.in l.iuris gentium.§.adeò. ff.de pact.& per Bald.in l.si prædium.C.de ædi.acti. & Ang. in §.quia uerò.j.in auth.de nup. & in l. acta. de re iudi. & ibi Ioan.de Imo.& Ange.& Fulgo.in l.petens.C.de pac. & Alexand.in dicto §. adeò. ubi dicit uerum, nisi incontinenti sit dissolutum, id est, antè, quàm sit peruētum ad extraneos actus.& per Alex.in l.in insulam.§. fina. solu. matri. Item nec de contractu,qui est nullus,secundum Bald. & Salic. in l.ij. C.de eunuch.& Bal.in l.non dubium.C.de legi.& Bald.in l. j.§.sed & nostra.in lectu.antiq.C.communia de lega. & in c. j.in fi.de natura feudi.dixi ubi s̄.xv.& xvj.q.& Alex.in l.eleganter.§.qui reprobos.de pigno.& in l.Pomponius. §. præterea.de acquir.pos.quòd de distractu non debet solui,uide Bal. in l.tres fratres.ff.de pactis.& in l.finali. C. quando liceat ab emp.disc.& aliquid ꝑ Bal.in l.siue apud.j.col.de trāsa.

* Gabella soluenda non est de contractu,per in integrum restitutionem rescisso.Riminald.con.cccvj.Presens articulus. uol.ij.Æmilius Maria Manolessus.

Gabella soluenda de contractu per statutum disponens, quòd nisi soluatur, cōtractus sit nullus, si nō sit soluta,& una pars excipit de nullitate contractus ob nō solutam gabellam, an possit altera pars replicare de pari culpa.Bartol. & doc. in l. fina.§.penulti.de eo,per quem fac.er.& in l. cùm mulier. soluto matrimonio.& ibi Bald.& in l.apud Celsum.§.Marcellus.de doli excep.& Bald.in l.acceptam.xxij.q. de usuris. & in Marga.uerbo,Dolus.uersi.penul.& in l. creditoribus. de ser.pig.da.manu.& Ange.in authen.ut iudi.sine quo. suffragio.§.itaq;.coll.ij.Dixi plenius in tractatu Gabel.viij.parte, de gabel.contractu.xxvij.quæst.Alexand.in dicto §.penult. dicit post Rapha.concordando Bartol. ne uideatur contrarius in dictis ibi. & in l. cùm mulier. soluto matrimonio. quòd si actor,uidelicet uenditor,agit principaliter ad nullitatem contractus propter non solutam gabellam, & sic rei uendicatione ad rem: & tunc obstat exceptio non solutæ gabellæ:nec replicat de pari culpa.Aut agit ad preciū:& tūc replicat,si sibi emptor opponat.Vide Bal. in l. j. §. Offilius. ff.ne quis eū,qui in ius uoca.Ant.de Bu.& Abb.in c. dilecti. in fi. de excep.& omnino Ale.in d.l. cùm mulier. pe.charta.

Gabellæ non solutæ exceptio potest objici inter mercatores, inter quos debet de æquitate procedi.Bald. in l. si pro ea. in fi.C.mandati.Dixi ubi suprà,xviij.q.

Gabella soluenda de deposito, debet solui de eo etiam, quod est factum,ut aliquid fiat.Bal.in rubri.C.depositi.& in l. per diuersas.C.mandati.Item de deposito ciuili,id est,facto sine uera numeratione,secundum Pau.de Cast.consi.ix.

Gabella non soluta de testamento,non uitiat testamentum,licet ex forma statuti uitiet contractum.Bald. post gl. in l. testamentum.C.de testa.Item,

Gabella contractuū uendita non comprendit gabellam testamentorū.Bald.in d.l.testamentum.dixi ubi s̄.quæst.xx.

Gabella non soluta licet statutum annullet instrumentum, nō tamen annullare censetur contractum: quia instrumētum, & contractus differunt.Barto.in l.si quis legatum. de fal.Io. de Imo.Pau.de Cast.& Ioan.de Por. contra Bal. in l. si seruū filij.§.eum,qui.de leg.j.

Gabella soluta de emptione,debet restitui re redhibita. Quod uerum,scilicet per uenditorem,non per gabellarios. Bal. in l.prædium.C.de ædil.actio.

Gabella de transactione soluenda, non debet solui de compromisso.Io.de Pra.& doc.moder.in l.j.de transact.

20 Gabella soluenda de quolibet instrumento,non debet solui de instrumento legitimationis.Pau.de Cast.in l.in his.ff. de leg.& j̄.in uerbo,Statutum.de iudi.uer.lxxxv.

Gabella de contractu quolibet soluenda,debet solui, etiam de contractu inter patrem & filium,nisi de lucratiuo.Bar.in l.j. C.de impo.lucra.describ.lib.x.

† Caute. Inuentarium nedum excusat hæredem ab obligationibus hæreditarijs, ne teneatur ultra uires hæreditarias, sed etiam excusat à uexationibus facti. Istud est solenne dictum Bald. in l. fi. §. & si præfatam. in ultimo notabili. C. de iure deli. Et uide cautelā pro hærede, si uult habere dilationem aliquam, intra quam non possit conueniri à creditoribus hæreditarijs, uel legatarijs post aditam hæreditatē. per Cæpo. cau. ccxxij. incip. Institutus hęres. Et adde, quòd hęres intra tempus trium mensium ad conficiendum inuentarium non potest conueniri à creditoribus, nec à legatarijs. Quod limita. ut per Pau. de Cast. Alexan. & Iaco. de san. † Geor. in d. l. fina. §. donec. †

Hęres usufructuarius tenetur ad onera hæreditaria. l. fin. & ibi Bart. ff. de usu. lega. facit l. j. C. de bo. mater. Sed contra tenet Bald. in auth. causa, quæ. in fi. C. de episc. & cle. & ĩ. uer. Vsufructuarius conuenitur. uer. xxj.

Hæredes insolidum conueniri possunt, quando quilibet fuit in mora soluendi. l. fideicommissa. §. si in opere. & ibi Bart. de lega. iij. & s̄. Hæres grauatus. uersi. xviij.

Hæres tenetur actione ex testamento cedere legatario actiones contra debitores hæreditarios. gloss. in l. si seruus. §. qui marga-

margaritam. de leg. ij. Ioannes de Por. in l. si pecunia. de legat. j.

Hæres pecuniam legatam tenetur soluere, etiamsi pecunia nō sit in hæreditate: quia debet uendere res hæreditarias. l. si pecunia. de leg. ij. Quod est uerũ, inuentario non confecto: quia aliàs potest dare rem pro pecunia, si nō reperit emptorem. Bar. ibidem. & j. eod. uer. cxc. & cxij.

Hæres tenetur ad onus iniunctum legatario, quod caducum remaneat apud hæredẽ. l. Celsus. aliàs, pater meus. de leg. ij. l. j. §. secundò. & ibi Baldus C. de cadu. tol. uidelicet conditione ex illa lege, uel actione utili ex testamento. Bald. ibi. in §. ne autem.

Hæres animo deliberans adire, in foro conscientiæ non tenetur creditoribus hæreditarijs. Bal. in l. pro hærede. in princ. de acqui. hæredi. & in l. gerit. ij. col. eod. tit.

30 Hęres quibus casibus teneatur luere rem alienam legatam. in l. si res. & ibi Bart. de leg. j. l. prædia. & ibi doct. & Bart. C. de fideicom.

Hæres conuentus ad legatum condemnatus non potest appellare, imò cogitur cauere de eo præstando. in Spe. de appel. §. xj. uersi. j.

Hæres conuentus ad legatum an possit condemnari ad interesse. in Spec. de fruc. & inter. §. vj. uersi. quid autem.

† Hæres citatus, contra quem agitatur iudicium, si colludet, uel non defendat, nō præiudicat substituto. do. Barth. Soci. in consi. cclj. incip. Quoniam in præsenti. uer. cōfirmatur, nam uidemus. in ij. parte.]

Hæres an cogatur conducere domum pro uxore testatoris, alimentaria, quando ipse habet multas domos hęreditarias, & uult ei unam assignare potius, quàm aliã conducere, & an teneatur præstare ei alimenta ubicunq; uoluerit habitare, quando in domo testatoris nō fuit relicta. Bal. in l. annalibus. C. de lega. quòd non tenetur conducere, & debet ei dare alimenta, ubi uelit hæres, in loco tamen honesto conditioni uxoris. & s. Habitatio.

Hæredes tenentur pro hæreditarijs portionibus actione personali, sed hypothecaria in solidum. l. j. & ibi Bart. C. de hæredi. act. & l. ij. eod. tit. sed reali, quatenus possident. d. l. ij. & s. eod. uersic. xxiij. Et si dicit statutum, quòd proximiores ex parte patris habeant stabilia, sed proximiores ex parte matris habeant mobilia, creditores cōueniunt pro rata bonorum. Gul. de Cu. in l. hinc quæri potest. de pecu. & Alex. consi. xcij. iiij. parte. Quod dixi de hypothecaria, adde pro legato competit pro hęreditarijs portionibus: ut j. eod. uer. cxxj. Item quod dixi de actionibus hæreditarijs, dic uerum, nisi in casu singulari, scilicet quando pater promittit dotem pro filia, & eam postea instituit hæredem cum masculo fratre: quia frater cohæres non tenetur ei ad dimidiam dotis promissæ, sed dos ipsa tota promissa confunditur cum parte hęreditatis relicta filiæ creditrici. Casus est fin. & mirabilis in l. j. §. filiam. de codicil. doct. & Alex. in l. post dotem. & ibi Lud. Pon. solu. mat. & s. uer. Filia.

Hæres an teneatur legatario de culpa leui, uel leuissima. l. cùm res. § culpa. & ibi doct. de leg. j. & in l. si seruus. §. cùm quid. & ibi. Bart. eod. tit.

Hæres tenetur legatario de interitu & periculo rei post moram. d. l. cùm res. §. fin. & ibi Bartol. de leg. j. & l. si seruus. §. si seruus. eod. tit.

Hæres cedens actionem legatam legatario contra debitorem, tenetur ad interesse legatario agenti contra debitorem cessum opponentem exceptionem compensationis ex persona hæredis cedentis. Bart. in l. qui duos. in prin. de leg. ij.

Hæres obscurans domum usufructui destinatam, potest conueniri. l. si is, qui binas. de usufru. l. binas. de serui. urban.

Hęres tenetur soluere preciũ uenditori pro re empta per testatorem, & nō tradita, & legata alteri per testatorem. Bal. in l. cùm rem alienam. ij. col. C. de legatis.

40 Hæres an teneatur filiæ testatoris dotatę de centum ad alia centum, quando pater legauit filię ducenta pro dote, & postea eam maritauit cum centum. Bal. in l. filia legatorum. in princ. C. de lega. & s. uerbo, Filia nupta. uer. x.

Hæres cogitur uendere, & soluere creditoribus, si sibi nihil potest nocere: aliàs secus, ut quando ipse tenetur de euictione promissa, si sit cautus, ut consentiat creditoribus, quòd uendant, & protestetur, quòd non uult teneri de euictione. Bal. in l. fi. §. & si præfatam. j. q. C. de iure delibe.

† Cautelam pro emente ab hęrede res hæreditarias, uide s. in uerbo, Emptor hæreditarius.†

Hæres percipiens fructus ex legato post aditam hæreditatem, tenetur eos restituere legatario, etiam qui fuit in mora recipiendi legatum sibi oblatum per hæredem. Bald. in l. j. ij. colum. C. de usu. & fru. leg. per l. si mora. solu. matr. nisi ignorauerit probabiliter legatũ: quia tunc seminatos à se, uel alio post mortem testatoris, consumptos ante litis contestationem lucratur, non autem consumptos post litem contestatam, uel pendentes. Bald. ibidem. & s. uerbo, Fructus legatorum. uersi. x.

Hæres patris tenetur dotare filiam, sicut pater. Bart. in l. si marito. §. si uoluntate. sol. mat.

Hęres non est citandus in electione pauperum facienda per executores, uel arbitros. Bal. in l. ij. §. j. in utraq; lect. C. communia de lega. & in l. captatorias. de testam. mili.

Hæres tenetur soluere gabellam de legato repudiato remanente apud ipsum. Bald. in l. pen. vij. col. in lect. antiq. C. de condi. inser.

Hæres dissipator bonorum grauatus fideicommisso an teneatur cauere fideicommissario, si testator ei remisit cautionẽ. Bal. in l. iubemus. ij. col. uersi. ex. quæro. C. ad Trebel. gloss. in l. scire. C. ut in pos. leg. & j. eod. uersi. xlviij.

Hæres tenetur de facto de cōtractu, uel quasi. & de delicto defuncti. Bal. in l. iubemus. §. sanè. in fin. C. de sacrosan. eccle.

Hæres dilapidans, cui testator cautionem remisit, de qua dilapidatione uerisimiliter cogitare potuit, non tenetur cauere: aliàs sic. Sed omni casu potest sibi administratio interdici, uel fieri sequestrum bonorum. Bald. in l. iubemus. C. ad Trebellian. & s. eod. uersi. xlvij.

Hæres tenetur ad pœnam, quam testator promisit, si non daret, si testator non dedit, nec debet hęres aditam pœnam interpellare. glo. in l. fideiussor obligari. §. fi. de fideius. Sed uide Io. de Pra. in l. testamento. de condi. & demon.

50 Hæres habens matrem prægnantem non potest cōueniri, nisi pro quarta parte, cũ in uentre matris præsumantur esse tres alij filij. l. sed & si restituantur. §. fin. & ibi Bar. ff. de iudi. & nota. in l. j. §. interdum. & ibi Bart. ff. de peti. hæred. quod propter numerum nascendorum admittitur petitio hæreditatis incerta.

Hæres conueniri non potest intra nouẽ dies funeris, auth. sed nec ante nouem. C. de sepul. uiol. & in Spe. de reo. §. j.

Hæres sortitur forum, & conueniri potest in loco defuncti uel eius foro. l. hęres absens. in prin. & ibi doct. ff. de iudi. Quod uerum est, siue ibi reperiatur, siue non: ut ibi. & l. si is, qui Romæ. & ibi doct. eod. tit. Item uerum, etiamsi habet priuilegium aliud, quàm de iure communi. Bart. ibi, dum loquitur de clerico, qui non potest conueniri in foro laici. Item secus in fideicōmissario uniuersali. Bar. in d. l. sed & si restituatur. in princ. de iudi.

Hæres mercatoris potest conueniri in curia mercatorum. per l. hæres absens. & ibi doct. de iud. secundum Frá. de Alb. ibi in lect. Quod est uerũ, etiamsi est in statuto dictio taxatiua: ut est Florentiæ: quia talis dictio nunquam excludit personam hæredis: ut s. uer. Dictio. uersi. xv. & pe. Sed hoc intellige sanè, quando aliqua qualitas non est in persona patris requisita per statutũ, ut matricula: quia filius ex matricula patris non obligatur ad professionem in illa mercatura, uel societate. Bal. sin. in l. j. C. de patri. qui fil. dist. & j. uer. Matricula. uersi. xiiij. Et aduerte, quòd primum dictum non decidit ibi do. Fran. sed remittit se ad not. per ipsum. in l. quædã. §. is autem. de eden. & ibi nihil dicit in lect. quam uidi Florentiæ. Sed hoc tenet Lud. Pon. in cōsi. Omnipotentis Dei postulato suffragio, prima fronte dicendum uidetur. Bald. nota. singu. in l. nemo. ff. pro socio. dicit, quòd si quis de collegio decedit, eius hæres nō intelligitur esse de collegio patris, cuius ius non transmittitur ad hæredem.

Hæres pro contractibus defuncti conuenitur in foro defuncti. l. hæres absens. de iudi. & s. eod. uersi. xxv.

Hæres pro legato uel fideicōmisso conuenitur, ubi habet maiorem partem bonorum. l. si fideicommissum. in princip. & ibi Bartol. ff. de iudi. Item ubi per testatorem est destinata solutio.

solutio.ut ibi.ij.resp.ubi etiam tenet Bart. & doct. Item ubi habet domiciliũ. Bart.ibi.& est tex.ead.l.§. sed & rescriptũ. sed pro alimentis debet soluere hæres legatum in loco, ubi est alimentandus, ut in studio, si est scholaris. l. sed & si susceperit.§.si libertis.& ibi Bar.eod.titu. Item in loco,ubi est usitata mensura,secundum quam testator iussit aliquid præstari.d.§. si libertis.& ibi Bart.& s̃.uer.Alimenta.uer.liij. Itẽ si testator uelit hæredem ubiq; posse conueniri, intelligitur scilicet dum modo non conueniatur ut aduena. Bald. in l. ij.§.sed & si quis.pe.col. C.communia de lega. Et subdit ibi Bald.quòd si hæres in uno loco respondeat,non potest hæres uariare circa optionẽ loci.Item si est clericus, nõ potest conueniri in foro seculari, etiamsi testator iusserit. Bald.in l.ij. C.ut in pos.lega.

Hæres potest ubiq; conueniri, ut satisdet nomine legatorum. doct. & Pet.de Sun. in l.sed & si susceperit.§. si hæres. ff. de iudi.uel ut soluat speciem legatam,quia potest cõueniri ubi est species,nõ obstante, quòd alibi sit maior pars hæreditatis:ut ibi etiam per Bart.Sed quid si testator remittat,j̃. Testator. uersi. xx.

Hæres transigens cum uxore defuncti,dicente sibi esse factum legatum à marito, cùm non sit, tenetur seruare transactionem,si non uiderat testamentum.arg.glo.in l.de his,secundum Pau.de Cast.ff.de transactio.

Hæres absolutus per sententiam à legato, an teneatur, si postea appareat testamentum continens legatum.Gul.& Pau. de Cast. quòd non, in l.de his.ff.de transactio.

Hæres an teneatur de dolo testatoris commisso circa rem alienam, & an de dolo proprio. in l. si in rem.la j. & la ij. de rei uendi.

60 Hæres tenetur ad interesse propter moram, quod alio modo probandum est,quàm per iuramentum in litem.Bart.in l.qui concubinam.§.fin.de leg.iij.post glo.ibi & l. qui fideicõmissum.& l.patronatus in prin.eod.tit. † Vide do.Barth. Soci.in consi.cxlvij.incip. Circa primum.uer.circa tertium dubium.cum uer.seq.in ij.parte.

† Hæredis mora non debet esse sibi in lucro, & nociua legatario, nec hæres ex sua mora cum aliena iactura lucrari debet.do.Barth.Soci.in d.consi.cclvij.uer. primo, quia mora. in d.ij.parte.]

Hæres etiam in gradu remotissimo tenetur de euictione. l. cũ successores.& ibi Bal. C.de euiction.

Hæres non tenetur ex eo, quòd testator alienauit in fraudem creditorum.Bar.in l.j.in fin.C.de iure.fis.lib.x.

Hæres non tenetur ultra uires hæreditatis ad legatum alimentorum,uel pro dote, uel arbitrarium, etiam inuentario non confecto, sicut nec quando testator iussit præstari legatum, secundum uires patrimonij. Bald.in l. uoluntatis.iij.col. C. de fideicom.

Hæres non cogitur pendente conditione ad soluendum legata cõditionalia.l.quidã testamento.§.si scriptus. & ibi doct. de leg.j.

Hæres non possidens, lite contestata, cum defuncto absolutur.l.in rem.& ibi Bart.ff.de rei uen.

Hæres, in quem transfertur iudicium uniuersale,post litis cõtestationem tenetur de dolo, & culpa defuncti,non ante litis contestationem, nisi quatenus sit factus locupletior.l. si in rem.& ibi Bart.ff. de rei uend.

Hæredes possessores ante litem contestatam conueniuntur rei uendicatione,secundum quod possident, non pro partibus hæreditarijs. l. si possessor. & ibi Bartolus, ff. de rei uendi.

Hęres tradens solam possessionem, quam habebat testator legans,an liberetur.Bal.in l.cùm alienam. C.de legatis.

70 Hæres non confecto inuentario quomodo teneatur. infrà uerb. Hæres inuentarium. per totum.& uerb. Hæres delibérat.uersi.fin.

Hæres tenetur emere à uicinis rem legatam,quę non sit in bonis testatoris.glo.singu.in l.legato.de lega.j.

Hæres tenetur uni ad rem alteri ad ęstimationem,quando eadem res est legata duobus in solidum.l.qui duos.§.fin.& ibi Bart.de leg.ij.

Hæres tenetur ad legatum alternatiuum factum duobus semel tantùm, quia soluens illud uni,liberatur ab altero : sed si nõ solueret alicui,tenetur utriq;.l.si Titio, aut Seio. & ibi Bart.de leg.ij.

Hæres an possit soluere legatario aliud pro alio,est in arbitrio iudicis.no.in l.si domus.§.qui confitetur.& §.seq.de leg.j.

Hæres potest iurare se nescire,quando agitur de facto defuncti.c.j.§.cum domino.& ibi Bald. de natu.feud.

Hæres potest condemnari in expensis, quando defunctus nõ habens iustam causam litigandi, erat condemnadus.Bald. in l.si pater.C.si pendente appel.mors interue.

Hæres promittens testatori per stipulationem soluere integrum legatum,tenetur,nõ autem,si per pactum nudũ. Bal. in l.ij.C.ad leg. Falcid. Quod uerum est de iure ciuili:secus de iure canonico.c.quamuis.de pac.in vj.

Hæres promittens soluere legata,non intelligitur promittere uelle soluere integra. sed cum beneficio Falcidiæ. fin.& ibi Bal.C.ad leg.Falcid.

Hæres an debeat soluere gabellam pro alimentis legatis alicui uigore statuti.s̃.uer. Gabella per quos soluatur.uersi.xxvij. & uerbo, Gabella ultimarum uoluntatum.uer.pen.

Hæres soluens legata sine executore, an liberetur. in Spec. de instrum.edi.§.xiiij.uer.x.

Hæres tenetur satisdare de iudicio sisti mortuo eo, qui erat sistendus, quia fideiussor eius morte fuit liberatus.l. si decesserit.& ibi Bal.& Alex.qui satis.cogan.

Hæres primi testamenti continentis exhæredationẽ filij præteriti in primo testamento, non conuenitur ad legata. Bald. in auth.ex causa.v.q.C.de libe.præte.

Hæres tenetur de euictione pro re uendita per executorem testamenti.Bar.in l.alio.in fin. ff. de ali.& cibar. lega.

Hæres habens unam rem pro alia, ad quam teneatur in petitione hæreditatis.Bar.in l.Imperator.§.fin.de leg.ij.

Hæres tenetur ad fructus legatario post moram.l. apud Iulianum.§.j.de leg.j.& j̃.eod.uersi.cx.

Hæres an teneatur ad collectas pro rebus legatis.Bal.in l.pręd ia.j.col. C.de fideicommiss.tenet quòd sic, nisi postquã legatarius incipit possidere:ut ibi.uide in l.apud Iulianum.§. hæres.de legatis.j.

Hæres tenetur ad legatum de re aliena, præsente domino rei legatæ : sed habet actionem mandati contra dominum rei, qui consentiendo testatori leganti uidetur mandasse. Bart. in l.cùm quis decedens.in princ.de leg.iij.

Hæres cogitur officio iudicis præstare relictum pro alimentis fratribus Minoribus, licet ipsi id petere non possint,secundum Bart.in l.seruo alieno.in prin.de leg.j.

Hæredes conuenti debent unum procuratorẽ constituere, & non plures.l.iam tamẽ.§.pe.ff.iud.sol.Bal.& Pet. de Su.in l. fi.C.si plu.una senten.fue.condem.l.si familiæ.ff.fa.er.

Hæres unus in solidum potest conueniri actione personali ad quantitatem à creditore hęreditario. Casus sing.secundum Bar.in l.cùm ab uno.de leg.ij.ubi dicitur,quòd hæres grauatus legato dotis à testatore,potest conueniri actione de dote ab uxore nolente legatum dotis,sed potius dotem. Quod adde ad l.pro hęreditarijs. C.de hær.uel actio.uen.Item potest in solidum conueniri quilibet.

90 Hæredes qualiter teneantur ad legatum dotis, uel factum pro capella construenda. j̃.Legatum ecclesiæ.uer.xxviij.& uerb. Legatum dotis.uer.xliij.

Hæres an teneatur ad sumptus litis factos pro re legata.glo. & doct. in l. si rem. de lega.iij. Lanfran. in c. quoniam contrà. uer.Expensæ.ij.col.de proba.

Hæres non tenetur exigere sumptibus suis debitum à debitore, cuius nomen est legatum : sed liberatur cedendo actionem legatario contra eum. l. seruum filij.§. eum, qui. & ibi Ang.de leg.j.sicut nec maritus à creditoribus datis in dotẽ. glo.in l.j.ff.de impen.in re.do.fa.

Hæres spoliatus omnibus bonis, uel maiori parte bonorum, non potest conueniri à creditoribus,nisi prius restituatur. Bart.sing.in l.si te. C. de iure deli.& in q. Lapus captus.per c.j.de rest.spo.in vj.

Hæres nolentis iurare,uel referre mortẽ, antequã iudex pronunciauerit eum haberi pro confesso, non potest condemnari ex tacita & ficta cõfessione defuncti:secus,si sit pronũciatum:ut s̃. Bart.in l. manifestæ.ff. de iureiur. & quod per eum in l.eius,qui.de iure fisci.

Hęres approbans testamentum, tenetur ad legata etiam inualida. l. non dubium. & ibi Bald. C. de testa. Quod est uerum, si ex certa scientia approbauit, non aliter, secundum Bald. ibidem.

Hæres tenetur luere pignus legatum à testatore, & qui pignorauit alteri. l. si tibi homo. in prin. de lega. j.

Hæredes tenentes bona distribuenda ad pias causas, possunt per episcopum cogi per inquisitionem ad distribuendum. Bar. in l. si uacantia. C. de bo. ua. lib. x.

Hæres debet soluere de fructibus perceptis, quando bona non sufficiunt oneribus hæreditarijs, & eos tenetur restituere fideicommissario: ut suprà, uerb. Fructus hæreditatis. uersi. iij.

Hæres an conueniatur ex iuramento defuncti. Item,

100 Hæres an ex iuramento adstringatur ad forum episcopi. Bart. in l. cùm quis. §. codicillis. de leg. iij. & infrà uerb. Iuramentum seruandum. uersic. lxxx. & uerb. Iuramenti cognitio. uersi. fi. & j.

Hæres an teneatur seruare iuramentũ in articulo mortis præstitum per defunctũ. in l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. ij. & j. uer. Iuramentum seruandum. uer. xxxviij.

Hæres conuentus ad legatum generale habet electionẽ, dummodo non eligat rem peiorem. l. legato generali. & ibi glo. & Bart. de leg. j. Quod uerum est, si res nõ est in patrimonio legantis: aliàs est legatarij. l. si seruus. §. cũ homo. & ibi Dy. de leg. j. & j.

Hæredes nominati per nomina propria in legatis tenentur pro uiribus: sed nominati per nomina appellatiua, tenentur pro hæreditarijs. l. turpia. §. fin. & ibi gloss. & Bartol. & doct. de leg. j.

Hæres tenetur legatario ad precium rei legatæ emptæ per legatarium. l. planè. §. quod si rem. de leg. j. Quod est uerum, scilicet ad iustum, licet ipse emerit pro maiori: secundum Bart. ibi. & doct.

Hæres tenetur soluere precium rei emptæ, & legatę per testatorem alteri. l. his uerbis. §. fi. & ibi Bart. de leg. iij. & l. apud Iulianum. §. si Titius. de leg. j. & Bald. in l. prædia. j. col. C. de fideicom. & in l. cùm alienam. C. de legatis.

Hæres habet electionem in legatis alternatiuis temporum, uel quantitatum, & eliget minus. l. si ita. §. si ita. & ibi Bart. de leg. ij.

Hæres tenens hæreditatem tanquam bona uacantia, nec uolens eam ex testamento, nec ab intestato, tenetur ad legata omnia, etiam profana. l. quia autẽ. §. certæ. secundum Ang. ibi ff. si quis omis. cau. testa.

Hæres opponit exceptionem simulationis contra instrumentum defuncti, etiam stante statuto, quòd hæres non possit opponere, uel uenire contra instrumentum, nisi statutum prohibeat etiam exceptionem simulationis: ut s. uer. Exceptio contra instrumentum. uersic. xxxv. & xxxvij. & uerbo, Exceptio simulationis. uer. j.

Hæres tenetur ad pecuniam legatam, etiamsi nulla sit in hæreditate: quia debet uendere de bonis. l. si pecunia. de leg. ij. Quod uerum, inuentario non facto: aliàs potest dare rem pro pecunia, si non reperit emptorem. Bart. ibi suprà eod. uersi. xxvij.

110 Hæres post moram tenetur ad fructus, etiam non præstita cautione per usufructuarium. Bald. in l. ij. in fi. principij. C. communia de legatis.

Hæres an teneatur relaxare feudum fratrib. ecclesiæ propter usumfructum eius relictum ad cultum capellæ, sitæ in ecclesia ipsorum. Pau. de Cast. consi. ccxlj.

Hæres conuentus potest dare in solidum creditoribus etiam inuitis, quibus pecunia deberetur, quando pecunia non est in hæreditate: aliàs secus: nec cogitur uendere bona, & soluere pecuniam, si confecit inuentarium. Angel. in l. j. §. hæc stipulatio. xj. col. ff. si cui plus, quàm per leg. Falcid.

Hæres obligatus propter hæreditatem potest eam dimittere creditoribus, sicut dominus noxaliter pro seruo obligatus. Angel. in d. §. hæc stipulatio. xj. colum. si cui plus, quàm per leg. Falcid.

Hæres non tenetur ad fructus pro tempore iacentis hęreditatis, & sic ante aditam. Bald. & Pet. de Sun. in l. litigator. C. de fruc. & li. expen. per no. in l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib.

Hæres an teneatur emere aditum fundo legato non habenti aditum. Ang. in l. si seruum filij. §. duos. de leg. j. & no. in l. j. de serui. leg. & in l. testatrix. ff. quemad. serui. amit.

Hæres tenetur ratificare uenditionem factam per defuncti executores. Bald. in authen. si captiui. ult. colum. de episco. & clericis.

Hæres potest per iuramentum probare testamentum non esse apud ipsum, licet præsumptio sit in contrarium. Paul. de Cast. in l. publicati. in fin. C. de test.

Hæres debet iurare de calumnia, etiamsi defunctus iurauit. gloss. in c. ij. de iur. calum. in vj. Bal. & doct. in authen. principales. C. eod. tit.

Hæres non tenetur ad legatum solutum legatario per testatorem uiuum. l. Lucius. & ibi glo. & Bart. de leg. ij.

120 Hæres tenetur ad legatum, nisi doceat testatorem mutasse uoluntatem. d. l. Lucius. in fi. de leg. ij.

Hæredes tenentur ad legata pro hæreditarijs portionibus. l. legatorum. in prin. de leg. ij. l. si à plurib. & ibi Bart. de leg. j. Quod uerum tam actione personali, ut ibi, quàm hypothecaria. doct. & Bart. ibi text. in l. j. in fin. C. communia de leg. Adde l. j. & ibi Bart. & doct. C. de hære. act. quòd hypotheca datur in solidum creditori hæreditario, & s. eod. uer. xxxiij. Nec unus tenetur pro altero cohærede. d. l. legatorum. ij. responso. Item uerum, nisi nominatim sint grauati aliqui, non omnes, licet in codicillis etiam grauati sint. d. l. legatorum. §. fin. & ibi Bar. facit l. Titia. §. Lucius. el ij. & ibi Bar. eod. tit. Item nisi in casu l. fideicommissa. §. pe. de leg. iij. & j. Legatũ dotis. uersi. xlj.

Hæres potest opponere exceptionem declinatoriam contra legatarios, & creditores hæreditatis, etiamsi hæreditas sit lucrosa & locuples, & dicere quòd uult conficere inuentarium, ut sic differat soluere intra tempora inuentarij. Bal. in l. fin. §. cùm igitur. C. de iure delib. Vnde.

Hæres non potest conueniri intra tempora inuentarij, etiamsi hæreditas est lucrosa: ut ibi. & §. donec. & ibi doct. & Bal. ea. l. Quod uerum actione personali: sed reali sic. Bal. in d. §. donec. & per Spec. de actio. seu. peti. §. ij. uer. sed pone. Vide omnino j. Hæres deliberat. uer. fin.

Hæres tenetur colere fundum, in quo est legatus ususfructus alteri, non tamen tenetur de casu fortuito. l. fundi Trebatiani. ff. de usufr. leg. secundum Bald. in l. j. §. exceptio. de cad. tol. Potest tamẽ legatarius, si uult, colere, si antè protestetur, quòd causa iuris utendi facit, non causa acquirendæ possessionis. Bald. ibi.

Hæres, cuius est res legata, habens cohæredẽ, tenetur pro parte tantùm ad rem legatario: quia ad aliam partem tenetur cohæres. l. si tibi homo. §. si fundus. de lega. j.

Hæres non potest retinere usumfructum, uel partem rei legatæ, sed alias seruitutes sic. l. cùm filius. §. dominus. & ibi Bar. de leg. ij.

Hæres an teneatur ad expensas refectionis. s. uer. Expensæ in rem. uersi. lxiij.

Hæres non tenetur soluere officiali executionis mercedẽ pro exactione pœnæ, quam statutum dat ei pro exactione condemnatorum. Bald. in l. j. C. de execu. rei iudi.

Hæres emptoris obligati non exercere artem aliquam in domo empta, obligatur ex acto emptoris. Bar. & Flor. nota. in l. uenditor. in princ. ff. communia prædiorum.

130 Hæres tenetur etiam ad sumptus factos pro recuperanda re legata, absente, uel fugitiua. l. cùm seruus. & ibi Bartol. de lega. j. Vide omnino in l. si seruus legatus. in princ. eod. tit. & j. eod. uersi. clv.

Hæres pro euictione tenetur legatario pro legato generis, nõ speciei. l. si à substituto. §. j. & ibi Barto. ff. de lega. j. & l. si domus. §. de euictione. eod. tit. Et intelligitur, quòd semel tantùm tenetur, non bis, si bis euincatur, secundum doct. & Ioan. de Por. in d. §. de euictione. & Cyn. in l. cùm alienam. C. de lega.

Hæres eligere debet locum, per quem legatario detur uia legata, dummodo fiat electio sine captione legatario. l. si uia. & ibi Bart. ff. de seruit. rusticorum prædio.

Hęres tradens legatario rem uitiosam generaliter legatam, tenetur de dolo. l. si hæres. & ibi Bart. de leg. j.

Hæres tenetur cedere legatario actionem contra debitorem, cuius

cuius nomen est legatum.gloss.in l.si seruus.§.qui margaritas.de leg.j.nota.in l.si pecunia.eod.tit.

Hæres non tenetur ultra uires, quando testator cessit, etiamsi non fecit inuentarium.Bal.in l.fin.C.qui bo.ce.pos.

† Cautela ualde not. ad excusationẽ hæredis non conficientis, uel minus iuridicè inuentarium conficientis, uide in uerb. Inuentarium. †

Hæres conuentus excipit de cessione bonis facta per defunctum.Bald.in d.l.fi.

† Hæres conuentus actione litem contestandi, an habeatur pro hærede:uide do. Pet. Phil.Cor. in consi.cxlv.incip. Ad euidentiam.in litera C.& D.& seq.in j.parte.]

Hæres ex testamento non solenni non potest pro peccato coram episcopo conueniri.Bald.in l.cùm quis.v.col.C.de iur. & fact.igno.

Hæres exigens nomen debitoris alteri legatum, tenetur restituere legatario id quod exegit. Baldus in l.j.ij.colum.C. de usufr.

Hæres ad sumptus funeris cogitur, etiam per episcopum. Bar. in l.non oportet.C.de his, qui.ut indig.

140 Hæres promittens testatori aliquid dare, uel facere, obligatur ex ui contractus, licet non accesserit solennitas testamenti.Bart.in l.nemo potest.j.col.de legat.j.

Hæres emptoris obligati reuendere, tenetur reuendere. l. ij. cum gloss. C. de pac.inter emp.& uendi.facit l.si pactum.ff. de probatio.

Hæres an ligetur iuramento defuncti præstito per se, & suos hæredes.Bald.in l.ij.iij.col.C.de fruct.& lit.expen. & suprà eod. uersi.100. & seq.

Hæres non tenetur de fructibus deprædatis. l. litigator. C. de fruc.& lit.expen.

Hæres tenetur alere filiam testatoris ante tempus nubilis ętatis, licet ei dotem à patre legatam dare non teneatur. Bald. in l.j.§.ius naturale.ff.de iusti. & iur. Ioan.de Imo.in l.Titio centũ.§.Titio genero.de condi.& demon.Item nec alimenta illi præstita imputat dotis legato. Bart.in l. qui filium.ff. ubi pu.edu.deb.Cy.& Ia.de Are.l.alimenta. C. de neg.gest. Ang. Are.Insti.de act.§.fuerat.not.in l.si quis à liberis.§.rescriptum.de lib.agnosc.

Hæres patris tenetur remittere filiæ dotatę stipulationem dotis, quam pater sibi fecit, & hæredibus, si uolunt uti beneficio statuti, quòd filia dotata non succedat.Bald.in l.fin.C. de dot.promiss.

Hæres cogitur ad petitionẽ cuiuscunq; de populo ad soluendum legata pia. Angel.in authen.de ecclesia.tit.§.fin autem sanctis.col.ix.

Hæres non tenetur ex contractib. defuncti, qui non transeunt ad hæredes.l.quæsitum.§.fi.ff.de precar. secundum Bald.in c.j.ult.col.qui suc.di.

Hæres filij an teneatur alere patrem filij.l. si quis à liberis.§.itẽ rescriptum.ff.de lib.agno.

Hæres non tenetur dare legatario fundi instrumentum fundi, sicut nec uenditor emptori: sed debet cauere de præstando illud, quando opus fuerit.doct. & Bart.in l.quæsitum.§ Papinianus.ff.de fun.instruct.per l. Titius.de act.emp. contra Spe.de instru.edi.§. nunc uerò.uer.sed queritur.& per Bal. in l.si prædiorum. C.ad legem Falcid.quòd sic, si tota res est legata.

150 Hæres, à quo est legatũ uinum alicui, debet dare id, quod est in patrimonio:aliàs emat, & det legatario.l.si cui.in principip.& ibi Bar.ff.de ui.tri.& oleo lega.

Hæres non tenetur portare uinum, uel rem legatam, ad domũ legatarij.l.si damnatus. & ibi Bar.de uino, tri.& oleo lega.

Hæres promittens soluere omnia legata, intelligitur, scilicet retenta Falcidia.Cy.& Bal.in l.fi.C.ad leg.Falcid.

Hęres tenetur portare usumfructum relictum alicui exbannito post legatum ei factum ad confines loci, de quo est bannitus. Ang.not. in authen.de incest.nup.in prin.Caue, quia hoc non dicit, sed ecclesia. ut dixi infrà in uerbo, Vsusfructus legatur.uersic.v.& uide in uerbo, Vsusfructus finitur. uersi. xxiij.

Hæredes diuersi fori, quia unus sit clericus, alter laicus, conueniri debent coram episcopo pro relictis pijs: aliàs cognoscant simul episcopus, & iudex laicus: uel cogat laicus laicum ire coram episcopo. Bartol. in l.solent.de ali.lega.

Hæres conueniri potest ad præstandum legatum in loco conditi testamenti.l.si seruus.in princ.& ibi Bart. de leg.ij. Et si res legata sit alibi, fortè in fuga, debet hæres ire ad eam rereducendam sumptibus legatarij. si ante mortẽ, & pòst testamentum conditum aufugit res legata.ibidem. & debet habere equum à legatario, si deceat conditioni hæredis ire equester, aliàs non. Bart.ibi.per gloss. in l.idem.§. Labeo.ff. mandati.& s̃.eod.uersi.cxxx.

Hæres, apud quem remanet legatum inualidum factum coram duobus testibus, tenetur ad onus iniunctum legato pium: quia debet illud restituere ecclesiæ, sicut legatarius fuit grauatus.Bar.fin.in l.fi.ff.de his, quæ non pro scri.ha.

Hæres negans legatum, conuenitur ad duplum.glo.& Angel. authen.de trien. & semiss.§. studium.

Hæres conueniri potest pro legatis pijs, etiam coram iudice seculari. Angel. in authen. de ecclesi. tit. §. si quis ædificium.colla.ix.

Hæres nolens inuestire uasallum propter iustam causam, an teneatur ad interesse. Baldus in cap.j. quid iur.si ali. de feu. fue. inue.

160 Hæres an teneatur ad aliquid, si testator non tractauit in filium illum, quẽ pro filio acceptauit. Bart. & doct.in l.quidam cùm filium.de uerb.oblig.

Hæres tenetur ad onera iniuncta uiuo testatori, non ad iniuncta mortuo.Bar.in l.Lucius.§.idem respondit.ff.ad munici.

Hæres tenetur, etiamsi contra ipsum sit iuratũ ex dolo defuncti.l.licet.& ibi Bald. C.de in litem iurando.

Hæres negans legatũ non potest postea cònfiteri, & se tueri ex non solenni testamento.l.fi.& ibi Bar. C.de fideicom.

Hæres tenetur ad legatũ non solenne, quando testator confidit de fide hæredis.Bar.in d.l.fi.ij.col.C.de fideicom.

Hæres obligati ad homagium pro certa re, tenetur ad illud solus is, ad quẽ reus peruenit, nõ cohæres.Flor.in l.si pendentes.§.si quid cloacarij.ff. de usufr.& Spe.ti.de feu.§.quoniã. uersi.nonò quæritur.

Hæres confessus tenetur soluere legatum intra decem dies.l.si domus.§.in pecunia.& ibi Bar.post glo. de leg.j.

Hæres cogit cedere, & liberatur: sed nõ tenetur agere, quando cedere est in solutione.in Spec. de instrum.edit. §. nunc uerò aliqua. uersi. sed an executor, uel etiam.& ibi Bald.in addi.uersi.quo iure.

Hæres tenetur cedere legatario actionem contra debitorem, cuius nomen est legatum.in l.si seruus.§. qui margaritas.de lega.j.no.in l.si pecunia.eod.tit.

Hæres quibus casibus teneatur edere testamentum legatario. s̃.Editio à quo.uersi.ix.

170 Hæredes debitoris ad factũ tenẽtur in solidum ad patiendum, sed ad pœnam pro rata tantùm. Alex.post gloss.in l.in executione.in prin.de uerb.oblig.

Hæres ex testamento an cogatur respondere in iudicio, si uelit uti scriptura testamenti, ut institutione, an ut fideicommisso. Bald.in addi. Spec.de instru.edi.uersi.ante litis contestationem.

Hæres an possit conueniri per literas impetratas cõtra defunctum.in Spec.de iudi.dele.§.vj.uer.quid si impetraui.de rescrip.præsen.§.vij.uersic.item quòd is.

Hæredes compromittentium, uel arbitrorum, an ligentur cõpromisso.in Spec.de arbi.§.j.uer.item morte.& uer. quod si actum.& s̃.Hæres iudicis.uersi.iij.

Hæredum personæ an faciant mutari conditionem obligationis.eod.tit.§.viij. uersic.sed nunquid obligatio.& de cle. coniu.quòd non.

Hæres, qui suscepit, uel suscipere sperat, iudicium petitionis hæredis, non potest conueniri ab eo, qui petit libertatem, uel aliquid ex testamento. in Spe.de actore.§.j.uer.item repellitur qui libertatem.

Hæres prohibentis an conueniatur actione in factum descendente ex edicto, ne uis fiat ei.in Specul.de pri.& sec.decr.§. quinto.uersi.hoc quoq; notandum.

Hæredi conuento quæ interrogationes fiant ante litem contestatam.in Spe.de interro.quæ fi.ante lit.contest.§.j.

Hæres tenetur ex quasi contractu defuncti confessi aliquid, & mortui ante litis contestationem, uel ante sententiam. eod.tit.

eod.tit.§.vij.uer.quid si is.de accu.§.j.uer. quid si latro.& s.

Hæres condemnati,uel delinquentis.uer.ix.& xij.

Hæres, qui abstinuit ab hæreditate, si conueniatur ut hæres, an teneatur respondere positioni, quòd est hæres.in Spec. de posi. §. ij. uersi.vij.

180 Hæres conuentus si positionem, quòd est hæres,negauit, nō cogitur iterum respondere alteri positioni, quòd sit hæres pro parte:secus, si prima positio fuit facta,quòd est hæres in totum.eod.§.uersi.xv.

Hæres qualiter conueniatur à legatario, ut exhibeat instrumentum. in Spec. de instru.edi.§.vj.uer.hoc quoq;.

Hæres an conueniatur ab executore testamenti. in Spe.de instrum.edi.§.xiiij.uersi.ad secundū.& s.Executor testamenti.uersi.iij.& viij.

Hæres cùm conuenitur querela inofficiosi testamenti, an requiratur libellus.in Spec.de libe.concep.§.x.uersi.sed nunquid in querela.

Hæredes quilibet an teneantur in solidum ex facto defuncti. in Spe.de feu.§.ij.uer.ix.

Hæredis bona non ueniunt in obligatione defuncti. in Spec. de oblig.& sol.§.j.ante uer.sed pone,contraxi.

Hæres quomodo conueniatur à legatarijs, si in fraudem adiuit ab intestato cum potuerit ex testamento. in Specul. de testam. §. j.

Hæres scriptus qualiter conueniatur ab eo, qui dicit testamentum nullum.in Spe.de succes.ab intest.in prin.

Hæres an conueniatur actione in factum descendente ex edicto,nautę.cau. stab.in Spe. de fur.ante uer.de prima.

Hæres potest retinere quanti pluris ualet legatum massæ aureæ, quam testator putauit æream.supra, Error in nomine. uersi. xciiij.

Hæres contrauenit donationi factæ per defunctum non insinuatę intra terminum statuti,licet iuratæ.Fede. de Sen.consi.ccliij. Casus talis est:statuto cauetur, &c. Sed Ioan. de Imo. & doct. communiter contrarium tenent,in c. cùm contingat. de iureiur.dixi plenius j. Iuramentum. el j. uersi.ix.& uer.Iuramenti effectus.uersi.lxxx.

Hæres an teneatur stare colono. uerbo, Hæres conductoris. uersic.fin.

* Hæres potest oppugnare contractum, quem & defunctus poterat,ob dolum,fraudem & grauem,ut nostri dicunt,læsionem.l.si pactum.ff. de probat.Ias.in l.si arrogator.col.vij. ff.de adoption.Dec.consi.cciij.prope fin. Ay.Cra.con.cxlij. num.xxviiij.uol.j.Æmilius Maria Manolessus.

* Hæres adeundo hæreditatem non censetur probare, quæ defunctus contra legis præcepta fecit, uel iussit:quinimmò ea impugnare potest. l. j. in extre. C. de his quæ pœn. no. Steph. Bert.in l.hac edictali.§. si uerò pius.nume.xij. C. de sec.nupt.l.dotale.§.fin. de fund.dot. Bald.consi.clxi.consi. clxxxiiij.uol.v. Pau. Cast.consi.ccxxj.col.ij.uol.j. Ias.consi. xl.col.ij.uol.j. Aymo Cra.consi.cc.nume.v. uol.j. Æmilius Maria Manolessus.

* Hæres acta defuncti probare debet,neq; ea oppugnare potest, cùm defunctus de hæreditate & bonis,ut uoluerat,disponere potuit. Pau. Cast. cōsi.cxcvij.col.ij.cōsi.ccccxlviij. col.fin.uol.ij.Æmilius Maria Manolessus.

* Filius hæres,quanquam quædam,ut hæres,rata habere debeat, ut filius tamen ea oppugnare potest.Alex.consi.xviij. dub.ij. consi.xxviij.uol.v. Iason consi.vij.col.v.cō.viij.con. lvj.col.iiij.& vj.consi.lxiiij. col.iij.uol.iij. consi.cxxxvj.col. pen.consi.clxviij.col.pen.uol.iiij. Corn. consi. cccj. col.iij. uol.j.Aymo Cra.consi.cc.nu.vij.uol.j. Æmilius Maria Manolessus.

Hæres potest ratificare omnia gesta defuncti, ut quæratur sibi actio in eis. Dy. in regula, ratum.in vj.& in l.si sine.§.si procurator.rem ra.ha.& j.eod.per discursum.

Hæres pro ea parte, qua repræsentat personam defuncti,scilicet quatenus est hæres, non potest uenire contra factū defuncti.l.à matre.& ibi Bart.C.de rei uendicatio.

Hæres debet habere ratum factū defuncti inualidum, ex quo habuit lucrum. Bald. in conclu.feud.in iij.lib.& Mar. Lauden.in suis notab.

Hæres an & quando debeat habere ratum factum defuncti. Bar.in l.Pantonius.in fine principij.ff.de acqui.hær.

Hæres indistinctè debet habere ratum factum defuncti. c. j. §. item hæres. & ibi Bald. de natu. feu. & c. j. qui suc. dic. l.si ego.§.j.ff.de iure dot.l.in ipsius. C.fami.ercis. secundū Bal. in l.ij.C.de liber.& eorum libe.& Bar.in l.Lucius.solu.mat. Dy.in regula,ratum.lib.vj.

Hæres suus, cui hæreditas est debita, potest uenire contra factum defuncti : non autem extraneus,qui habet causam lucratiuam in hæreditate. Bald. in l. ij. C. si quid in fraudem patro.post glo.ibi.

Hæres non potest uenire contra factum defuncti,quando obligatio ex facto defuncti descendit in hæredem : aliàs sic. Bald.in d.l.ij.C.si quid in fraud.patr.

10 Hæres obligatur ex iuramento defuncti,ut non possit contrauenire, sed non quo ad reatum periurij. l. generaliter.§. super his.& ibi Barto. C.de rebus credi.ubi etiam Bald.per cap.ueritatis.& ibi Inno.de iureiur.& c. fin. de foro compe. in vj. & Bart. in l.cùm quis.§.codicillis. de leg.iij. & melius per Paul. de Cast. consi.lxiij. & lxv. & infrà eod. uersic.xiij. & xv.& Angel. in authen.de iureiu. à mo.præst.col.v.Bald. in l.scimus.in prin.de inof.test.sed quo ad alios effectus sic: ut quia robur contractus, uel litis decisio transit ad hæredes.c.ij.de pact.in vj.in Nouella,secundum Bald.ubi suprà. & ibi Petr. de Sun. & doct. Salic. plenè. Item uerum est,etiamsi quis contrahit cum iuramento contra prohibitionem statuti, annullantis iuramentum. Alex. consi. xxxvij. † iij.parte. † Et per Fran. Are.in l.qui superstitis.in ult.col.de acqui.hære.]

Hæres non obligatur iuramento defuncti, etiam præstito per se, & hæredes, & successores : secundum Bald.in l.ij. C.de fru.& lit.expen. & Car.in cle.j.§.fi.vij.q.de iureiur. & j.uer. Iuramentum fidelitatis. uersi.viij.& uerb. Iuramentum seruandum.uersi.lxxxij.

Hæres donatoris potest uenire contra donationem inofficiosam,licet iuratam : quia potest uenire contra iuramentum in sui fraudem præstitum. Bald.in l.j.vj.colum. C.de inoffi. donat.

Hæres obligatur iuramento defuncti, quo ad uinculū temporale, non quo ad spirituale, nec quo ad forum episcopi sortiendum. per no. in c.fi. de fo.compe. in vj. in Nouella. & j. eod.uersi.xv.& uerbo,Iuramentum seruandum.uer.lxxx.

Hæres filius cōtrauenit alienationi matris iuratæ.Bal.& Ang. in l.qui superstitis.de acq.hære.

Hæres contraueniens iuramento defuncti non est periurus, nec habet necesse petere absolutionem à iuramēto. Ang. in authen.de iureiur.à mori.præ.co.v.Bald.in l.iij. C plus ua. quod agitur.Inn.in d.c.ueritatis.Ioan.And.in d.c.fi.

† Hæres quando teneatur de iuramento defuncti, & quomodo,uide pulchrè do. Mar. Ant. Baue.in suo tract.de uirtute Iuramenti.in xlv.casu.

Hæres feudatarij non est periurus, si non præstet seruitia domino : & ideo debet iterum iurare,mortuo feudatario.Bal. in l.liberti.xiiij.col.C.de ope.libert.

Hæres non potest uenire contra factum defuncti.l.cum à matre.C.de rei uen. Quod est uerum, quando à defuncto non habet,nisi id,quod necesse fuit sibi relinqui.Bar.in l.ij.C.de inoff. dona. per not.in l.j.& ij. C. si quid in frau.patro.& ibi † Bart.quem uide. † Et uide do.Pet.Phi.Cor.in consi.ccciij. incip. Rem arduam. in litera F. in iij. parte. & in consi.xcij. inci.Licet.in litera I.in iiij.parte.

Hæres non potest allegare turpitudinem defuncti, & dicere alienationem esse factam pro defuncto in fraudem creditorum.l.filios.C.de reuo.his,quæ in frau.cre. & ibi gl.& doct. in l.si creditoribus. C. de ser.pig.da.ma.sed simulatam,& fictam,ut ibi per Bart.

Hæres non potest retractare litem sopitam per defunctum. l. Polla.& ibi Bald.C.de his,qui ut indig.

20 Hæres matris potest uenire contra alienationem factam à patre de re matris, etiam cum cōsensu matris,etiam precio nō restituto emptori, qui emit à creditore patris.l.si sciens. & ibi Bal.& doct.C.ad Velleianum.

Hæredes an possint habere ratum compromissum, & alia, quæ erant ratificanda per testatorem, qui morte præuentus non potuit ratificare. Dyn.in regula,ratihabitionem. in vj. Bart. in l.pen.ff.rem ra.ha.& in l.Pantonius.in fin.princ. de acqui.

de acqui.hære. & Lanfr.in tract.de arbi.vij.parte,xiij.quęst.
Hæres non potest reuocare factum defuncti. l. successores. & ibi Bald. C.de sol. etiamsi factum est de re hæredis: ut quia uendiderit rem hæredis. l. siue possessio. & ibi Bald. C. de euic.l.quæ pater.cum glo. C.de resti.mil.nisi in fraudem factum.l.j. & ij. C. de reuo.his,quæ in frau.pa.l. cùm à matre. C.de rei uend.
Hæres potest impedire alienationem rei promissam à testatore.no.in l.dedi.§.quanquam. & ibi Alexand. de condi.ob causam.
Hæres potest facere quicquid potest defunctus.l.hæredem de regu. iur. nisi quando ex contractu defuncti ueniebat ius tertio quærendum, quia non potest hæres renunciare, uel reuocare ad præiudicium tertij, licet potuisset defunctus contrahens. doct. & Alex.in l.qui Romæ.§. Flauius.penul. col.de uerb.oblig.
Hæres potest reuocare confessionem defuncti. Bal.in l.error. in fin.C.de iur.& fac.igno. & no.in l.non idcirco.eod.tit.& tenet Bal.in l.j.ij.col.C.ne ex delic.defun.
Hæres non potest ratificare gesta nomine defuncti,quæ de sui natura non sunt transmissibilia ad hæredem.l. Pantonius. uer.ratam habere nō potest.de acqui.hære.secundum Ang. ibi.& Dy.in regula, ratum.in vj. Sed uide plenius in l. si is, cui.ff.rem ra.ha.& in l. si quis offerenti.§.si creditor.de solu. & ubiq; per Bart.& in l.bonorum.rem ratam habe.
Hæres non potest arguere mendacium defuncti. Bar. in l.rem alienam.ff.de pigno.actio.
Hæres an debeat seruare iuramentum præstitutum à defuncto in articulo mortis. in l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. ij.
Hæres an uideatur ratificare gesta defuncti succedendo.ĵ. uer. Successor in dubio.uer.xij.
Hæres an possit cōtrauenire alienatiōi rei suæ factę per defunctum,stante statuto, quòd quis nō possit uenire contra suū instrumentum,uel eius hęres.gl.no.in l.fi.§.fin uerò & ipse. in fi.glo.mag.& ibi do. Bart.& Pau.de Cast.quòd sic,si confecit inuentarium.Quod etiam tenet ibi Bal.in §.in computatione.& ibi uide quid de hærede extraneo.per Bar.& Bal. in l.uenditrici.C.de re.ali.non alie.
Hæres debet ratificare uenditionē factam per executores testamenti.Bal.in auth.si captiui.de epi.& cler.
Hæres uxoris non potest retractare alienationes factas per uxorem, de rebus uiri sibi hypothecatis pro dote. s̄. Hæres uxoris. uersi. iij.
Hæres deliberat an & qualiter adire uelit, uel repudiare. in Spe.de aduocat.§.iij.uer.habito.
Hæres intra tēpora deliberandi nō potest alienare, nec agere. in Spec.de actore.§.j.uersi.item quod est hæres. de restit.in integ.§.ij.uer. Prælatus.& ĵ.eod.uer.vj.
Hæredi ad deliberandum super hęreditate adeunda,uel repudianda,quanta dilatio detur.in Spe.de dila.§.j.uersi.deliberatoriē.& s̄. Dilatio breuiatur.
Hæredi debet dari terminus ad deliberandum ad instantiam creditorū.ĵ. Terminus ad deliberandum. uersi. iij. & fin.& per totum.
Hæres ultra tempus deliberandi habet quatuor menses.l.fi.& ibi Bart.C.si pen.app.mors interue.
Hæres intra tempora deliberandi non potest uendere de bonis hæreditatis.l.non solùm.§. si maior. & ibi Bar.ff. de iure delib.& Spec.de resti.in integ.§.ij.uer.prælatus. & de actore.§.j. uersi. item quod est hæres. Quod est uerū,nisi quando hæres est maior, & causa cognita uendat, quia potest. d.§.si maior.non aliter,ut ibi per Bartol.in l.ait prætor.eod. tit. Idem in adulto, qui habeat curatorem ad bona, quia potest res perituras tempore uendere, etiā sine decreto, & causæ cognitione: secus tamen, si est pupillus. dicta l. per totam.& ibi Bartol.
Hæres suus,uel extraneus,an sit alendus intra tempora deliberandi.in l.filius.ff.de iure delib.℘.sic.& ibi glo.& doct.
Hæres animo deliberans adire, in foro conscientiæ non tenetur creditoribus hæreditarijs.Bar.in l.pro hærede.in princ. ff.de acqui.hære.& in l.gerit.ij.col.eod.tit.
Hæres deliberans potest dicere testamentum nullum. Bal. in l.suus.C.de repu.hære.
Hæres petens terminum ad deliberandum, si non deliberat, post eum elapsum,non gaudet beneficio inuentarij, sed tenetur in solidum.l.fi.§.fin autem.C.de iure delibe.
Hæres hæredis an transmittat ius deliberandi. s̄. uerb. Hæres hæredis.uer.xij.& seq.
Hæres intra tempora deliberandi,& inuentarij,non potest cōueniri à legatarijs, nec à creditoribus.l.fin. §. donec. & ibi doct. C. de iure delib.c.Raynal. de testa.xij.q.ij. hæc huius placiti.& c.charitatem.& in Spec.tit.de reo.uersi.item suus hæres. Quod uerū,nisi ipse alios conueniat.Item nisi faciat capi debitorem suspectum, & fugitiuum. Item nisi de damno infecto. Item nisi egerit pro legatis pijs,uel ad alimenta. Item nisi pro restitutione usurarum.Item nisi pro relicto ad funus. Item nisi ex commodato facto defuncto, secundum Pau. de Cast. post Bald. in d.§.donec. & Angel.in l.j.§.hæc stipulatio.xij.col.ff.si cui plus,quàm per legem Fal. Quæ omnia uera sunt,etiamsi hæreditas sit lucrosa. Bald. in d.l.fi. §.cùm igitur. Et quod dixi de legatis pijs, dic uerum,si hæres bis moneatur per iudicem intra tempora inuentarij ad soluendum illa, secundum Bal.in auth. hoc amplius.j. opp. in lect. antiqua. C. de fideicommiss. Adde s̄. Hæres conuenitur.uersi.xxiij.& cxxiij.
Hæres adit hęreditatem, & adeundo dicitur quasi contrahere. Baldus in l.fi.in princip. C.de iure delib.& in rub.C.si quis ali.testa.prohi.& cum creditoribus,sicut cum legatarijs.Bartol.in l.de eo.ff.de iudi. Sed contrarium sentit in l. apud Iulianum.§.fin. ex quibus cau.in pos. eat.& ibi Ang. quòd non repudiando,secundum Bald. ibi.& in Spe. de testa.§.j.
† Adde, quòd licet hæres adeundo hæreditatem acquirat dominium, tamen non acquirat possessionem, nisi corporaliter apprehendat eam. l. cùm hæredes. ff. de acqui. poss. Panorm.in cap.cùm super.de cau.pos. & prop. do. de Rota decisi. iiij.
Hæres adeundo obligatur secundum legis mensuram non insolidum, nisi ex proprio consensu uelit teneri ad solidum. Bald.in l.j.in prin.C.de iure delib.
Hæres institutus contemplatione alterius cogitur adire officio iudicis. Flo.in l.si serui. de usufru. Pau. de Cast. in l.nec emere.de iure delib.
Hæres coactus adire perdit pręlegatum.l.ita tamen.§.si perceptis.& ibi Bart.& in §.qui suspectam.ad Trebel.
Hęres non dicitur adire ex eo quod agit de sepulchro uiolato. glo.in l.uenditor ex hæreditate.ff. de hære.uel act.uen.
Hæres, cuius bona sunt obligata per defunctum in contractu, adeundo uidetur consentire alienationi, contra quam uenire non potest.Bald.post Cyn.singu. in l.fi.pen.col. C. qui poti.in pig.ha.Item legato rei suæ facto per testatorem.Bal. in l.j.communia de lega.
Hæres respondens per uerbum Credo positioni, quòd est hęres,uidetur adire. Bal.in l.j.in fin.C.de fal.cau.adie.leg. Sed contrà tenet.in l.j. C.de confes.
Hæres non dicitur adire, qui citatus ut hæres comparuit. Bal. in l.eam,quam.vj.col.C.de fideicom.
Hæres non adiens intra annum,potest adire pòst,nisi expressè renunciauerit,uel nisi terminus sit ei præfixus à iudice.l.cū antiquioribus.& ibi glo. & doct. C.de iure deliber.
10 Hæres cogitur adire propter fideicōmissarium.l.ij.§. interdum.& ibi Bar. de uulg.& pupil.& s̄.Hæres grauatus.uersi. lxxxvij.cum duobus seq.
Hæres adeundo uerbo, uel animo, ante executionem factam per executores testamenti,an dicatur facere contra testatoris prohibitionem,ne sit hæres,uel possessionem apprehendat.Old.consi.cviij.
Hæres agens per procuratorē,potest adire, etiam lite pendente.ĵ.Ius superueniens.uersi.v.& ix.
Hæredi ad adeundum potest terminus statui à testatore. l. si quis ita hæres.per Ang.de acqui.hæred.
Hæres adiens cum beneficio legis & inuentarij, debet adire coram iudice competenti ad actus legitimos. Bald.in l.j. C. de adop.
Hæres moriens non uidetur adire, nec repudiare: sed aut fit transmissio, aut caducitas. Bal. in l. iij. in fi. C. de hæred. insti.

Hæres antè, quàm adeat, non habet titulum in legato, nec etiã post. Bal. in l. j. pe. col. C. de usuris, & fru. leg.

Hęres adiens debet esse certus de morte defuncti. Bar. in l. qui hæreditatem. ff. de acq. hære. in quibusdam lecturis.

Hæres adiens tenetur ad omnia onera, si alius cohæres repudiauit. l. pe. §. Aristo. & ibi Ang. & doct. ff. de acqui. hære.

Hæres licet hæreditatem repudiatam non possit adire ad sui commodum, per l. sicut. C. de repu. hære. tamen ad sui incommodum cogitur adire. Bartol. in l. nam quòd. §. sed & qui. ff. ad Trebel.

20 Hæredi facienti actũ dubium actionis debet dari iuramentum, ut declaret animũ suum qualis fuerit. Bal. in l. pro hærede. in fin. principij, ff. de acqui. hæred.

Hæres adeundo an uideatur reuocare abstentionem. s̃. uerbo, Filius hæres. uer. lxxiij.

Hæres dicens, Volo adire, non dicitur adire, nisi actum gerat aditionis. Pau. de Cast. post Bar. in l. potuit. C. de iure delib. Sed Ang. in l. gerit. de acqui. hære. dicit simpliciter aditionẽ induci. Idẽ tenet in l. serui electione. de leg. j. per tex. fin. in l. Pamphilo. §. propositum. de leg. iij. ubi probatur esse uerũ, quando hæres est in actu adeundi, quando dicit, Volo adire: ut ibi. Vide omnino Bartol. in d. l. gerit. & in l. facta. s̃. si sub conditione. ff. ad Trebel. & per Bald. & Paul. de Cast. in l. fin. §. j. de iure delib. Alias, cùm essem scholaris, cogitaui concordiam opinionum sic fieri, uidelicet quòd opi. Angel. procedat ante lapsum anni, secus uerò, si post dicta uerba labatur annus: quia tunc importatur repudiatio. l. filij. C. ad Tertul. secundum Pau. de Cast. in l. fin. C. de repud. hęr. ut sic procedat prima opi. Cogita. † Et do. Pet. Philip. Cor. in consi. cccx. incip. Principaliter. in litera G. in iij. parte. ubi etiam quid si dicat, Nolo adire, an repudiare dicatur.]

Hæres, qui dicit uelle adire, si non adiuit actualiter, non tenetur in foro conscientiæ creditoribus, & legatarijs. Paul. de Cast. in l. potuit. C. de iure deliber.

Hæres non tenetur respondere positioni sibi factæ, quòd in animo quandoq; constituit uelle adire, & hoc confessus est: sed potest recusare subire iuramentum, si creditores de hoc uolunt stare iuramento hæredis. Angel. in l. gerit. de acqui. hære. Pau. de Cast. in l. potuit. C. de iure delibe. ubi tamen Bart. & Bald. tenent contrarium. Et si respondent, quòd sic, an sibi præiudicet. Bart. Bal. & Pau. ibi.

Hæres debet scire mortem talis, & illius hæreditatem esse delatam ad ipsum ex testamento, uel ab intestato: ut s̃. uerbo, Aditio.

Hæres non adiens intra triginta annos, potest agnoscere bonorum possessionem, quandocunq; ab intestato intra alios triginta annos. Bart. & Bald. & Pau. de Cast. in l. licet. in fin. C. de iure delib.

Hæres non adiens ad instantiam creditorum intra terminum, habetur post terminum pro adeunte: sed si non adeat intra terminum ad instantiam substituti, habetur pro repudiante. Bart. in l. quandiu. ff. de acq. hære. & in l. gerit. ix. col. eod. tit. Vide Bald. in rub. C. de suc. edi. & ibi Pau. de Cast. quòd post terminum non potest adire. Bal. in l. j. xxvj. opp. C. qui admitti. & in l. fi. §. cùm igitur. & Bart. in l. sin autem dubius. C. de iure deliber.

Hæres interrogatus an uelit esse hæres, si respondet, Cur non, uidet adire: arg. l. j. §. si quis ita interroget. de uer. ob. secundum Bart. & Angel. in l. gerit. de acq. hæred. Item per uerba, Gero me pro hęrede, uel Agnosco talẽ hæreditatẽ: uel Assumo, accipio, apprehendo. Bar. ibidem. iij. col. Item nolo esse hæres pro certo. Vel, si interrogatus, an uelit esse hæres, respondet, quòd sic. Barto. ibi. iiij. col. Vel, si confitetur se esse hæredẽ Titij, dummodò sit talis, qui possit esse hæres. Bart. ibidem. & Bald. in l. j. in fi. C. de fal. causa adie. lega. Vel, si in epistola scribit, Talis hæres salutem, &c. Bart. ibi. in iij. col. Sed si quis dicit Titio, quòd est hæres Caij, & Titius respondet, Sum contentus: uel, placet, uel similia, statur declarationi Titij, uel eius hæredis. Bart. ibi. v. col. Item si quis in suo testamento, etiam inualido, uel in alia sua scriptura, appellat se hæredem alterius. Bart. in v. col. Item quando quis agit petitione hæreditatis. Vel si quis interrogetur, an possideat pro hærede. Non si peto mihi ostendi testamentum, ut instruar de iuribus eius. Vel si quis moueat querelam. Bart. ibi. vj. col. ubi etiam dicit, quòd si accuset quis testamentum de falso, uel dicat nullum, inducitur aditio. Item si quis uendat rem hæreditariam, uel locet etiam simpliciter: non si habitat in domo patris, quia non uidetur adire. Bart. ibi. in vij. col. Sed si dicit tenere domum pro legitima, uidetur adire. Bartol. ibidem. Non autem si pascat familiam, gubernet domum, uel sepeliat defunctum: quæ omnia faceret uicinus, ideo non uidetur adire, nisi aliter constet. Bart. ibi. vij. col. Item nec si interrogatus, an uelit esse hæres, respondet, quòd hæreditas sibi non displicet: quia non sequitur, Ergo placet. Barto. ibi. in iiij. col. Sed si uendit domum, uel habitat eam: uel dicit se domum possidere, uidetur adire, nisi contrarium constet. Bart. ibi. viij. col. Item dicitur adire, si conuocatis amicis dicit, quòd uult esse hæres. Bart. in l. facta. §. si sub conditione. in fin. ff. ad Trebel. & Ang. in d. l. gerit. ubi Bart. aliter loquitur. & in l. serui electione. de leg. j. Itẽ si dicit, Adeo, si de iure possum. Bal. in l. potuit. viij. q. C. de iure delibe. Itẽ dicit, Adeo hęreditatẽ Titij delatam Seio, si Seius non adiuit, secundum Bald. in d. l. potuit. viij. quęst. Idem si dicit post tempus deliberandi hæreditatem sibi expedire. Bart. in l. omnes. ff. ad Trebel. Idem si dicit se hæredem Titij. Bald. in l. potuit. vj. q. C. de iure deliber. & Bar. in l. si filius. ff. de tutel. Idem si dicit, Ego sciens hæreditatem patris adeo. Bald. in d. l. potuit. vij. q. contra Bart. in l. is, qui putat. de acqui. hæredi. Reliquos casus aditionis adde s̃. Aditio. Item,

Hæres dicitur adire, dum exigit debita hæreditatis. l. pro hærede. §. Papinianus. de acq. hære. Item qui recipit à debitoribus corã iudice. Bal. in l. j. j. q. C. qui admitti. xv. col. Item qui dicit hæreditatem ad se spectare, uel qui agit ad eam. s̃. Hæreditas adita. uersi. xv.

30 Hæres dando eleemosynas necessarias pro defuncto, ut in funere candelas, & cereos, nõ uidetur adire: secus, si det nõ necessarias. Bar. in d. l. gerit. viij. col. sed si det pannos precio sos uxoris mortuę, non uidetur adire, nisi sint legati in testamento: quia soluendo legata uidetur adire. Item si det pannos quotidianos, uidetur adire. Bar. ibidem.

Hæres præsumitur adire ex non facto, ut quia hæres debitor succedat creditori, & non soluat alijs. Itẽ quia non compenset, casu quo pœna incurritur. Bar. in d. l. gerit. x. col.

Hæres pupillus dicitur adire, quando tutor in inuentario dicit. Item credit esse in bonis pupilli talem rem, quæ fuit de hæreditate Titij. Bart. in d. l. gerit. pe. col. in fin.

Hęres dicitur adire per constitutionẽ procuratoris ad adeundum. glo. & Bar. in l. Paulus. in fi. de acqui. hære.

Hæres possidens bona hæreditaria, uidetur adire. Bart. in l. j. ij. quæst. C. qui admitti. ubi dicit uerum, nisi doceatur alia causa possessionis. & suprà, Filius hæres. uersi. xxij. Item nisi protestetur per prius, quòd non intendit ea tenere animo adeundi, sed solùm, ut ea gubernet certo tempore, ut sic disbrigatis bonis adeat: quod potest, nisi terminus ad adeundum præfigeretur: quo elapso, non posset adire: & sic cautela non prodesset sibi post terminum. Bart. in l. scriptus. ff. de religio.

Hæres scriptus post annum statim petit bonorum possessionem secundum tabulas, ex quo suus mihi dicit. l. si impubes. ad Carbonian.

Hæres an uideatur adiuisse, uel repudiasse, ex lapsu termini. Bal. in l. j. xxj. op. C. qui admitti. & s̃. eo. uersi. xxvij.

Hæres institutus intuitu alterius, an cogatur adire ad instantiam illius. Pau. de Cast. in l. nec emere. C. de iure delibe. & Flo. in l. si serui. ff. de usufru. ubi dicit uerum, officio iudicis. & s̃. eod. uersi. iij.

Hæres adiens hæreditatem pro parte, uidetur adire in totum. glo. Bart. & doct. in l. j. ff. de acquiren. hære. secus uerò in repudiante pro parte, ut ibi.

Hæres faciens actum inductiuum aditionis intra tempora inuentarij conficiendi, an dicatur renunciare beneficio inuentarij, si de eo non sit protestatus. Paulus de Castr. in consilio ccx.

Hæres adire non cogitur, quando timet damnum, nisi remittatur sibi à prætore, uel nisi resarciatur. l. apud Iulianum. in prin. & ibi Bart. ff. ad Trebel.

40 Hæres

40 Hæres hæredis an cogatur adire, & restituere. s. uerb. Hæres hæredis. uer. viij.

Hæres licet fuerit in mora adeundi, non tamē dicitur in mora restituendi fideicommissum, nisi de nouo interpellettur: secundum Ang. fin. in l. ita tamen. §. si seruum. ff. ad Treb.

Hæres per solam libelli oblationem contra debitores hæreditarios uidetur adire. Ioan. de Imo. in l. pro hærede. ff. de acq. hære. Pau. de Cast. in l. j. C. de condi. instit.

Hæres post triginta annos potest petere bonorum possessionem. Bald. in l. licet. iij. q. C. de iure delib. & in rub. C. qui admitti. vj. q. & Pau. de Cast. in l. quandiu. eo. tit. Quod est uerum, si per ignorantiam non adiuit intra dictum tempus: quo casu licet adire non possit, pòst tamen potest agnoscere: ut ibi per Bald. in l. licet. iij. q. & Pau. de Cast. ibi, in fin. & in l. fin. C. unde cogna. Item potest restitui in integrum ex clausula generali. Bart. in l. j. §. si propter inundacionem. de iti. actuq; priua. & glo. in l. si pater. §. per fundum. quemad. serui. amit. & in l. sicut. C. de præscrip. triginta ann. Lud. in d. l. fi. unde cogna. & Ang. de Vbal. in rubr. C. qui admit. xv. col. Item potest adire post triginta annos per unde legitimi, si antè non uenit per unde liberi. Item si antè non adiuit ex testamento, potest pòst adire ab intestato. Bald. in d. l. licet. & s. Filia succedit. uer. xvij.

Hæres si adit ab intestato credens se esse ab intestato hæredem, cùm pòst appareat de testamento, non tenet aditio, tanquam erronea. suprà, Aditio. Sed contrà secus: ut per Bartol. in l. is potest. de acqui. hære. Nec ualet petitiō, ut ab intestato. infrà, Libellus in ultimis uoluntatibus. uersi. xxviij.

Hæres an restituatur in integrum, si testator non adiuit ignorans intra quadraginta annos. Alex. consi. clxij. ij. parte.

Hæres occultans aliqua bona hæreditaria. Item,

Hæres bibens uinum, & comedens frumentum hæreditatis, & negans præsumitur adiuisse, & repudiare non potest: & tenetur in solidum creditoribus & legatarijs. Angel. in l. si quis dederit. §. prætor. ff. de acqui. hære. Vnde

Hæres uiuens de fructibus hæreditarijs, dicitur de bonis adimere, & adire, ut repudiare hæreditatem non possit. Ang. ibidem.

Hæres non potest adire hæreditatem post terminū sibi taxatum à testatore. l. si quis ita hæres. & Ang. de acqui. hæred.

50 Hæres debet scire se hæredem, & debet uidere testamentum: aliàs non potest adire. Bart. in l. si seruum. §. de illo. de uerb. oblig. & plenius per gloss. not. in l. illud. in fin. ff. si pars hæred. pe. & in l. is potest. & ibi Bar. plenius de acquir. hæred. ubi septem requiruntur.

Hæres, qui dicit, Adeo, Non adeo: an dicatur adire, uel repudiare. Bal. in l. quidam elogio. iij. col. C. de iure delib.

Hæres cogitur adire, & restituere hæreditatem repudiatam. l. nam quod. §. j. ff. ad Tre. Item,

Hæres cogitur adire officio iudicis. Bart. in l. quia poterat. ad Treb. quem uide post glo. in l. non est cogendus. eod. tit.

Hæres ex testamento an possit adire ab intestato. Bar. in l. fi. ff. si quis omis. cau. testa. Cy. & doct. in l. j. C. eod. tit.

Hæres non faciens inuentarium, præsumitur adire hæreditatē lucrosam, & tenetur ultra uires hæreditarias. Bal. in l. filium. quem. ult. char. C. fami. er. non tamen perdit legitimam. gl. & doct. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & in auth. de hære. & Falc. §. si uerò non fecit. Paul. de Cast. consi. xc. & consi. cxij.

Hæres uendens coactus à iudice pro sepeliendo defuncto, nō dicitur adire. l. qui erat. & ibi Bart. fami. ercis.

Hęres cogitur adire ut soluat legata, uel restituat fideicommissario. Sed an tunc requiratur libellus. in Spe. de officio om. iudi. §. ij. uer. item imploratur. & s. Hæres. el j.

Hæres non dicitur sine animo adire. in Spe. de lit. contest. §. ij. uer. & nota. uide omnino j. uer. Voluntas. uersi. xxxiij.

Hæres non potest adire per procuratorem. l. Paulus. ff. de acqui. hæred. in Specul. de instr. edi. §. xiiij. uersic. item pone, quòd aliquis.

60 Hæres si nolit, uel non possit adire, quid fiat de legatis pijs. in Spe. s. uer. quid si hæres. & seq.

Hęres intra quod tempus debet adire, uel repudiare. Spe. eod. tit. §. fi. post uer. nunc dicamus.

Hæres adiens ab intestato hæreditatem repudiatam ab hærede scripto, potest impedire executionem sententiæ contra hæredem scriptum, si offerret se paratum respondere creditoribus. in Spe. de execu. sen. §. iij. uer. item pone.

Hæres eo ipso quòd adit, dicitur solo animo hæres, & eadem persona tunc fingitur cum defuncto. in Spec. de feu. §. ij. uersi. xxvij. Item,

Hæres si adeat ab intestato in fraudem legatariorum, qualiter eis succurratur. Item,

Hæres si nullus adeat, an legata & fideicommissa petantur. in Spe. de testa. §. j.

Hæres si non adeat, an possessio hæreditatis transferatur in eum. in Spe. de suc. ab. intest. in prin.

Hæres repudiauit partem hæreditatis, quæ accrescit cohæredi. in Spe. de feudis. §. ij. uer. xxxvj.

Hæres intra quantum tempus debeat repudiare. in Spec. de testa. §. j.

† Hæres per lapsum anni repudiare intelligitur de iure prætorio. do. Pet. Philip. Cor. in consi. ccij. Circa. in litera P. in ij. parte.]

Hæredes repudiantes an possint adire, & iterum repudiare. in Spec. de succes. ab intest. & s. Hæreditas repudiata. per discursum.

Hæres si repudiat, qualiter conficiatur instrumentum. in Spe. eod. tit. in fi.

Hæres ex testamento nō potest renunciare successioni ex testamento, ut succedat ab intestato. l. hæres instituta. & ibi doct. C. de impub. & ali. sub.

Hæres repudians successionem ex testamento, an uideatur renunciare legitimæ. Cyn. & doct. in d. l. hæres instituta. C. de impub. & ali. substi. & s. Filius hæres. uer. xlix.

Hæres respondens positioni, quòd est hæres, per uerbum, Nō credit dicitur repudiare. Bal. in l. j. in fi. C. de fal. causa adiec. leg. uide l. si filio. de interro. actio.

Hæres, qui propter creditores non uult uti iure accrescendi, debet cedere parti, quam agnouit. Casus sing. in l. cum hæreditatis. de acqui. hære. secundum Bal. in l. j. §. his itaq;. C. de cadu. tol. Imò est electio sua. Vnde hæres qui adiuit partem suam, si cohæres repudiat, potest ipse etiam repudiare, uel acceptare totam, & sic etiam partem repudiatam. d. l. cū hæreditate. & ibi Bart. Lud. & doct.

Hæres repudians, & substitutus, quomodo teneantur ad legata. Bal. in l. j. C. si quis omis. cau. testa.

10 Hæres repudians si possideat, tenetur legatarijs, quia in eorum fraudem præsumitur repudiasse. Bart. in l. j. in prin. ff. si quis omis. cau. te. Vide Cy. in l. ij. C. de repu. hære.

Hæres repudians hæreditatem tenetur creditoribus tribus casibus, scilicet quando precio repudiauit: quo casu conuenitur quasi possidens pro hærede. Item quando rem unam hæreditariam retinet. Item in subsidium, quando legitimus bona dissipauit. Bald. in rub. C. si quis. omis. cau. testa.

Hæres repudians hæreditatem dolo, & in fraudem legatariorum, tenetur in totum, nisi accepta pecunia repudiauerit: quia tenetur ipse & substitutus legatarijs. l. j. & ibi Bal. C. si quis omis. cau. test.

Hæres repudians dolo, non tenetur, nisi lucretur ex repudiatione. Bald. in d. l. j. Item,

Hæres repudians si non possideat, non tenetur ad legata, nisi in subsidium. Bald. in d. l. j. Item,

Hęres habens substitutum uulgarem, habet licentiā abstinendi. s. Hæres grauatus. uersi. xliij. & uersi. cxxxiij.

Hęres iurans adire, uel soluere legata, an possit repudiare. Bal. in l. ij. C. commu. de leg. in lect. antiq.

Hæres repudians facit contra uoluntatem defuncti, quando fuit iussus esse hæres. Bald. in l. quidam. vj. oppo. C. de iure deliber.

Hæres non definit esse hæres per instrumentum finis, & quietationis, uel renunciationis hæreditatis iam aditæ. Bal. in l. suus. C. de repud. hæredit.

Hæres moriens non dicitur repudiare. Bald. in l. iij. in fi. C. de hære. instit. ubi dicit etiam, quòd nec adire uidetur.

20 Hæres cedens alicui hæreditatem, & iura hæreditaria, an uideatur etiam cedere instantiam inchoatam per ipsum. Bar. & Ang. in l. cùm hæreditas. ff. ad Treb.

Hæres,

nisi habeat cohæredem, quia tunc prohibitio alienandi operatur reciprocam substitutionem.glo.sing.in l.codicillis. §.testamento.de leg.ij.& Bart.in l.uxorem. §. hæres.de leg. iij.& in consi.Proponitur, quòd in testamento, quòd in uenientibus ab intestato debetur, si nõ sit substitutus, uel cohæres.& per Ang.in auth.de nup.§.præfatæ.

Hæres an possit uendere domũ,cuius reditum legauit ad certum usum,puta pro alimẽtis. l.nihil proponitur. & ibi gl.de leg.j.facit l.fundi Trebatiani,de usufr.leg.

Hæres uendens hæreditatem conueniri debet à creditoribus, non autem emptor. l.ij. & ibi Bald. C.de hæred. uel actio.uend.

Hæres cogitur uendere de bonis hæreditatis pro sepeliendo defuncto, etiam ante aditionem. l. qui erat. & ibi Barto. ff. famil.ercisc.

30 Hæres alienare an possit de bonis, quando est grauatus restituere quicquid ex hæreditate superest. in auth. cõtrà rogatus.C.ad Treb.& s̃.Hæres grauatus.uer.j. & xcij.

Hæres soluens executori ante præstitam cautionem sibi imputet, quia tenetur iterũ soluere legatarijs. l.Firmio. §.j. quando di.lega.ced. Bartol.in l.diuus.ff.si cui plus quàm per leg.Fal.

Hæres soluens legata integra non detracta Falcidia, scienter non dicitur soluere plus debito:unde non potest postea petere Falcidiam,nisi sit minor.l.j. & ibi Bald. C.ad legem Falcidiam.& j̃.

Hæres an possit soluere pro pluribus annis legatum annuum. Bar.in l.si cum præfinitione.ff.quando di.le.ced. & Bal.in l. in annalibus.C.de leg.

Hæres sibi ipsi soluere potest, & eligere,in qua re uelit sibi solui.Bal.in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.

Hæres soluens in totum,an repetat à cohærede, non facta cessione sibi in l.in lege Falcidia.hoc esse seruandum. ad le.Fal. & in Spec. de obli. & sol.§.j.in fi.quòd ceduntur ei actiones pro parte tantùm.Item,

Hæres soluens plus debito nõ præiudicat legatarijs. l.Lucius. §.testator.& ibi Bar.de leg.ij.

Hæres soluens unum legatum integrum, non detracta Falcidia,an præiudicet in alijs. gl. & Ang.in auth.de hære.& Fal. §.si uerò expressim.colla.j.Pau.de Cast.consi.ccix. & s̃.uer. Falcidia detrahitur.uer.vij.& ix.

Hæres putatiuus soluẽs repetit solutum.l.si à patre. & ibi Bar. C.de condi.indeb.

Hæres per conscientiam soluens legatum non solenne,nõ potest repetere.l.ij.& ibi Bal.C.de fideicom.

Hæres an possit soluere legatario aliud pro alio, est in arbitrio iudicis. l.si domus.§.qui cõfitetur. & §.seq.de leg.j.uide in l. si pecuniam.& ibi Bar.de leg.ij.

Hæres soluens pro incertis malè ablatis an debeat soluere primis uenientibus. Pau.de Cast.quòd non,in l.fi.§.& si præfatam.C.de iure delib. nisi primi satisdent restituere,si alij superueniant.Item,

Hæres soluens ultra Falcidiam,an repetat.Bald.in l.cùm quis. C.de iur.& fac.igno.in l.j.C.ad legem Falcid.

Hæredes unius debitoris soluentes quilibet partem suam, liberantur,licet debitor ipse non liberaretur soluendo partẽ. Bar.in l.iij.C.de neg.gest.

Hæres non soluens legatum quantitatis intra terminum an possit purgare moram, quando testator legauit fundum, si hæres intra terminum quantitatem legatam non solueret. Bar.in l.si insulam.iiij.q.de uer.ob.& ibi doc.

Hæres soluens executoribus testamenti, liberatur. l. liberto. §.largius.& ibi Dyn.ff.de adi.lega. & Dyn.in l.si à pluribus. de lega.j.

Hæres an possit soluere ad euitãdum pœnam defuncto iniunctam.Bar.in l.fideiussor obligari.§.fi.de fideiuss.

Hæres confessus debet soluere legatum intra decem dies. l. si domus.§.in pecunia.& ibi gl.Bart.& doc.de leg.j.

Hæres non potest soluere aliud pro alio, quando defunctus debitor id non posset.l.in executione. §.j.& ibi Aldxand.de uerbo.obliga.

Hæres implere debet uoluntatem testatoris intra annum, aliàs priuatur hæreditate. authen. hoc amplius. & ibi doct. C. de fideicom. & in cor.de hęr.& Fal.§.si quis uero non implens. & ibi glo.& do.Ang.& j̃.eod. † Et do.Petr. Philipp. Corn. in consil. xcviij.incip.Dominus.in princ.in j.parte.]

Hæres non cogitur intra annum implere uoluntatem testantis,secundum Bal.in auth. hoc amplius.xlj.q.in repeti. C.de fideicom. Vide Pau.de Cast.consi.clxv.

Hæres habet annum cõtinuum ad implendum. Bal.in d.auth. hoc amplius.xliij.q.in repeti.posita.in lec.antiq.

Hæres non implens intra annum, non adita hæreditate, non priuatur successione.Bal.in d.auth.xlv.q.

Hæres pro uno numo non soluto in implenda uoluntate defuncti,non priuatur tota hæreditate.Bal.ibi.xlvj.q.

Hæres intra annum non soluens debita ex contractibus, non priuatur hæreditate. Bal.in d.auth.xlvij.q.

† Hæres non amplius uoluntatem defuncti,quæ sint requisita ad hoc,ut priuetur hęreditate. Vide do.Ias.in authen.hoc amplius.in j.col.uer.nota ex ista auth.C.de fideicom.†

Hæres ab intestato non implens uoluntatem defuncti, an priuetur hæreditate. Bal.in d.auth.lix.q.

Hæres nõ implens uoluntatem defuncti, ex quibus causis excusetur. Hosti. in c.nos quidam. de testa.Fed.de Senis consi.cxxiiij. & Bal.in d.auth. hoc amplius. 50.q.& s̃.eo.& j̃.dicetur per discursum.

Hæres qualiter debeat cauere de implenda uoluntate defuncti. Bald.in d.auth.penult.colum. uer.secundò quæritur.in lec.antiqua.

10 Hæres bis monitus à iudice ut exequatur uoluntatem defuncti ad piam causam, priuatur hæreditate, etiam ante annum licet aliàs habeat annũ ad exequẽdum. Bal.in d.auth. hoc amplius.j.opp.in lec.anti.in repeti.sed Ang.aliter loquitur in auth.de hæredi.& Fal.§.si quis autem.

Hæres si non impleat, quia sit datus executor in testamento, an priuetur. Cal.in d. auth.in lec.antiq.iiij.q. & in lec.noua. quòd si sunt ligatæ manus hæredi, non priuatur: aliàs sic. Bart. ibi dicit, quòd hæres non tenetur, nisi sit finitum officium executoris, & monitus sit à iudice: quia non implens tenetur.

Hæres monitus à iudice prorogato, uel arbitrio, an priuetur, si non impleat. Bald. in d.auth.ix.x. & xj.q.in repeti.in lect. antiqua.Item,

Hæres monitus per statutum, uel constitutionem episcopi, ad implendum, si non impleat, an priuetur absque alia monitione.Bald.in auth.præallegata,xij.q.in repeti.& Paul.de Cast.in consi.clxv.

Hæres non soluens intra annum legatum annuum, nõ priuatur hæreditate,quia legatum annuum nõ debetur in primo anno pro omnibus annis. Oldr.consi.ccxxxj.

Hæres pro implendo uoto defuncti quomodo conueniatur. Spec.de uoto.

Hæredem non impleuisse uoluntatem defuncti intra annum, debet probare per allegantem, scilicet interrogatis legatarijs,an eis sit solutũ. Bar.in auth.hoc amplius. C.de fideicõ. in lect.noua.communi.

Hæres non implens intra annum,non priuatur, si aliam pœnã testator iniunxit, & soluit:aliàs secus. Bal.in d.auth. iij.col. adde.in Spe.de loca.uer.xxxv.

Hæres ex testamento non solenni implens,non priuatur. Bal. in d. auhen.

Hæres non implens nudum præceptum testatoris factũ contra legem,nõ priuatur successione: secus, si præceptum nudum sit secundum legem.Bal.in auth.præalle.

20 Hæres priuatus hæreditate propter non impletam uoluntatem testatoris,eam non recuperat à sequentibus in gradu repudiatam.gl.& Bar.in l.si quis solidum.de hære.insti.Sed Bald.post glo. tenet contrarium in d.auth. hoc amplius.j.q. & j̃.eo.uersi.xxvj.

* Hæres ita institutus, ut si contraxerit matrimonium sine patris sui consilio & uoluntate, hæreditatem amittit. Si sine consilio & uoluntate patris matrimonium contraxit, hæreditatem utique amisit. l.j. & ibi Dec.in iij.no. C.de insti.& subst.Old.in consi.xvj.q.j. Fel.in c.j.col.ix.uer.ij.fallit. de sponsal. Gul.Bened. in c.Raynutius. in v.q.Petro.nu.xj. de testa.Bar.Calcan.con.iij.col.vj. Aym.Crau. uir clariss.in con.j.uol.j. Æmilius Maria Manolessus.

* Hæres qui hæreditatem amisit: quia quæ testator ei mandauit facere neglexit, non amisit directò, sed per fideicommissum restituere debet. Pau. Cast. con. lxxvij. col. ij. cō. ccc. con. cccij. uol. j. con. clxxj. in extre. con. ccxcij. col. iiij. consi. cccxxxij. col. ij. uol. ij. Alex. con. lvij. col. ij. uol. ij. Fran. Aret. con. lxvij. ij. dub. Ay. Cra. uir præstantiss. con. j. ij. dub. nu. vj. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Hæres cum testatoris uoluntatem omnino adimplere non potest, debet ut potest adimplere, & si quo ad potest ei obtemperauerit, non tamen hæreditatem amittit, si omnino non obtemperarit. l. in testamēto. §. ita quidam. in ext. ff. de cond. & dem. §. si quis ædificationē. in auth. de eccles. tit. col. con. Lud. Ro. con. ccccix. prope fi. Dec. cō. 50. col. j. Ay. Cra. summus I. C. cons. j. uol. j. nu. v. c. cùm dilecti. §. præterea. de dol. Fed. Senen. cō. ccxc. col. pe. Æmili9 Maria Manolessus.

* Hæres bona hæreditatis alienare prohibitus, ita ut si alienaret, hæreditatem amitteret, si aliquam rem uel minimam alienauit, uniuersam hæreditatem amisit. Ang. cons. clxviij. ex isto dubio. q. j. Ioan. Cal. in tracta. de eccles. interd. pag. clxix. Anton. in c. ult. col. xliij. de cōsue. fel. c. j. col. iiij. uer. v. limita. de sponsal. Dec. in c. de appellationib. col. ij. de appel. c. maiorib. de præb. And. Tiraq. in trac. de iudic. in reb. exig. uer. liiij. Æmilius Maria Manolessus.

Hærede priuato, quia non impleuit agens contra eum, debet cauere de implendo. Bar. in d. auth. hoc amplius.

Hærede non implente uoluntatem defuncti, hæreditas uadit ad cohæredē, etiamsi tempore diuisionis inter se renunciauerit omni iuri, quod habere posset alter in parte alterius. Bar. in auth. hoc amplius. in fine.

Hæres nō implens potest per quemlibet accusari. Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. in lec. communi.

Hæres non implens, ipso iure priuatur hæreditate, sed requiritur declaratio iudicis, scilicet priuatū esse. Bald. in d. auth. in lect. communi, quem etiam ibi uide in lec. anti. in repeti. xv. q. & Pau. de Cast. consi. clxv. Bal. in l. j. in fi. C. de his, quæ pœ. no. tenet, quòd si dicit testator, quòd hęres priuetur, intelligitur, scilicet ipso iure. quod nota.

Hæres coactus adire, si non implet, an priuetur. Bal. in d. auth. xvij. q. in repeti.

Hæres non implens intra annum, in tantum priuatur, quod his personis, ad quas deuoluitur, repudiantibus, amplius non defertur ipsi hæredi iam priuato. glo. in authen. de hæredi. & Fal. §. si uerò nulliter. & Barto. in l. si quis solidum. de hæred. insti. Sed Barto. in d. authen. hoc amplius. & s̄. eo. uersic. xx.

Hæres hæredis monitus non implens an priuetur, & an debeat implere intra residuum temporis restantis primo hæredi. Bald. in d. auth. hoc amplius. xxv. & xxvj. q. in repeti. Bar. in consi. Andreas. Ioan. de Pra. in l. in testamento. la j. de condi. & demonstra.

Hæres quoties & quomodo moneatur per iudicem ad implendum. Bald. in d. auth. xxvij. q. & in repeti. & ibi omnino per Bart. & Pau. de Cast. consi. clxv. Ang. uerò in d. §. si quis autem. in d. auth. de hæredi. & Falcid. dicit, quòd semel tantùm monendus est.

Hæredi ad implendum annus potest breuiari per testatorem. j̄. Testator. uer. lvj.

30 Hæres implens pro parte sua, non priuatur parte hæreditatis, etiamsi testator disponat, quòd alter priuetur, altero non implente. l. paterfamiliâs testamento. de hæred. inst. Lud. in fin. uer. utrum testator possit.

Hæres monitus à iudice ad implendam uoluntatem defuncti, potest purgare moram. Ang. & Alexand. in l. insulas. penult. char. de uerbor. obliga. & Angel. in l. & si post tres. ff. si quis cautio.

Hæres potest appellare à præcepto sibi facto de implendo. l. creditor. §. fina. de appella. & Bald. in d. auth. xxviij. q. in repetitio. Item,

Hæres nō implens intra annum, priuatur etiam fructibus medio tempore perceptis ex hæreditate. Bald. in auth. hoc amplius. xxxj. q. in repeti.

Hæres non implens non perdit legitimam. gloss. in c. licet. de uoto. & in d. authen. hoc amplius. & ibi doct. & Bald. in lec. communi. & j̄. eod. uer. fin. Item nec perdit dotem, nec donationem propter nuptias. Bald. ibidem. Item nec prælegata, nec fideicommissa, nec substitutionem pupillarem sibi non delatam, secundum Bald. ibi. & s̄. Filius hæres. uersicu. xvij.

Hæres priuatus propter non impletam uoluntatem defuncti, si erat eius creditor, an consequatur debitū aditione confusum. Bal. in d. auth. hoc amplius. xxxij. q. in repeti.

Hæres priuatus propter non impletam uoluntatem defuncti, potest conueniri à creditoribus hęreditatis, quando nullus reperitur, qui uelit hæreditatem. gl. & doc. in l. si seruus plurium. §. si quis ante. de leg. j. & Bald. in d. auth. hoc amplius. xxxiij. q. in repeti.

Hæres non implens non priuatur legitima, licet priuetur hæreditate. gloss. & Bald. in d. auth. hoc amplius. & gloss. in c. si hæredes. de testa. Vide etiam in corpore de hæred. & Falci. §. si quis uerò non. Quod est uerum, nisi pater soluerit pœnam pro filio: quo casu non implens priuatur etiam legitima, secundum Bald. in d. auth. liij. q. in repeti. Item nisi hæreditas sit indiuisibilis, ut regnum: secundum Flo. in l. si seruus. §. j. in fi. ff. ad legem Aqui. Innocen. & Bart. in c. licet. de uoto. facit l. si hæredes. de testa. tu. Item uerum, etiamsi non confecit inuentarium. Bald. post glo. in d. auth. xl. q. in repe. Ray. uerò, & Nic. de Neap. in l. Nesenius. §. rectè. ff. de excu. tut. & Iac. de Are. in l. fi. C. de fideicom. dicunt priuari omni commodo. & s̄. eo. uer. xxxiiij.

Hæres inuentarium facere debet. l. fin. & ibi doct. C. de iure delib. Ange. plenè in l. j. §. stipulatio. ff. si cui plus, quàm per legem Falcid. etiamsi remittatur ei à testatore cōfectio inuentarij. Bald. & docto. in d. l. fi. & in l. fi. C. arbi. tu. Fran. Cremo. in consi. præfatos tutores. quod est post consil. lj. Alex. iiij. parte.

Hęres opponit de beneficio inuentarij, etiam post sententiam. Bald. in l. j. C. de iur. & fac. igno. post gl. ibi. & in l. ex diuerso. §. fi. sol. matrim.

Hæres usurarij si non facit inuentarium, quid iuris. s̄. uerbo, Hæres usurarij. uer. j.

Hæres non conficiens inuentarium non priuatur Trebellianica. Bart. & doct. in l. Marcellus. in prin. ff. ad Treb. in l. cùm tale. §. Titius de condi. & demonst. quòd sic. Vide in consil. Visis, ponderatis, quod est post consi. ciij. Alex. de Imol. in iiij. parte. doc. in auth. similiter. C. ad legem Falci. & in auth. sed cùm testator. eo. ti. ubi Bar. tenet, quòd non. Bald. ibi tenet, quòd sic. & in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. Ang. plenè loquitur in auth. de hære. & Falcid. §. si uerò expressim. collat. j. & in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus, quàm per legem Fal. ubi tenet, quòd non. & est communis opi. & Bar. con. Domino Ioanni Andreatij, &c. Vide Pau. de Cast. in consil. ix. cxij. ccvij. & clxij. Quid si est minor: Pau. in d. † consi. ccvij. † Et Rapha. Fulg. in consi. xlj. & in cons. lxxxvij. in fine.

* Eum Treb. non amittere hoc casu, est com. sententia. Iaco. de Beluis. in §. hinc nobis. quæst. xiiij. in autē. de hær. & Falc. Bar. in auth. sed cùm testator. C. ad legem Falci. Bald. in l. filiumque. col. xvij. C. famil. ercisc. in l. cùm tale. §. j. ff. de condic. & demonstr. Ang. & Imol. in l. j. §. hęc stipulatio. ff. si cui. plus quàm per leg. Fal. Io. And. in addi. ad Spe. tit. de instruedi. §. dicto. uer. nunc dicamus. Ias. con. lxxxiiij. nu. iiij. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Hæres qui fecit inuentarium, non citatis citandis, an detrahat Falcidiam. Bald. in auth. sed cùm testator. C. ad legem Falci. dicit non ualere, quo ad non citatos, aliàs sic. Idē tenet Bal. in auth. si omnes. C. si ut se ab hære. absti. & in l. fin. cùm igitur. C. de iure deliberan. & per Barto. in l. j. §. prius. de uulg. & pupil.

Hæres licet fecerit inuentarium cum decreto iudicis, tamen potest probari quòd subtraxerit de rebus. Bald. in auth. sed cùm testator. C. ad legem Falcid. & potest probari per uxorem, & alios domesticos & seruos cum tortura, secundum Bald. ibidem.

Hæres, etiam facto inuentario, tenetur ex delicto, etiam defuncti, uel ex contractu de iure canonico, quatenus est in hæreditate, etiamsi nihil lucratus est. Bald. in l. furti. C. de furt. & s̄. uerbo, Hæres delinquentis. uersic. xiij. & j̄. eo. uersic. xv. in fi.

Hæres,

Hæres, etiam non facto inuentario, non tenetur ultra uires hæreditarias legatarijs, quando testator dixit se legare de bonis suis: quo casu quia si hęres teneretur ultra uires, legata præstarentur non de bonis suis, scilicet testatoris, quod expresse uoluit testator, non tenetur hæres ultra uires. ut s. Bal. sing. in l. j. in lect. ant. C. de his, quæ pœ. no. Idem quando testator dixit, Volo legata pręstari, usq; ad uires patrimonij mei. Bald. in l. uoluntatis. C. de fideicom.

Hæres confecto inuentario potest uendere de bonis sine subhastatione. l. fin. §. & si præfatam. & ibi Baldus C. de iure delib.

10 Hæres facto inuentario an ueniat contra factum defuncti, stante statuto, quòd hæres non posit uenire contra factum defuncti. Bal. in l. cùm à matre. in fi. C. de rei. uen.

Hæres inuentarij beneficio gaudet nō solùm quo ad actiones merè hæreditarias, sed quo ad mistas resultātes ex promissione propria ipsius iuncta aditione. Bal. & Alex. fin. in l. qui dotis. sol. ma. & Ang. in consilio, In Dei nomine, & suæ gloriosæ matris, beneficium inuentarij, &c. & Lud. in rubr. de acq. hæred.

Hæres non faciens inuentarium, non detrahit Falcidiam, siue sit fiscus, siue clericus, uel cuiuscunq; conditionis. Item tenetur ad legata in solidum. in authen. de hæredi. & Fal. §. fi. & ibi gloss. & in l. fin. cum gloss. de iure deli. & Angel. in l. j. §. hęc stipulatio. ff. si cui plus quā per legem Fal. quem etiam uide ibi uersi. nunc descendamus. Vide Alexand. in consi. cxxxix. j. parte. * Iason consi. lxxxiiij. num. iiij. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Hæres minor non conficiens inuentarium in termino, iuxta l. fi. C. de iure delib. restituitur in integrum. Innoc. in c. constitutus. de resti. in integ. Bald. in l. fi. in princ. præallegata. & in l. fi. C. in qui. cau. in integ. resti. non est ne. & gloss. sing. in l. auxilium. in prin. ff. de mino. & Ang. in l. j. §. hæc stipulatio, si cui plus, quàm per legem Falcid.

Hæres non conficiens inuentarium tenetur regulariter ultra uires hæreditarias, etiam in foro conscientiæ, nisi sit grauatus restituere ad piam causam: quia tunc ex quo nullum commodum est habiturus, non debet pati incōmodum, quòd teneatur in foro conscientiæ. Bart. in l. j. iij. quæst. iiij. principalis. C. de sacrosan. eccle. ubi refert Cānonistas tenere contrarium, secundum Host. in Summa, de testa. uer. sed quid si bona. & Ioan. And. in cap. quanquam. de usuris. lib. vj. in nouella. & Abb. in c. j. de sol. Item nisi esset executor: quia licet inuentarium non faciat, non tenetur in foro conscientiæ. Ioan. And. in addi. Spe. de instrum. edi. §. nunc aliqua. in addi. Iacob. de Aret, &c. Item nisi sit hæres talis, qui non teneatur, nisi quatenus facere potest, ut maritus: aliàs tenetur, & pœna debet applicari creditoribus, & legatarijs. Angel. fin. in l. j. §. hæc stipulatio. iij. colum. ff. si cui plus, quàm per legem Falcid. Item nisi sit ecclesia, quæ non tenetur ultra uires hæreditarias, licet adierit sine beneficio legis, & inuentarij. Bald. in authen. licet alienatio. C. de sac. san. eccle. & in l. fin. v. q. de iure delibe. & Bartol. in l. j. iiij. q. quartæ principalis. de sacrosan. eccle. ubi idem dicit in pauperibus institutis, & in clerico iustituto intuitu ecclesiæ, non si respectu sanguinis, uel amicitiæ. & tenet Angel. in authent. de ali. & empt. §. si uerò quidam. Sed contrà tenet ipse Angel. in auth. de hære. & Fal. §. non autem. & suprà uerb. Ecclesia. uersic. cx. & adde omnino infrà eodem proximo uersic.

Hæres non conficiens inuentarium non tenetur in foro conscientiæ ultra uires hæreditarias, sed in foro ciuili sic. Bald. in l. filium quem habentem. antepen. col. C. fami. ercis. Ioan. And. in c. quanquam. de usur. in vj. per Bart. & Ang. in rub. de acqui. hære. & Bart. in l. j. iij. q. quartæ principalis. de sacrosan. eccle. & in l. in ratione. §. quod uulgo. ad legem Fal. & Ang. in l. more. de acq. hære. & in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus, quàm per legem Fal. Ioan. And. in addi. Spec. de instrum. edi. §. nunc dicto. uersi. nunc dicamus. in addi. an in foro. Innoc. in c. in literis. de raptor. & Bald. super Innoc. uer. haberes. uersi. iij. & s. eod. uer. proxi. Bald. uerò in l. furti. C. de fur. dicit, quòd hæres ex delicto defuncti tenetur in foro conscientiæ, etiamsi non fecit inuentarium, etiamsi ad eum nihil peruenit: non tamen ultra uires hæreditatis. Et † uide Bal. in l. fin. vj. q. C. de iure deli. † Et per Franc. Aret. in d. rubr. de acq. hære. & do. Pet. Phil. Cor. in consi. xxxix. incip. Adeò. in litera F. in iiij. parte.]

Hęres, qui incepit inuentarium in principio anni, & illud non perfecit ante annum finitum, potest conueniri à creditoribus, & legatarijs. Angel. in l. j. §. hæc stipulatio. xij. col. si cui plus quàm per legem Fal. Bald. in l. fi. §. cùm igitur. v. col. C. de iure deli.

Hæres ex errore non ponens in inuentario res ponendas, uel ponens non ponendas, restituitur in integrum ex clausula generali. Ang. in d. l. j. §. hęc stipulatio. antep. col. si cui plus, quàm per legem Falcid.

Hæres purgans moram commissam in cōfectione inuentarij, non propterea potest detrahere Falcidiam, nec eius beneficio gaudet, quod iam amisit. l. j. §. item si ita. uer. in Falcidia imputari. ff. ad leg. Falc. & ibi Ang. & Moder. Vnde.

Hæres priuatus beneficio Falcidiæ licet purget moram, non recuperat illud. Ang. ibidem.

20 Hæres non conficiens inuentarium, tenetur ad legata, & onera hæreditaria in solidum, etiam ultra uires. glo. & Bal. in l. in ratione. §. quod uulgo. ff. ad leg. Falc. contra Guli. de Cug. & Rayn. de Forli. qui uoluerunt hæredem priuari solum Falcidia. Sed communis opi. est glo. & Bart.

Hæres non conficiens inuentarium an priuetur legitima. in authen. de hære. & Falcid. §. si uerò non fecit. & ibi doct. & Lud. in authen. similiter. C. ad leg. Falc. gloss. & doct. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & in authen. sed cùm testator. & ibi Bart. quòd non. C. ad leg. Falc. Ang. in l. j. §. hæc stipulatio. xiij. col. si cui plus quàm per legem Falc. Pau. de Cast. in consi. xc. & infrà uerb. Inuentarium à quibus. uersi. xiiij. & xvj. & Pau. consi. cxij. & Abb. in c. j. de sol. quòd non tenetur creditoribus de legitima. Vide Bald. in consilio, In nomine sanctæ Trinitatis, uisis, & ponderatis. quod est post cōsi. liij. Alex. in iiij. parte. & quod Alex. consi. cxxxix. j. parte. quòd non. † Et Raph. Fulg. in consi. xlv. per totum. & in consi. cxxv. ad fi.]

Hæres non conficiens inuentarium, an detrahat legitimā aduersus fideicommissarium uniuersalem. Pau. de Cast. consi. xc. & consi. ccviij. Et an detrahat impensam funeris. eodem consi. Et an debitum, ad quod sibi tenebatur defunctus. eisdem consilijs. & consi. clxij. & seq.

Hæres facto inuentario personaliter capi non potest. j. Hæres capitur. Item,

Hæres non conficiens inuentarium præsumitur subtraxisse de bonis hæreditatis. in authen. de hære. & Fal. §. sancimus. Bart. in authen. sed cùm testator. C. ad leg. Fal. & ideo tenetur ultra uires in foro ciuili. l. fin. C. de iure delib. & s. eod. uersic. xiiij. & seq. nisi creditores confiteantur ipsum hæredem nihil subtraxisse de bonis, & quod hæreditas non est soluendo, secundum Bald. in l. filium quem habentem. C. fam. erc. antepen. col. Pau. de Cast. in l. ratione. §. quod uulgo, ad leg. Fal. & Barth. Cæp. in cautela. xxj. Item.

Hæres an debeat probare, quòd in hæreditate non sunt alia bona, quàm posita in inuentario, an uerò allegans esse alia debeat probare, Paulus de Cast. consilio ccix. Bartol. in l. fi. §. licentiam. C. de iure delib. dicit quòd probat hæres probando, quòd tantum est in hæreditate: & qui dicit esse plus, probet.

Hęres quomodo teneatur, si bona mobilia descripta in inuentario non reperiuntur, & de precio non constet. Pau. consi. ccix. Item,

Hæres non tenetur edere inuentarium legatarijs, quando dicit bona non sufficere. Bald. in l. fi. vij. col. C. de eden. per c. cùm Ioannes. de fide instru.

Hæres, qui confecit inuentarium, potest pręscribere ex persona sua, non obstante mala fide defuncti. Alex. in l. Pomponius. §. j. de acqui. possess.

Hæres tenetur conficere inuentarium, etiamsi testator fecit aliud. Bald. in l. fi. §. j. viij. col. C. de iure delib.

30 Hæres intra tempora inuentarij potest cōuenire debitores, secundū Bar. in l. fi. §. donec. C. de iure delib. Sed Bar. cōtra in l. fi. §. donec. C. de iure delib. Sed Bar. contrà l. fi. C. de fru. & lit. expen. & Spe. tit. de actore. §. j. uer. itē quod est hæres. Nec conueniri, ut s. Hæres deliberat. uer. fi. ubi plenè.

Hæres non conficiens inuentarium an computet inter uires hæreditarias id, quod accepit à legatarijs grauatis aliquid soluere hæredi pro legato, ut sic etiam ad illud teneatur in inuentario non confecto, an uerò habeat illud sibi præcipuũ. Angel.fin.in l.seruum filij.§.si idem seruus.de lega.j.ubi distinguit, an illud acceperit, ut hæres teneatur: an ut ipse,& non teneatur.

Hæres facto inuentario conuentus à creditoribus hæreditatis ultra uires, an teneatur respondere libello. doct. & Pau. de Cast.in l.fi.§.donec.C.de iure delib.

Hæres facto inuentario emens unam rem hæreditariam à creditoribus, an possit conueniri hypothecaria ab alijs creditoribus. Pau. de Cast.post gloss.& Bald.in l.ij.C.de repudi. hæreditate.

Hæres debet conficere inuentarium, etiamsi sibi remissa sit à testatore eius confectio. Bal.in l.fi.x.col. C. de iure deliber. & j.uerb. Inuentarium à quibus.uer.xxix.

Hæres non facto inuentario an habeat saltem ius retinendi, licet non habeat actionem. Bald. in l. creditori. C. de pact. Item,

Hæres, etiam non facto inuentario, non tenetur ultra uires, quando testator cessit bonis. Baldus in l. fin. C. qui bo. ce. poss.

Hæres non conficiens inuentarium intra terminum, non potest purgare moram. Angel. in repeti.l. si insulam.vj. col. ff. de uerb. obl. & ibi Alex.in pen.char.& Ang.in l.si post tres. in repet.ff. si quis cau. Nec purgans detrahit. Falcidiam. s. eod.uer.xviij.

Hæres in inuentario ponens rem hæreditariam, asserens esse suam, perdit beneficium inuentarij. Bald.in l.fi.§. cùm igitur.v.col.C.de iure delib.

Hæres omittens ponere in inuentario unam rem, priuatur beneficio Falcidiæ, non tamen tenetur ultra uires hæreditarias. Angel. in l.Paulus.ff. ad legem Fal.Ioan.in l.creditoribus.eodem titul. Baldus in l.fin.§.cùm igitur. C.de iure deliber.in v. colum.& Baldus in l. ruptum. ff. de his. qui.ut indi. & in dicta l. Paulus.& Angel. in l.j.§. hæc stipulatio.ff. si cui plus, quàm per legem Falcid.† Vide Franc. Aret.in l. ex facto. in §. Iulius Longinus. in j.col.uersi. nota tertiò.de uulg.& pupil.]

† Hæres non conficiens inuentarium, uel omittens ponere aliqua bona in eo, qua pœna puniatur tam iure antiquo, quàm nouo,& nouissimo. uide Raph. Fulgosium in cõsilio xxiiij. per totum.] Sed Bart. & Bald. in dicta l. fin. §. licentia. dicunt, quòd

Hæres omittens, uel occultans aliquid in inuentario, punitur in duplum.& j.uer.Inuentarium.

Hæres non faciens inuentarium, præsumitur adire hæreditatem lucrosam, & tenetur ultra uires hæreditarias.Bald.in l. filium.quem. ult.charta, C.famil.erciscun.

Hæres filiusfamil. si non facit inuentarium, pater eius tenetur de peculio. Bald. in auth.sed cùm testator.ult.col. C.ad leg.Falcid.Item,

Hæres literatus debet subscribere se in inuentario, aliàs notarius pro eod. & infrà uerbo, Inuentarium hæredis qualiter.uersi.ij.

Hæredis materiam supple in Spec. de instr.edi.§.xvij. & j.uer. Inuentarium.per discursum.

Hæres detrahit Trebellianicam, si sponte restituat fideicommissum.gloss.l.penul.§.fin. C. ad Trebel.l.quia poterat.& l.cogi.ff.eod.tit.not.in l.is,cui.de condi.indebi.l. ita.§.qui suspectam. & ibi Bart.ad Treb. etiamsi pœniteat.l. nam quod.§.pen.eod.tit.

Hæres grauatus soluere legata pleno iure, uel omnia bona, non detrahit Falcidiam. suprà uerbo, Falcidia prohibitis. uersi.pen. Nec legitimam, secundum Pau.de Cast.in consi. ciij.ad fin.arg.l.pœnales. §. fin. ad leg. Fal.& l. Marcellus.§. quidam.ad Treb.

Hæres prohibitus plus petere, non detrahit Falcidiam. Bal. in l.cùm patrem.in fin.C de iure dotium.

Hæres non detrahit Falcidiam de legato prohibito alienari. s. uer.Falcidia detrahitur.uersi.xxxix.

Hæres non detrahit Trebellianicam de rebus fideicommisso subiectis prohibitis alienari: secundum Baldum in d. authen. & in ea re dicentem ad hoc communiter aduocatos non aduertere.

Hæres detrahit Trebellianicam de parte cohæredis grauati de restituendo sibi accrescente per repudiationem cohæredis.Cyn.in l.non iustam. C.ad Treb.glo.& Ang.in l.quod si aliter. ad legem Fal.

Hæres institutus gratia alterius, cui grauatus est restituere, non detrahit Trebellianicam. Baldus in l. post mortem. de fideicom.

Hæres grauatus an & quando detrahat Trebellianicam, uel non. suprà, uerb.Hæres grauatus. & infrà ad Trebellia. per discursum.

Hæres non conficiens inuentarium an detrahat Falcidiam, legitimam, & Trebellianicam.suprà, Hæres inuentarium. uersic.iiij.

10 Hæres non detrahit Trebellianicam de relictis pauperibus. Baldus in l.id quod pauperibus.xvij.quæst. de episcopis & clericis.

Hæres non detrahit Trebellianicam de fideicommisso pio. j. Treb.uersi.xviij.

Hæres, qui potest detrahere Falcidiam, non computat sibi in eam, sed in Trebellianicam, quicquid accepit causa mortis. Ang.in l.j.§.item si ita.in fi.ff.ad legem Falcid.

Hæres particularis non detrahit Trebellianicam. s. Hæres ex ex re certa.uersi.xiij.

Hæres non computat sibi in Falcidiam id, quod princeps ei donauit, nec alias largitates ei factas.l. si arrogator.ff. de adopt.l.Imperator.§.si centum.de leg.j.Ang.in l.iij.ff.ad legem Falcid.Item,

Hæres in Falcidiam cõputat pœnas ex promissione sua quæsitas.l.utrum.in fi.ff.de peti.hæredi. Ang.in d.l.iij. ad legem Fal.Item,

Hæres hæredis an detrahat Falcidiam. suprà, Hæres hæredis uersi.xiiij.

Hæres detrahit Falcidiam, etiam de prælegato facto cohæredi.Ang.in lege Falcidia. in prin.tit.ff.ad leg.Fal.tex.& doct. in l.Nesennius.eod.tit.

Hæres subtrahens de rebus in fraudem legatariorum, an detrahat Falcidiam in totũ.no.in l. Paulus & in l. beneficio.ff. ad leg. Fal. & in auth.eod.tit.&.§.sancimus.col.j. & in auth. sed cùm testator. C. eod. tit. & in l.fin.§.licentia. el ij. C.de iure delib. & ibi Pau. de Cast. quòd in duplum punitur. & per Ang.in l.j.§. hæc stipulatio. si cui plus, quàm per legem Fal.& per Bal.in l.fi.§. cùm igitur.v.col. prælleg.

Hæres detrahens Falcidiam, an habeat etiam fructus eius, uel cõputet eos in Falcidiam. text. & doct.in l. quod de bonis. §.fructus.ad leg.Fal.

20 Hæres non detrahit Falcidiam, nisi eam petat à legatarijs. Baldus in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus. C. de episc. & cler.

Hæres iussus amplius non petere nõ detrahit Falcidiam. Bal. in l.cùm patrem. C.de iure dotium.

Hæres filiæ nuptæ sine dote potest detrahere dotem pro matre de bonis fideicommissi, sicut potuit mater.Bald. in authen.res,quæ.ij.col.C.communia de leg.in lect.anti.uersic. quid si neq;.in ij.col.

Hæres an computet sibi in Falcidiam, uel Trebellianicam, id quod sibi est datum causa conditionis implendæ.s.Falcidia detrahitur.uersi.x.

Hæres surripiens de bonis, bene detrahit Trebellianicam, nõ Falcidiam. Ang.in d.§.si uerò expressim.l.Paulus.ad legem Fal.& s.eod.uersi.xviij.

Hæres in Trebellianica debet habere etiam usumfructũ, nec cogitur eam recipere in nuda proprietate bonorum. Ang. in auth.de tri.& semi.§.prohibemus.col.ij.

Hæres adiens periculo fideicommissarij, non deducit Trebellianicam.l. quia poterat.ad Treb.

Hæres quando detrahat, uel nõ Falcidiam.suprà, Falcidia.per discursum.

Hæres hæredis an detrahat Trebellianicam.s.uer. Hæres hæredis.uersi.xxxij.

Hæres priuatur relictis sibi factis in testamento quod impugnat.l.etiam.& l.Papinianus. §.meminisse. ff. de inoff.testa.& l.pen.ff. de his,qui.ut indignis.l.j. C. eod.l.filium.

lium.§. in omnibus. de leg. præstan. Bald. in auth. ex causa. viij.q. de li. præte. Paul. de Castr. in consil. vij. & Alex. post in l. qui Romæ. §. Seia. de uerb. oblig. & l. cùm pater. §. libertis. de lega. ij. Sed non priuatur donatione causa mortis facta sibi à defuncto. Bar. in d. §. libertis.

Hæres occidens defunctum priuatur eius hæreditate, nec tenetur se accusare ad uindictá. Bald. in l. j. in fi. C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces.

Hæres minor non uindicans mortem defuncti, non priuatur eius successione, etiamsi maior factus non uindicet. d. l. j. cũ gl. in quib. cau. in integ. restit. non est neces.

Hæres an & quando priuetur hæreditate propter non impletam uoluntatem defuncti. s. uerb. Hæres implere. per discursum.

Hæres quibus priuetur, si non cõficit inuentarium. s. uer. Hæres inuentarium. per discursum.

Hæres adulterás uxorem defuncti post eius mortem, priuatur eius hæreditate. gl. & doct. & Bald. in l. sororem. C. ad Sylla. & ibi Bart. quòd sic. Vide in l. fideicommissum. de fideicommis. Item,

Hæres occidens uxorem, uel fratrem testatoris, an priuetur hæreditate. Bald. & doct. in l. hæreditas. C. de his, qui ut indig. Bart. in c. cùm ratio. §. fi. ff. eod. tit. & in l. his consequenter. §. j. de his, qui ut indig. & s. Hæres indignus.

Hæres non potest priuari hæreditate, etiam ex dispositione testatoris, propter inobedientiam tertij. Bald. in l. j. v. oppo. C. de his quæ pœn. nom. per l. paterfamiliás testamento. de hæred. instit.

Hæres non uindicans mortem defuncti punitur, etiam ex sententia lata contra occisorem. Bart. in l. j. C. de his, qui ut indig. Item,

10 Hæres proponens querelam inofficiosi testamenti an priuetur hæreditate. Paul. de Castr. consil. vij.

Hæres ex repudiatione quibus priuetur, s. uer. Hæres repudians. uer. xxix. & per discursum.

Hæres dicens hæreditatem suspectam, an priuetur legitima. Bar. quòd non, in l. quia poterat. ff. ad Treb.

Hæres non accusans occisorem incognitum, non priuatur hęreditate. l. si ideo. C. de his, qui ut indig.

Hæres non soluens expensas funeris non priuatur hæreditate tanquam indignus. l. non oportet. & ibi doct. C. de his qui ut indig. nisi testator expresserit. Bar. ibi.

Hæres scribens testamentum manu propria, an teneatur de falso, & priuetur hæreditate. Bart. in l. j. §. ex illa. ff. de fal. Si tamen tradat alteri non notario legendum, non punitur. Sali. in l. fi. C. de his, qui in testa. sibi adscri. & Bald. in l. dictantib. C. de testa.

Hæres impediens fideicommissum, ut quia furatur res hæreditarias, perdit Trebellianicam. l. Paul. ff. ad Treb. & Bart. in l. rescriptum. de his, qui. ut indig. & l. si quis cum falso. §. j. de falsis. & l. beneficio. ad legem Falc.

Hæres scriptus lucratur fructus interim perceptos, donec pręteritus tacet: sed si præteritus est minor, restituitur ad talos fructus. Bal. in l. certum. C. unde cognati.

Hæres restituitur in integrum aduersus hæreditatem minori delatam, non aditam. Bart. in l. Pantonius. in prin. ff. de acquir. hæred. & in l. j. C. de restit. mil. & in l. si infanti. C. de iure delib.

Hæres non restituitur de iure deliberandi, quod competit defuncto ignoranti. l. cum antiquioribus. C. de iure deli. secundum Io. de Por. in l. cùm quidam. de uerb. oblig.

Hæres emphyteutæ non soluens canonẽ an restituatur in integrum. s. uer. Emphyteutæ. uersic. vj. & vij.

Hæres non restituitur aduersus pœnam commissam contra hæreditatem iacentem. Ioan. de Port. in l. ad diem. in fi. ff. de uerb. oblig.

† Et per Dy. in reg. cùm quis. de reg. iur. in vj.]

Hæres adulti non restituitur in integrum aduersus testamentum, uel donationem causa mortis, sine curatore factum. l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. lega. Bar. & doc. in l. j. in prin. ff. de tut. & ratio. distra.

Hæres absentis mortui ante aditam, an restituatur in integrũ. Bar. l. si infanti. ult. col. C. de iure deliber.

Hæres an restituatur in integrum aduersus inuentarium non confectum. s. uer. Hæres inuentarium. uersic. xij.

Hæres non restituitur aduersus usucapionem decursam hæreditati iacenti. l. Iulianus. ff. ex qui. cau. maior. l. etiam ei. ff. de minori. Io. de Por. in l. ad diem. de uerb. oblig.

Hæres an, & quando restituatur. s. uer. Hæres minoris. uer. iiij. & vij.

Hæres præscribit, etiamsi defunctus fuit in mala fide, scilicet præscriptione longissimi temporis: quia in alijs hæres succedit in malam fidem defuncti: & ideo nõ præscribit longo tempore. Paul. de Castr. consil. lxviij. & consil. cclxxxviij. & Bart. in l. litigator. C. de fru. & li. expen. & j. Mala fides. uer. xliij. uer. liiij. Item,

Hæres bonæ fidei an præscribat titulo patris, qui erat in mala fide. Paul. consil. cclxxxviij. & s. proxi. & uide text. & docto. quòd non, in l. cùm hæres. ff. de diuer. & tempo. præscript. & in l. sequitur. §. fructus. ff. de usuca. Ioan. And. in addi. Spec. de præscri. §. fi. in addi. mag. But. Abb. & Imol. in c. si diligenti. de præscript. Paul. de Cast. in l. sequitur. §. hæres. de usuca. Lud. Pon. in l. Pomponius. §. j. ff. de acquir. hæred. Vide Bal. in l. ancillæ. C. de furtis.

Hæres potest de iure canonico inchoare præscriptionem à se ipso. Dy. in regula, malæ fidei possessor. ad fin. in vj. Paul. de Castr. consil. xlvij.

Hæres malæ fidei possessoris an constituatur in mala fide per protestationem ei factam. Paul. de Castr. consil. cclxxxviij.

Hæredis præscriptionem uide j. uer. Præscriptio.

Hæres in possessionem hæreditatis potest ingredi propria authoritate, si nemo possideat eam, non aliter. Bart. in l. ij. C. quando, & qui. quar. pars de. lib. x. per l. cùm hæredes. & ibi doct. ff. de acquir. poss. & l. non dubium. de leg. iij. & ibi gloss. & Bart. in ij. q. uide per do. Alex. in consil. lxxxiij. ij. parte. Idem tenet Bald. in authen. licentia. de episc. & cler. Ang. & Pet. de Sun. in l. ij. C. quorum bonorum. Innoc. in c. cùm in officijs. de testa. Idem tenet Bald. in l. si quis. §. legis. C. de inoff. testa. & in l. si pater. C. de act. empt. ubi etiam dicit secus in emptore, uel singulari successore. Idem etiam tenet Bar. in l. ex facto. ff. de heredi. instit. ubi etiam dicit idem in hærede ex re certa, cui datur beneficium. d. l. fin. de edict. di. Adrian. tollen. & quod potest propria authoritate rem ipsam accipere. & tenet Bar. in d. l. fi. & in l. quoties. ff. de hæred. instit. & uide Alex. in d. l. quoties. de hæredi. instit. & uide Bal. in addi. Spec. de testa. uer. hæres scriptus.

Hæres semel missus in possessionem si cadit, an iterũ mitti debeat. Bald. in addi. Spec. de testa. uer. an semel.

Hæres debet mitti in possessionem, etiam in fructibus hæreditatis. doct. in l. iij. §. hæc uerba. ff. de negocijs gestis.

Hæres in possessionem hęreditatis missus potest petere se confirmari in possessionem, si molestetur, aliàs non. Bald. in l. fi. vj. & vij. oppo. C. de edi. di. Adri. tol.

Hæres malæ fidei possessoris nõ facit fructus suos, etiamsi ipse sit in bona fide. l. ij. C. de fru. & lit. expen. secundum Bar. in l. ex diuerso. in fi. prin. ff. de rei uend.

Hæres an sine noua apprehensione possideat. in l. qui uniuersas. §. quod per colonum. de acquir. poss. & in l. cùm hæredes. eod. tit. & in l. j. §. fin. per Bart. & Paul. de Castr. eod. tit. quòd non, imò debet apprehendere possessionem cùm adit. & tenet Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. nisi in feudis: ut ibi in uer. decimo sic.

Hæres in possessionem hæreditatis mitti debet, iuxta l. fi. C. de edi. diui Adri. non obstante appellatione. in Spec. de appel. §. ij. uer. viij. & tunc iuret de calumnia. Bald. in addi. Spec. de testamentis. Item,

Hæreditatis possessio multiplex ponitur in Spec. de iudic. §. j. de cau. pos. & proprieta. §. j. ubi ponuntur formæ libellorũ. Item,

Hæres petens se mitti in possessionem hæreditatis producens testamentum, non tenetur probare mortem testatoris, quia præsumitur mors ex productione testamenti. Bart. & Sal. & Alex. plenè in d. l. fi. C. de edi. di. Adri. tol.

Hæres succedit in malam fidem defuncti. l. litigator. & ibi doct. C. de fru. & lit. expen. l. cùm hæres. de uari. & extraord. cogni. & l. j. C. de præscr. longi tempo.

Hæres nõ succedit in tutelam. l. tutela plerunq;. ff. de tute. nec in prælaturam, nec in commissariam. gl. & doct. ibi. & s. uer.

Executor testamenti.& Bald. in l. id, quod pauperibus.de episcop.& cler. & in Specul.de instr.edi.§.xiiij.uer.insuper. Item,

Hæres furis successor est uitiorum.l.si ego.§.partus.de publ.

Hæres executor in testamento relinqui potest. l. quidam. §.si scriptus.de leg.j.secundũ Ang. in auth.de eccle. tit.§.si quis ædificium.coll.ix.& l.si à pluribus.in prin. & ibi Bart.de leg.j.& s̄.uer.Executor quis.uer.vij.

Hæres in exequendo potest præuenire episcopum, si in testamento non est datus executor. Bald. in l. nulli.ij. col. C. de episc.& cle. Item,

Hæres post annum debet declarare personam, cui detur legatum, quando Titius, cuius arbitrio commissum fuit à testatore, non declarauit intra annum: sed in legatis pijs episcopus declarat post annum. Bald. in l.ij.§.sed & si quis.C.communia de leg.& dixi in tractatu de Episcopo, iiij.lib. vj.parte principali, ubi plenè.

Hæres capitur, etiam stante statuto, quòd debitor capiat. s̄.Hæres debitoris.uersic.vij.

Hæres capi non potest uirtute licentiæ de capiendo debitorē. ibidem.

Hæresis probatur per signa, etiam lenta, quę tamen plenè probari debent.Bal.in l.fi.C.fam.ercisc.

† Adde, quòd hæresis uidetur deduci ab αἱρετίζω, αἱρετέω, αἱρέομαι, quod est, eligo, sector, uolo, decerno, & est Græca dictio, dicta ab electione, quoniam unusquisq; eligit disciplinam, quam putat meliorem, secundum Hieron.in episto.ad Galat.& habetur in c.hæresis.xxiiij.q.iij.de qua per B.Tho. in iij.Sentent.dist.xiij.q.ij.art.ij. ubi dicit, quòd hæresis ratione pertinaciæ, est species peccati in Spiritum sanctũ, scilicet impugnatio ueritatis. Et hæreticorũ pœna est triplex. Prima est spiritualis, ut excommunicatio. Secunda, corporalis, ut crematio. Tertia, pœna bonorum, quia eorum bona confiscantur: ut in c.cùm secundum.de hæret.in vj.

* Hæresis duobus tantùm casibus propriè dicitur, quando quis aliter de fidei articulis, quàm Sancta Romana ecclesia sentit, uel cùm de sacrosanctis ecclesiæ sacramentis malè sentit. c.hæc est fides. xxiiij.q.j.c. ad abolendam. in prin.de hæret.Illustriss.& reueren.Cardinalis Hostien. & Abb.in c. firmissimè.de hæret.Dec.consil.clj.num.ij. Æmilius Maria Manolessus.

† Hæresis non est, facere contra articulos fidei, sed sentire, & credere, ita Bald.in c.at si clerici.de iud.& Archi.in c.fertur. j.q.j.ita Ias.in rubr.C.de sum.tri. & per Verg.in addi.ad Butrig.in l.j.C.eod.

† Hæresis suspicio ex leuibus signis oriri potest, & qualiter illa signa probantur, ut inquiri & cōdemnari possit, uide Fel. in c.literas.circa fin.in uer. in gl. in uer.j.in fin.uer.cum seq. de præsumpt.]

† Hæresis quot modis succurratur.uide Felin.in c.firmissimè. post prin.uer.in gl.j.de hære.]

† Hæresis crimen est dignum degradatione.Dec.in c.at si clerici.con.xxiiij.de iud.post Abbatem.ibidem.

Hæresis an sit poculum amatorium, & sortilegia.per Old.con. ccix.quòd non.

Hæresis an probetur per testes singulares, uide j̄. uerb. Testes deponunt.uersic.cxxxviij.Et duo sufficiunt.Card.in cle.j.§. pen.de hæret.non unus.Card.in cle.ij.§.j.eo.tit.

Hęresis non est, licet sancti discordent in opinione.Innoc.in c. ne innitaris.de constit.

Hæresis dicitur ab electione opinionum. xxiiij. quæst. iij.hæresis.

Hæresis dicitur labes.cle.j.§.j. de hæret. & dicit diuisio.xxiiij. q.iij.hæresis.& seq.Card.in cle.j.§.fi.xix.q.

Hęresis inquisitio pertinet ad episcopum iure ordinario.d.cle. j.§.j.& ibi Card.& quandoq; ex delegatione.eo.tit.ex hoc libro vj.in gl.

Hæresis est contagiosa, sicut lepra.cle.j.§.uerum.ij.& ibi Card. de hære.

Hęresis imputatio graue crimen est.cle.j.§.uerum.& ibi Card. de hæretic.

10 Hæresis, simonia, & crimen læsæ maiestatis, æquiparantur. vj.q.j.§.uerum.

* Hæreseos crimen, maius est crimine læsæ maiestatis. c.urgent de hæret.Iac.Phil.Por.Imol.consil.cxc.nu.5.Æmilius Maria Manolessus.

Hæresis imputata habet præsumptionem pro se.Card.in cle.j. §.ij.de hæret.

Hæresis in Iudæis non cadit. Card. in cle.j.§. fin.q.xix. de usu. post gloss.

* Hæresis ad crimen probandum, probationes meridiana luce clariores desiderantur.Alber.in rubr.C. de hæret.uol.iij. Iac.Philip.Port. Imol.consil. cxj.num.6.ubi enim maius est periculum, ibi maiorem adhibere debemus diligentiam.l.fi. C.de probat.c.ubi periculum.de electio.in vj.Æmilius Maria Manolessus.

Hæresis, & schisma, differunt.clem.j.§.porrò. de iureiur. & ibi Card.& in rubr.de schisma.& xxiiij.q.iij.inter hæresim.

Hæresis, & simonia, æquiparantur crimini læsæ maiestatis, ut memoria defuncti damnari possit.gl.Instit. de hære.quæ ab intest.defec.§.per contrarium. & j̄.& Card.in cle.j.§.pen.de hære.vj.q.j.§.uerum.

Hæresis dicitur atrox crimen.Bald.in Marg.uer.Hęresis.Item, publicum est.in Spec. de teste. §.j. uersic. quid de portantibus. Item,

Hæresis superueniens est causa separandi matrimonij, quo ad thorum.in Spec.de diuor.uer.item sit.

† Hæresis prælati an, & quando noceat iuribus ecclesiæ, & sit iusta causa leuandi obedientiam pręlato: uide Fel.in c.inter quatuor.in prin.de maio.& obed.]

* Hæresis qui ob crimen est damnatus, etiam post condemnationis in se sententiam latam, se corrigere atq; emendare potest, c.accusatus.argumentum à speciali, ut nostri dicunt, in mendo, de hæret.in vj.Io.And.in c. excommunicamus. il j. col.iij.ubi etiam Abb.de hæret.Dec.in c.at si clerici.col.xxj. de iud.& con.cxxxvij.post nu.3.

* Hæresim qui abiurauit, si pœnitentiam sibi ab inquisitore iniunctam, non peregerit, in eum, ut hæreticum, inquisitor animaduertere nullo modo potest.Card.consil.ij.tit.de hæretic.Dec.consil.cxxxvij.numer.6. Æmilius Maria Manolessus.

* Hæresis qui in crimen incidit, ei uenia facilius datur, quàm qui aliàs deliquerint.c. ut commissi. de hæret.in vj. Aret.in c.at si clerici.de iud.Iac.Philip.Port.Imol.consi.cxj.num.4. Æmilius Maria Manolessus.

Hæresis materiam uide in Spec.de hæret. & j̄. proximè, xxiiij. q.iij.

Hæreticus non est, qui in dubijs articulis, & ubi est disceptatio inter maiores, eligit unam partem, quæ sibi magis placet.Innoc.in c.ne innitaris. de constit. & Bald.in l.captatorias.ij.col.C.de testa.mili.

† Et per Felin.in c.j.de hæret.in fine.] Plures casus in quibus quis censetur hęreticus, seu habetur suspectus de hæresi, posuit Io.Lup.in repet.c.per uestras.col. xxv. uidelicet de permanente in excommunicatione per annum: de eo, qui uxore uiuente aliam superduxit: de monacho matrimonium cōtrahente: de eo, qui post matrimonium ordinem sacrum suscepit, &c. uide Decium consil. cxxxvij. ubi etiam ponit, quis dicatur hæreticus.

Hæreticus est, qui asserit usuras non esse peccatum. in cle.j.in fi.de usur. Quod uerum, si pertinaciter, non si loco, uel lapsu linguæ.Card.ibi.Idem si tacitè, Card.ibi.Sed loco, uel lapsu linguæ pœna est extraordinaria.Card.ibi.

† Hæreticus non censetur ille, qui credit illud, quod mater ecclesia credit, quamuis errore ductus ponat in trinitate quaternitatem, dummodò pertinaciter nō duret in hac opinione.ita Innoc.in c.firmiter.ex̄.de sum.tri.& fide cat.Anto.de But.in c.j.§.sanè.ex̄.eo.Bald.& Paul. in l.j.& in addit.ad Butrig.C.eo.Alber.iij.par.Sta.q.xxxij.

Hæreticus occidens seipsum an habeat hæredem. Bald. in l.ij. C.qui testa. fac.poss.& in l.idem de Nestorianis. C. de hæretic. Item,

Hæreticorum collegio reprobato relinqui non potest. Item,

Hęretico relinqui non potest.Bar.in l.cùm senatus.ff.de rebus dubijs. Item,

Hæreticus est infamis.l.j.in fin.C.de sum.trinit. & fide catho. Bart.ibi.& in l.Cassius.de sena.

* Hæretici sunt extirpandi.toto tit. de hæret. in decret. & vj.

ubi Doct. Spec. in tit. de hæret. Iac. Phil. Port. Imol. con. iiij. nu. 83. Æmilius Maria Manolessus.

* Hæreticorum libri igne concremandi omnino sunt. Cardi. Rui. con. xxiiij. nu. ij. uol. ij. col. vij. nu. vj. uol. iij. Illust. Card. Pat. con. lxxxj. nu. xix. uol. j. con. j. nu. cxxxvj. cxxxviij. con. lxxx. nu. ix. uol. iij. Iac. Phil. Port. Imol. con. iiij. nu. ix. Æmilius Maria Manolessus.

Hæreticus si est condemnatus per sententiam ab inquisitore hæreticæ prauitatis, & traditur iudici seculari puniendus, potest puniri sine nouo processu. Bartol. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omni. iudic.

Hæreticus non potest eligi papa. Bald. in tracta. Schismat. nec episcopus. dixi in tracta. de Episcopo, ij. lib.

Hæreticus quis sit. Cardina. in clemen. j. in princi. ij. q. de sum. Tri. quòd is est, qui non firmiter credit, & pertinaciter insistit. & infrà.

* Hæreticus est, qui sanctæ Romanæ ecclesiæ præcepta contemnit. c. nulli. distinct. xix. glo. in c. firmissimè. de hæretic. c. grauem. & ibi Innocen. S. P. Illustr. Card. Hosti. & Abb. de hæret. Philip. Franc. & Domin. à Sancto Gemin. in c. contumacia. de hæretic. in vj. Felin. in rubr. & in cap. ad abolendum. de hæret. Iac. Phi. Port. Imol. con. cx. nu. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Hæreticus ut aliquis uerè dici possit, tria necessaria sunt, credulitas falsa, peruersa uoluntas in concupiscibili, pertinacia in impugnando. D. Augusti. in lib. de util. credend. D. Thom. in ij. secundæ, q. xj. articul. j. ij. & iij. D. Bonau. in iiij. Sentent. dist. xxiij. art. iij. Alex. de Ales. secund. ij. tit. de hær. gl. in c. qui aliorum. xxiij. q. iij. & in c. j. uer. pari ratione, de offic. & potestat. iudic. deleg. Iac. Phi. Port. Imo. con. cx. nu. xij. Æmilius Maria Manolessus.

Hæreticus, etiam occultus, est excommunicatus. glo. & Card. in cle. j. §. pen. de hæret.

* Hæreticus est, fornicationem peccatum non esse existimás. c. ij. Apocal. Archi. in c. forum. j. quæst. j. Dec. Tholo. decis. ccxlvj. M. Mantua. Iurisconsultus claris. inter con. Iaco. Philip. Part. Imol. consilio cxj. num. 7. Æmilius Maria Manolessus.

* Hæreticus publica prædicatione, uel alia legitima probatione, plectendus est pœna, quam habemus. in c. ad abolendá. de hæret. nisi eum tamen sui peccati pœnituerit. c. pe. §. fin. de hæret. Iacob. Phil. Port. Imo. con. cxj. nu. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Hæreticus in hęresim instructus ab eo, qui datus est sibi instructor fidei à papa, non excusatur. Cardin. in cle. j. §. fin. ij. q. de usuris.

Hæreticus occultus errans in articulo fidei in corde, an sit excommunicatus, sicut hæreticus manifestus. xxiiij. q. j. c. j. in gl. & Card. in clem. j. §. fin. de usuris.

Hæreticorum nomina & species quot sunt, uide xxiiij. quæst. iij. quidam.

Hæreticus fundans ecclesiam, non acquirit ius patronatus. ĩ. Patronatus. uer. vij.

Hæreticus clericus potest impunè percuti, non autem clericus excommunicatus. Cardin. in clemen. ij. §. cęterum. de elect.

* Hæretico pro parua hæresi manus est abscindenda, pro mágna igne ipse est comburendus. Iac. Phil. Port. Imo. con. vij. nu. xv. Aemilius Maria Manolessus.

Hæreticus papa potest de hæresi accusari, sed ei electo non obstat exceptio hæresis, sicut nec cardinalib. electoribus. Cardin. ubi suprà.

Hæretica mulier non habet priuilegia dotis. Bald. in rubri. de priuileg. dot. nec beneficium Velleiani. Archid. in ca. j. iiij. quæst. j.

Hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam. glo. in l. mater. C. de iure dot. & ĩ. Mater. uer. iij.

Hæreticus habet beneficium Macedoniani. Archid. iiij. quæst. j. cap. j.

20 Hæreticorum fautores, & defensores, & receptatores, & hęretici, habentur pro eodem. de hæreti. c. ij. & c. accusatus. in vj. Car. in clem. j. §. uerum. eo. tit. & infrà.

Hæreticus ex officio iudicis potest inquiri. clement. j. §. fin. & ibi Cardinal. de usuris. & ibi in ultima quæst. ponit Cardinal. modum inquirendi contra hæreticum. uide ibi omnino.

Hæreticus est, qui dicit Imperatorem nõ esse dominum orbis, prout determinat ecclesia Romana. Bartol. in l. hostes. ff. de captiuis.

† Hæreticus debet iudicari ille, qui asserit illum non posse pœnitere, qui usque ad senium uixit in peccatis: & similiter qui dicit papam non posse peccata dimittere: ut not. concludit Oldra. consil. cclxxj. incip. Quæstio talis est, aliquis dixit, &c. & sequitur do. Decius in consil. cxxxvij. incip. Et diligenter. in j. uol. †

Hæretici uxor scienter cum eo contrahens perdit dotem. cap. decreuit. de hæreti. in sexto. & Alexand. in l. si constante. in princ. solu. matr.

Hæreticus docens hæresim punitur ad mortem: sed scholaris discens punitur mitius. glo. in c. pen. de hæreti. & Bart. in l. cunctos. C. de summa trini. & fide cath. Nec excusatur conuersus ad fidem instructus in hæresim à magistro, etiam sibi dato per Papam. Card. in clem. j. §. ij. de usuris.

Hæreticus an contrahat. in l. Manichęos. & in auth. credentes. C. de hære. & in c. excommunicamus. §. credentes. de sent. excom. & in practi. Papi. in libel. rei. uer. ueris & legitimis.

Hæreticus an usucapiat titulo pro hærede. Bart. in l. constat. ff. pro hærede.

* Hæreticus est, qui peccatorum suorum aliquem pœnitere non posse, affirmat. Oldra. consi. cclxxj. Dec. consi. cxxxvij. nu. 3. Aemilius Maria Manolessus.

* Hæreticus est, qui summum Pontificem peccata dimittere non posse, contendit. Oldra. con. cclxxj. Deci. con. cxxxvij. nu. 3. Æmilius Maria Manolessus.

† Hæresis intra quantum tempus post mortem damnari possit, & eius bona cõfiscata declarari: uide Fel. in c. cùm nobis. de præscrip. uer. secundum prædicta intellige.]

Hæreticus, apud quem libri hæresis reperiuntur, potest puniri. Archid. xxij. q. iiij. sanè. el ij. Ludo. in singu. uerbo, Hęreticus.

Hæreticus perdit ipso iure dominium bonorum de iure canonico. c. cùm secundum. de hære. in vj. Bart. in l. Imperator. in fi. de iure fis. & s̃. Dominium. Sed ei conuerso sunt restituenda. s̃. Bona hæreticorum. uer. j. & ij.

Hæreticus non potest esse testis. Bal. in Marg. uer. crimen. uer. hæresis. contrarium probatur in l. quoniam. C. de hæreti. & tenet Bar. in l. Cassius. ff. de senato. & ibi glo. not. & Bar. in l. cunctos populos. de sum. tri. & fide cath. Sed dic secundum Bar. in l. quoniam. quòd non potest esse testis in iudicio, sed in contractibus, uel quasi, & in testamentis sic. & ĩ. Testis. & in Spec. de teste. §. j. uer. quid de portantib. & uer. item quòd est Iudæus. ubi dicit, quòd non potest contra Christianum, sed contra hęreticum sic. Item & pro Christiano, ut ibi & de offi. om. iudi. §. iiij.

30 Hæretici non possunt habere synagogas, & in unum conuenire. Cyn. post gl. in l. ij. C. de sum. tri. & fide cath. & de Iudæ. c. Iudæus. el j.

Hæretici bona confiscata post fundatum hospitale ab eo, ante hæresim, an sint episcopi. Car. in cle. j. §. sanè. de hær. q. vij.

Hæreticus non potest accusare fidelem. iiij. q. j. c. ij. ij. q. vij. pagani. & in Specul. de accus. §. j. uer. item excipitur, quòd est hęreticus.

Hæreticus non potest uenire contra iuramentum. Cardin. in clem. j. §. j. de iureiur. per docto. in cap. fin. de Iudæis. Alex. de Imol. in rubrica. ff. post Bartol. & ibi dicit quis iudex sit in causa periurij, de quo per Pet. de Anc. in regula. ea. in vj.

Hæreticus non potest petere restitutionem rerum ecclesiæ, de quibus fuerit spoliatus. Innocent. in cap. ex parte. de resti. spol.

Hæreticus præsumitur de præsenti, qui olim fuit: sed de præsenti non pręsumitur in futurum. Bal. in l. non ignorabit. C. ad exhib. & Dy. in apostil. in l. si constante. §. si bona. soluto matrimonio.

† Hæreticis, & infidelibus non est aliquid credendum in pręiudicium aliorum: nam ex quo sunt infideles Deo, non pręsumuntur fideles hominibus: ideo in testes non admituntur contra Christianos. ij. q. vij. c. non potest. & c. pagani. Ab. in d. c. j. in fin.

† Hæreticus perseuerans, æternaliter damnatur, cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, uel martyrium, uel aliud quodcunq; bonum, quo ad hoc, ut consequatur uitam æternam. tex. & ibi Abb. in cap. firmissimè. de hæret.]

† Hæreticus, quatumcunq; in alijs bonus, & qualiacunque bona opera exercens, non potest saluari, si in illo errore decedit: illa tamen bona opera non sunt deperdita ex toto, sed ualent ad minus supplicium subeundũ. Abb. in d.c. firmissimè. facit quod legitur, & notatur de pœni. dis. iij. §. fi. & in c. quod quidam. de pœni. & remis.]

† Hæreticis, seu paganis, non debet aliquid relinqui in testamento, & fratri carnali hæretico, quia extraneo catholico subueniendum est potius. gl. xxx. dis. in c. j. & in c. non satis. lxxxvj. dist. & no. in c. quiescamus. lxij. di. Ab. in c. si quis. de hæretic.]

† Hæretici receptatores, & fautores ipsorum excommunicati sunt, & in hoc peccato decedentes non debent sepeliri in cœmeterio ecclesiæ, nec pro eis orari. tex. & ibi Abb. in c. sicut ait. de hære.]

† Hæreticus, seu schismaticus celebrans conficit uerum corpus Christi. Abbas & docto. in capit. j. de schisma.]

† Apostata perfidiæ punitur ut hæreticus: quia uerè hæreticus est, ex quo recessit à fide. Et si quis non uult obedire superiori, puta papæ, seu eius canonibus, & credendo eum nõ habere potestatem condendi canones, punitur ut hæreticus. xix. dist. nulli fas. Abb. in c. j. de aposta. in gl. j. & in c. ego N. de iureiuran. ubi omnino uide pro intellectu gloss. cap. sacerdotes. ij. q. vij.]

Hæreticus pertinax dicitur, qui dat aliquid secretè inquisitoribus, ne puniatur. Bar. in l. tutores. ff. de suspe. tut. Item,

Hæretici defuncti memoria potest damnari. gl. est Insti. de hæredi. quæ ab intest. defe. §. j. Quod est uerum, nisi post quinquennium, secundum Bar. in l. si quis. C. de aposta.

Hæreticus non potest habere seruum Christianum. l. Deo nobis. §. fi. & ibi Bart. C. de epis. & cler.

Hæretico post annum interdicitur officium tabellionatus. in auth. credentes. C. de hæreticis. & Bartol. in consil. ij. Ioannes de Diruto. & ĩ. uer. Notarius. & ĩ. eod. uerbo, Notarius excommunicatus. uersi. j.

40 Hæreticus non potest sua bona alienare. Bartol. in l. iij. ff. de his, quæ in fraud. credi.

Hæreticus ex sola mentis cognitione punitur, licet in eo signa hæresis non appareant. Bald. in l. si quis non dicam. C. de episc. & cler.

Hæreticus plus peccat, quàm Iudæus, & plus punitur. Angel. in l. apud Iulianum. §. constat. in fine. de legat. j.

Hæreticus est, qui pertinaciter credit. l. ij. secundum Bartol. de hæreticis. Item,

Hæreticus quis dicatur, plenè per Oldr. consi. cix. xxiiij. q. iij. hæreticus. & s. gloss. & Cardin. in cle. j. §. fi. ij. oppo. de usur. ubi plenè.

Hæreticus potest à pluribus inquisitoribus inquiri, sed ab uno tantùm puniri. Ang. in l. si pluribus. ad fi. de leg. j. doct. & Pe. de Suz. in l. si quis postea. de iudi. c. ut officium. de hæreti. in vj.

Hæreticus non potest condemnari etiam ex urgentibus suspicionibus. Oldr. consil. ccix. sed ex duobus testib. potest tamen torqueri etiam ex ui unius testis. Card. in cle. j. §. pe. de hære. & plenius per Card. in cle. j. §. fi. ult. q. de usur.

Hæreticus an excusetur ex ignorantia. Card. in clem. j. §. porrò. de sum. tri.

Hæreticus dicitur dupliciter, scilicet propriè & largè Card. in d. §. porrò.

Hæreticus quia ubiq; peccat, ubique potest puniri de hæresi. Cardinal. in clem. ij. §. deniq;. ix. q. de re iudi.

50 Hæreticus potest expelli de ciuitate, ne alios inficiat. Bald. in l. nullus. C. de sacros. eccle.

† Hæreticus an sit infirmus petens hostiam non consecratam: uide Felin. in c. abolendam. in prin. j. col. de hære.]

Hæreticus uolens baptizari, si non possit, quia aquam non habeat, habetur pro Christiano, quo ad remissionẽ peccatorum, non tamen quo ad matrimonium contrahendum, nec quo ad ordines sacros recipiendos. gl. xxviij. q. j. caue.

Hæretico redeunti ad fidem sicut parcitur, nunquid ita sit parcendum accusatori ipsius hæretici uolenti desistere ab accusatione, & pœnitere. Iaco. de Arena in l. fi. C. de accusa. quem sequitur Io. And. in c. excommunicamus. el ij. de hære. concludit, quòd non: quia speciale est in crimine hæresis: sed accusator deficiens non uenit puniendus de hæresi: sed de calumnia. Abb. in d. c. excommunicamus.

† Hæreticis obligati liberantur ab omni obligatione. text. & ibi Abb. in c. fi. de hære.

Hæreticus si conuertatur ad fidem recuperat bona, sed debet incarcerari ad pœnitentiam. Sed hodie inquisitores componunt pœnam ex arbitrio eorum. Cardi. in clem. j. §. fi. ulti. q. de usuris. per c. uergentis. de hære. & per c. ut commissi. §. & illorũ. eo. ti. li. vj. Item ius patronatus ecclesię, nisi per sententiã fuerit eo priuat9. Geminia. in c. j. in prin. de iure. pa. in vj.

Hæreticus an possit testari. ĩ. uer. Testamenta quibus. uer. 14.

Hæreticus debet inquiri per inquisitorem hæresis. Bal. in l. nemo. in fin. Cod. de summa trin. & fide catho.

Hæreticus agens repellitur officio iudicis, & à testimonio, & ab aduocando. in Spec. de offi. om. iud. §. iiij.

Hæretici hæres institutus in testamento potest agere ad hæreditatem. in Spec. de actore. uer. item quòd est ab hæretico.

Hæreticorum fautoribus & defensoribus publica pœnitentia imponitur. in Spe. de teste. §. j. uer. quid de portantibus.

Hæreticus qua forma inquiratur. eod. tit. §. vij. uer. porrò.

Hæreticus impetrare non potest. in Spec. de rescrip. præsenta. §. v. uer. item quòd Imperator.

Hæreticus notarius an possit instrumenta conficere, & an facta ualeant.

60 Hæretici contractum notarius, qui conficit, perdit officiũ tabellionatus. in Spec. de instru. edi. §. viij. uer. quid si confectum sit. Item,

Hæreticorum fautores, & defensores, & receptatores, sunt intestabiles actiuè, & passiuè. eod. tit. §. xvij. uer. iiij. prohibetur. & uer. secundò oppo.

Hæreticus ab hæresi reuertens qua forma iuret. in Spec. de iureiur. ultra medium.

Hæreticus an contrahat matrimonium, & contractum an ualeat. in Spec. de diuortijs. uer. eodem modo. & infra, uer. Matrimonium per quas personas. uersi. viij.

Hæreticorum accusationes. Item,

Hæreticorum pœnas, & de priuilegijs cruce signatorum contra hæreticos, uide in Specul. de hæreti. per totum.

Hermaphroditus succedit in feudum. Bal. in l. quoties. C. de suis, & legi. & in l. j. C. quæ sit lon. consue. & in c. j. de feud. al. paterni. & in cap. si clientulis. de al. feu.

† Adde, quòd hermaphroditus dicitur, qui habet utrumq; sexum, & dicitur ab ἑρμῆς, quod est Mercurius, & ἀφρὸς spuma, id est Venus, quæ ex marina spuma nata dicitur, secundum. Ouid. lib. iiij. Metamorph.

Mercurio puerum, diua & Cythereide natum,
Naiades Idæis enutriuere sub antris.
Cuius erat facies, in qua materq;, paterq;
Cognosci possent, nomen quoque traxit ab illis.

Hermaphroditus cùm baptizatur, debet ei nomen imponi masculinum, si in sexu masculino magis incaleat, aliàs fœmininum. Bald. in d. l. quoties. in fi. Ang. in l. de quibus. de leg.

Hermaphroditus an possit esse testis. in Spec. de instru. edi. §. xij. uersic. quid si unus. & tit. de teste. §. j. uer. item quòd est hermaphroditus. quòd sic. & quando mulier esse potest, nõ aliter, per c. hermaphroditus. iiij. q. iij.

† Hermaphroditus potest esse arbitrator, siue iudicetur tanquam fœmina, siue tanquam masculus, siue etiam æqualiter incalescat in sexu masculino, sicut in fœminino. Ita. do. Bapti. de sanc. Bla. in suo trac. de arbitro, & arbitra. in vj. princ. q. uer. sed quæro incidenter. Et ibi subdit, nunquid possit esse arbiter. & concludit, quòd sic, si magis incalescit in sexu masculino, quã fœminino: aliàs secus, ut probatur in l. quæritur. ff. de statu. homi. †

Hermaphroditus incidit in pœnam. l. si quis in tantam. C. unde ui. secundum Bar. ibi. ubi etiam Bal.

Hermaphroditus debet confiteri semel in anno, sicut homo masculus, & fœmina. Butr. in c. omnis utriusq;. de pœni. & remis. Ioan. de Por. in l. ij. in prin. de uerb. oblig.

Herma-

Hermaphroditus non potest esse rector uniuersitatis. ĵ. uerb. Rector. Item,

Hermaphroditus an possit unum fratrem pręeligere in feudo. Bal. in l. fi. C. de suis, & legi. ꝙ sic gratis, non autem precio.

Hermaphroditus incalens magis sexu masculino, quàm fœminino iudicatur ut masculus. l. & quæsitum. & ibi doct. & Alex. de libe. & posthu.

Hermaphrodita non comprehenditur in statuto de contractu mulieris. ĵ. Statutum. de contractibus.

Hic, hæc, hoc, est demonstratiuum rei pręsentis ad oculum. l. nemo. in princ. & ibi Bar. ff. de hære. insti. & per Bal. in l. Mæuius. de legat. ij. & in l. si stipulatus fuero. de uerb. oblig. & in l. j. in prin. de ope. no. nunc. & ibi per dñ. Alexan. contra no. in l. hoc, quod dictum. & ibi Flor. de serui. urb. prædi. quia etiã rei non præsentis ad oculos est demonstratiuũ, ut ibi. & tenet Bar. in l. j. in lect. noua. ff. de pecul. ubi dicit, quòd est demonstratiuũ ad oculũ mentis. Vide Bar. ibi. & Alex. & Bart. in d. l. j. de ope. no. nunc. in princ. dicit saluari testem, qui examinatus in palatio Potestatis, interrogatus, de loco celebrati cõtractus, dixit in palatio episcopi. & postea examinatus in palatio Capitanei, de eodẽ interrogatus, de loco dixit, in hoc palatio: quia intelligitur de hoc palatio, habita ratione ad oculum mentis, nõ
† ad oculum corporis. † Et per Franc. de Aret. in l. duobus. §. idem Pomponius. de iureiur. in ij. not. quòd hæc, & hoc, & in dubio ad proxima dicta referuntur.]

Hinc, id est, ab isto die. l. placet. cum glo. de sacrosan. eccle. gl. Inst. de iure natu. in princ. Alex. cõsi. lxxv. ij. parte.

Hoc amplius, non inducit repetitionem, quando facit comparationem actus ad actum legandi, sed quando rei ad rem. no. Bal. in l. j. §. his itaq;. C. de cadu. tol. uide in l. omnia. §. cùm ita. de lega. ij. & in l. si tibi purè. & ibi Bar. de lega. iij. & in l. cùm ita. de dot. præle. Pau. consi. cviij. quòd repetit hæc dictio. & Bart. in l. libertis. de condi. & demonst. not. in l. legata inutiliter. de lega. j. & in l.
† repetendis. de leg. iij. † Et per Frãc. Are. in l. lecta. si cert. pet. in iij. not. & Bal. in l. si seruus. §. si ita. de leg. j.

Histrio, id est, histerio, dicitur gesticulator, uel ioculator: & repellitur ab accusando. in Spe. de ac. uer. item. quòd est histrio.

Histrio an possit esse sacerdos. s̃. uerb. Episcopus quis, quòd non: quia est infamis, ut promoueri non possit. glo. lxxxv. dist. donare. & gloss. in l. ij. §. fi. ff. de infamibus. per Abb. in c. cùm decorem. de ui. & hone. cle. xxxiij. dist. maritum. & ibi Arch. declarat qui sint, & quòd sunt infames ipso iure.

Histrionum materiam uide ĵ. uer. Ioculator. per totum.

Histrioni nõ potest donari, imò donatio facta reuocat. lxxxvj. dist. donet. & seq. Alex. in l. affectionis. de dona.

Histrio non potest accusare. in Spec. de acc. §. j. uer. item excipitur, ꝙ est hæreticus. iiij. q. j. c. j. ubi Archi. dicit uerum in eo tantùm, qui gestus repræsentat cũ ludibrio sui corporis.

Histrio certans cum feris dentatis, peccat mortaliter. Item qui exercet spectacula, & qui respicit. gloss. lxxxvj. dist. qui uenatoribus.

Hodie intelligitur non solùm de una die, sed de pluribus, arbitrio boni uiri, usq; ad decem dies, non ultra; ut cùm dicitur, Hodie constat, hodie agatur. Bal. in l. j. C. ut in pos. leg. l. si is, à quo. in prin. cũ glo. ut in pos. leg. in Spec. de frig. & male. uersi. quod autem. aliàs intelligitur de tota die. Barto. & doct. in l. liber homo. §. decem hodie. de uer. oblig. aliàs de duobus mensibus. l. aufertur. §. qui compensationem. de iure fis. Aliquando de tribus. glo. in leg. j. C. de ope. nou. nunci. & Bald. in d. l. j. ut in pos. leg.

Homagium unde dicatur, & quare, & quotuplex sit. in Spec. de feu. §. quoniam. uer. & no. & uer. secundo quæritur. & uer. primo autem. & ibi Bal. in addi. uer. homagium. & Innoc. in regula, indignum. quod homagium est obedientia in temporalibus. Sed est obedientia ad Deum in spiritualibus.

* Homagium est, cùm quis se hominem alicuius futurum promittit, ibique mansurum, & ea domini causa facturum, quæ dominus uoluerit, & impetrauerit. Aluaro. in proœ. feud. q. vij. Dec. consi. ccccxiij. num. iij. Æmilius Maria Manolessus.

Homicida inquisitus in loco delicti, & contumax, potest inquiri, & puniri in loco contractus. etiam de tractatu. s̃. uerb. Contumax punitur. uersic. xlj.

De pœna homicidę, Hippol. in l. j. col. j. de sicar. & per eundem in l. j. col. j. in fine. uer. item homicida. ff. ad legem Cor. de sicar.

Homicida potest per papam promoueri ad episcopatũ, & dicitur episcopus, donec remoueatur. Sed si scienter est promotus, dicitur cum eo dispensatum. Innoc. in c. cum nostris. de concel. præben. Bar. in l. Barbarius. ff. de offic. præt.

* Dicitur enim Grecè φονεὺς, & homicidium φόνος. & est triplex, scilicet uoluntarium, casuale, & necessarium: de quibus in glo. in c. sicut dignum. in uer. consilium. extrà, de homicid. Æmilius Maria Manolessus.

† Homicida an beneficio ipso iure sit priuatus, uel priuandus, & quando. Fel. in c. inquisitio. post prin. de accu. in uer. utrum autem homicidia. & in c. querelam. post prin. statim. j. col. de iudi.]

* Homicida ut beneficio spolietur, est necessaria sententia. c. cum nostris. de concel. præben. Ioan. Anani. & alij, in c. inquisitionis. de accus. Iaco. Phil. Port. Imol. consi. cxlix. nu. 6. Æmilius Maria Manolessus.

Homicidæ bona concessa per statutũ filijs occisi debentur hęredib. filiorum mortuorũ ex iure transmisso, sed non parentibus, quando filij nolunt. Bald. in auth. imo. de act. & obli.

Homicidiæ appellatione non uenit mandator homicidij in statuto. Bald. in l. non dubium. C. de legi. & ĵ. Mandans. & uerb. Statutum. Item nec uenit ueneficus in statuto, secundum Salic. in l. j. C. de malef. & mathem. sed an parricida. ĵ. Parricidium.

Homicidis an possit fieri saluusconductus. uerb. Saluusconductus. in princ.

Homicida non potest esse tutor. Ioan. de Lig. in consi. In quæstione præmissa duo occurrunt, &c.

Homicida testis an esse possit. Bar. in l. iij. §. lege Iul. ff. de testi. & Bald. in auth. si dicatur. C. eod. tit. quòd sic, cum tortura in causa magna. Sed Ioan. And. in Spe. eod. tit. §. j. uer. item quòd est homicida. dicit post Spec. quòd non potest esse, si sit condemnatus, nisi sit restitutus.

Homicida contra quem testes deponunt, licet de die non recordentur, debet puniri per iudicem. Bald. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex.

Homicida dicitur, etiam qui castrat homines. s̃. uerb. Castratus. uersi. iij.

10 Homicida nõ punitur, si licitè resistit, uel si licitè facit. Pau. de Cast. consi. cxij. & s̃. Defensio. uersi. xlj. circa fi. cum seq. & uersi. 50.

Homicida qua pœna puniatur. in l. iij. C. de epis. audien. ubi dicitur, ꝙ inspicitur quod fecit. & in tit. ff. & C. de sica. Insti. de publi. iudi. §. item lege Cornelia. de sica. quòd mortis, nisi in casu l. lege Iulia. ad leg. Iul. repetundarum.

† Homicida an in foro conscientiæ possit absolui per simplicem sacerdotem: uide Felin. in c. perpendimus. in ult. no. de senten. excommu. †

Homicida dicitur, etiam qui præbet causam homicidio. l. nihil interest. ff. de sica. Item dicitur auxiliator. s̃. uerb. Auxilium. uersic. ix. & x. ubi uide omnino. Sed non in statuto. Flo. in l. si quis fumo. ad legem Aquil. & Angel. in l. is, qui opem. de fur. consi. cxl. ij. parte. Item & qui occidit bannitũ. infrà, Occidens bannitum. uersi. ix. & xxij. Item & qui consuluit homicidium. de pœ. dist. j. periculosè. Item & qui detrahit famæ. de pœ. dist. j. homicidiorum. Item statutum de occidente suis manibus non habet locum in auxiliatore. Alexan. in l. is, qui opem. de fur. per not. in c. continentia. de cleri. percus.

Homicida Titij conuictus testibus debet absolui, si constet iudici cadauer Titij non habere uulnus. Bald. in l. si quis testium. in fin. C. de testib.

Homicida decapitandus pro duobus homicidijs per statutũ, debet decapitari etiam pro primo homicidio. Bald. in l. j. C. de ædi. act.

Homicida soluens centum filio occisi infanti, an liberetur uigore statuti, si extet etiam pater occisi. Bald. in l. pe. in lect. antiq. C. de condi. inser.

Homicida punibilis comprehenditur in statuto de homicida. Floria.in l.iiij.ff.ad leg.Aquil.

Homicida non est, qui ponit offendiculum in domo propria contra fures nocturnos.Alex.consi.cxl.ij.parte.

Homicidæ non dolosi olim habebant secundum legem Moysi tres ciuitates refugij ultra Iordanis flumen, & tres citra, ad quas poterant cõfugere,& tuti erant in eis,nisi quòd ibi poterant puniri,si propinqui occisi probarent homicidium ex proposito factũ: quo probato tradebantur illis occidendi: aliàs ibi tuti erant,usq; ad pacẽ habitam ab occisi consanguineis,uel usq; ad mortem pontificis: quia secuta,tutè redire poterant ad locum delicti.gloss. est not.xv. q.j.illa cauenda.

Homicida contumax in loco delicti potest puniri in loco contractus habiti de homicidio. Bart. & Alex.in l. & si amici.ff. de adul. Adde Bart.in l.sepulcri.de sepul.uio.& s̃.uer.Contumax punitur.uersi.xlj.

20 Homicida priuatur hæreditate eius, cuius filium occidit Bart.in l.cùm ratio. ff. de bo.dam.& quod nõ.in l.ij.§.si patris.ff.si quis ali.test. prohi. Ludo. in sing. uerb. Homicida. uersi.tu scis.

Homicida non potest puniri pœna pecuniaria, etiam ex forma statuti, cũ de iure cõmuni sit decapitandus. Arch.xxiij. q.iiij.duo ista. & in c.fin.ne cle.uel mo.lib.vj. Host. & Ioan. And.in c.fin.de consue. Vide etiam Bald.in c.j.§.iniuria.de pace iur.fir.ubi tenet idem. Vide Bart.in l.j.ff. de publi.iud. & Ang. Are. in tract. Maleficiorum.uer.ex interuallo mortuus. Sed Ang.in l.si uacantia. C.de bo.uacan.lib.x. dicit.q condemnatus in pecunia in loco domicilij, potest decapitari in loco delicti.

Homicida non dicitur, qui furem nocturnum occidit: secus,si diurnum.c.si perfodiens.de homicidio.

Homicida an dicatur qui occidit in utero.j̃.uer.Occidens punitur.uersi.xl.

Homicida iustè retinet beneficium & dignitates,donec deponatur: licet secus sit in animo incapace,ut illiteratus,& mulier. Inno.in cap.cum nostris.de conces.præben. & Bald.in Marg.uer.Homicida.

Homicida nõ dicitur, qui ob exercitium iustitiæ homines occidit.xxiij.q.v.si homicidium. & c. cùm homo.c.qui malos. & c.iudex.& seq.in Spe.de execu.sen.§.ij.uer.item nota.

Homicida an dicatur, qui percussit animo occidendi, licet nõ occiderit.in Spe.de accu.uer. quid si primò.

* Homicidio tenetur,nõ qui interfecit tantùm,sed etiam qui uulnerauit,ut interficeret: secus,si non interficiendi animo uulnerauit.l.j.§.diuus.ff. ad l.Corne.de sicar. Dec. consilio ccccl xxxij.num.12. Æmilius Maria Manolessus.

Homicida clericus,uel laicus,qualiter condemnetur. in Spec. de sent.§.vj.uer.si autem.

Homicida cùm inquiritur, qualiter formetur libellus siue sit laicus, siue sit clericus, in foro seculari, uel ecclesiastico. in Spec.de homicid.

Homicidę an fieri possit pax.de homicidio per pupillum.eod. tit.post uer.pone quarto.

Homicida serui mei qualiter conueniatur,& ad quid.in Spec. de iniur.& dam.dat.§.ij.

Homicida, cuius domus incensa est à filio occisi,ex quo incendio cõbusta est etiam domus uicini, an teneatur uicino ad interesse.eod.tit.& §.uersi.sed pone.

Homicidium unicum dicitur ex multis uulneribus. Bal.in l.quicunq;.§. eo. C. de ser.fugit.

Homicidium facit dici homicidam personam uilem, & repellit à testimonio in causa graui,nisi cum tortura.Bald.in authen.si dicatur.C.de testib.

Homicidij pœna tenetur etiam nuncius, qui portauit literas mandatum homicidij continentes, secuto tamen homicidio. Bald.in l.j.§.ne autem. C.de caduc.tol.

† Homicidij pœna an teneatur, qui aliquẽ uulnerauit,ut occideret.Hippo.in l.j.col.j.de sicar. & ibi ponit plures casus, in quibus occidens alium non punitur.

† Homicidium requirit dolum,& culpam,ad pœnam imponendam,aliàs non tenetur.do.Maria.Soc.in consi.xvj.inci. Circa prædicta.nam pro homicidio.in j.parte.]

Hospitalarius non debet satisdare. Bal. in d. l. orphanotrophos. Vide in Specul. de instrumentorum edi. §. xvij. uer. sunt etiam. gloss. & Cardinal. quòd non, in clem. quia contingit. §. illi. iiij. quæst. de relig. domib.

Hospitalarius esse potest etiam laicus uxoratus. clement. quia contingit. de relig. domib. Bartol. in l. quod constitutum. de testamento mil. Cardinal. in cle. ij. de præben. & in cle. prædicta. §. ut autem. iij. q.

Hospitalarius non potest conueniri coram iudice laico, si fuit constructũ hospitale authoritate episcopi, aliàs sic. Hostien. in Summa, de reli. §. j. uer. quid de. & Antonius de Butr. in cap. ij. de foro compet. & j. Laicus.

Hospitalarij sunt minus religiosi, quàm monachi. Innoc. in c. in nostra. de sepul. & Bal. in Marg. uer. Templarij.

Hospitalarius, etiamsi est clericus, qui furtim subtraxit bona hospitalis, potest carcerari, & detineri, donec satisfecerit: & potest etiam excommunicari. cap. dilectis. & ibi Baldus de appellationib.

Hospitalarius æquiparatur tutori, & curatori, tam in bonis hospitalis, quàm in bonis hospitantium. l. orphanotrophos. & ibi Bart. C. de epi. & cle. in Spec. de instru. edi. §. fin. uer. sunt etiam. nisi in reddenda ratione, quam tutor non reddit, nisi finita tutela. Card. in d. clem. §. illi.

Hospitalarius non tenetur reddere rationem de bonis hospitalis administratis. l. orphanotrophos. & ibi Barto. de epi. & cle. Quod est uerum, secundũ Bal. ibi. s. pupillis & orphanis: sed episcopo, & superiori sic omni anno, secũdum Baldum in auth. licentiam. eod. tit. per cle. quia contingit. de religiosis domi. in §. illi. & ibi Cardin.

* Hospitijs publicis, pijsq; qui præsunt, cùm rationes reddere debeant. c. quod cótigit. & ibi doct. de reli. dom. in Clem. Bald. in authen. licentiam. C. de episcop. & cleri. & indicem, inuentarium uulgo appellant, rerum hospitij conficere debent. Bald. in l. orphanotrophos. C. de episco. & cler. Augus. Bero. in c. qualiter & quando. num. 70. de accusation. Andr. Barb. consi. lxj. c. x. num. 3. uol. iij. Specul. tit. de instrumentorum edit. §. fi. Æmilius Maria Manolessus.

Hospitalarij mandatum quando finiatur. Cardin. in cle. fi. xiij. quæst. de procur.

Hospitalarius esse potest etiam clericus, & religiosus laicus. xviij. q. ij. quidam. Cardin. in clem. ij. xiij. q. de præb. & plenius in cle. ij. §. ut autem. de reli. do. quòd potest esse laicus, & illiteratus, dum tamen prouidus, & non suspectus de dilapidatione, & abusu bonorum, & melius in ij. q. Sed an monachus, ibi. ij. q.

Hospitalarius, etiam non requisitus, debet omni anno reddere rationem. d. clem. quia contingit. §. illi. cum gloss. & Cardin. de relig. domibus. Sed non nisi semel in anno, si plenè reddidit. Card. ibi. q. viij.

Hospitalarius potest alienare cum decreto bona hospitalis, nõ sine, nisi quæ seruari non possunt. Card. ibi. ix. q. secundum Pau. sed ipse ibi tenet contrà, s. non requiri decretum.

† Vide Bald. in l. si prædia. de reb. eo.]

Hospitalarius potest prædicare. Card. in clem. j. in princip. vij. de relig. domib.

Hospitalarius dicitur usurarius bonorum hospitalis. Cardinal. in clement. j. in princip. in j. oppo. post gloss. de religiosis domib.

Hospitalarius non potest ministrare sacramenta, nec celebrare diuina, sed tantùm disponit de prouentibus in pauperes. Card. in cle. ij. §. ut autem. ij. q. de relig. domibus.

Hospitalaria etiam fœmina esse potest. Cardinal. in d. §. ut autem. iiij. q.

Hospitalarius minor uigintiquinq; annis esse non potest, sicut tutor, uel curator. Card. ubi s̃. v. q.

Hospitalarius an dicatur persona ecclesiastica. Bald. in addi. Speculat. de sta. monachorum. uer. an rusticus. & in Specul. §. ij. uer. xxxvj. Item gloss. xvij. q. iiij. quisquis. Cardi. in cle. ij. xj. q. de præben. dicit, quòd non est religiosus. per c. fi. de reli. do. Alex. in l. semper. §. fin. de iure immu. † Et per Feli. plenè in c. ij. de fo. compe.]

Hospitalarius non debet ali de bonis hospitalis. Bald. in d. l. orphanotrophos.

Hospitalarius an teneatur facere inuentarium. Bald. ibidem, in Speculat. de instrum. edi. §. fi. uer. sunt etiam. quòd sic. & §. xiiij. uer. sed an teneatur. & Cardin. in clem. ij. §. illi. & ibi gloss. de relig. domib.

Hospitalarius an constituat procuratorem ad iudicium ante litis contestationem. Bal. in d. l. orphanotrophos.

Hospitalarius potest cum causa alienare bona hospitalis. Baldus ibi.

Hostia domorum nõ possunt extrahi, uel capi propter debitum etiam publicum, licet de consuetudine Perusij non seruetur. Angel. & Paulus de Cast. post Bartol. in l. cætera. uer. hoc senatus. el j. de leg. j. & Bald. in addi. Specul.

† de cita. uer. quod dicitur. & infrà, uerb. Porta. † Et Bald. in l. habitator. de rei uendi.] Sed scribi debuit sine h, ab ὀστέῳ Græco uerbo.

Hostio si citatur quis, non tenet citatio. Barto. in l. j. §. habitari. ff. de his, qui deie. uel effu.

Hostij limine citatio facta an teneat. Angel. in l. plerique. de in ius uoc. Alex. in l. j. §. j. de cloac.

Hostiorum appellatione cloacæ continentur. l. j. §. j. & ibi Bar. & Alexand. de cloac.

Hostium factum an dicatur in domo. Bald. in l. data. qui accunon pos. & leg. Gallus. §. ille. de lib. & posth. Bartol. in l. meminisse. de off. proconsul.

Hostis potest hostibus furari, & prædari. l. ij. & ibi Bald. C. de commer. & mercat.

Hostis non facit suas res alienas hostibus prædatas, & si uendat, emptor domino restituit. l. latrones. ff. de cap. Bald. in l. hostes. C. eo. tit.

Hostem decipere licet priuato, non autem capitaneo belli. l. j. §. non fuit. & ibi Bartol. ff. de dolo.

Hosti fides seruanda est. s̃. uer. Fides. in prin. Qui apud hostes est, testari non potest. in Spe. de instru. edi. §. xij. uer. xv. & j. Testamentum à quibus. uer. v.

Hostes an dicantur ciuitates inter se bellantes. suprà, Ciuitas. uer. lvij.

* Hostium

Hostium incursus pro fortuito casu habetur.l.in reb.in princip.ff.commod.l.& ita.§.sed si tota.ff. nautæ, caupones, stabularij.Ioann.Crot. consil.xij.numer. xiiij. Æmilius Maria Manolessus.

Hostibus dediti ad quid teneantur. Bald. C. de Lati.lib. tol.& per Alex.in l.hostes.in fi.de capt.

Hostium materiam supple j.uer.Inimicus.per discursum.

Huius, denotat principium temporis.Bart.in l.j. §. huius. in prin.ff.de iusti.& iure.

† Huiusmodi,hæc dictio refert dispositionem ad omnia præcedentia.per Felin.in c. Apostolicæ. in medio cum concor. ibi positis per eam.]

Humanitas est, appellare pro quolibet condemnato de crimine.in Specul.de appella.§. j. uersi. est præmissa.

† Adde,quòd humanitas dicitur id,quod Græci appellant φιλανθρωπίαν, quasi amorem in homines: & sumitur aliquando pro natura hominis, & aliquando pro uirtute, quæ consistit in exteriori subuentione,condescendendo defectibus aliorum,secundum bea.Tho.in epist.ad Titum, iij. c. Et aliquando pro eruditione in bonas artes.

Humanior pars est eligenda in sententiando.l.si præses.& in l. de interpretatione.de pœnis.

Humanius,quàm potest,interpretandum est.in Specul. de arbit.§.viij.uer.econtra.

Humana natura prona est ad malum.in Speculat. in iiij. parte, in princip.

Humilis homo dicitur,qui caret dignitate.Barto.in l. tutor.§.tutores.ff.de suspec.tuto.

† Humiliari nos oportet sub potenti manu Dei,ut nos liberet in tempore tribulationis.cap.nulli.iij.q.j.

Humanitas in prælato,& in principe,splẽdet ultra alia.in Spe. de aduo.§.v.uer.commendet.

Humiliare se debet orator,& aduocatus,suam insufficientiam allegando.eod.tit.§.vj.uer.aduocatus ergo.

† Humilitas esse non potest,ubi non est ueritas.in c.cùm humilitatis. xxij. q. ij. Et qui sine humilitate uirtutes congregat, quasi in uentum puluerem portat. secundum Gregorium, quem refert gloss. in clem.j.in uerbo, humilitatis. de relig.domib.†

Humilitas est intuitus propriæ conditionis, & sui conditoris uoluntaria mentis inclinatio,& contemptus propriæ excellentiæ quæ commendatur,sicut superbia reprobatur.Card. in cle.dudum.§.statuimus.de sepul.

† Humilitatis exemplum est omnino nobis in terris relictũ, ut luce lucidius cõstat de humili Iesu Christo, Deo nostro: nam deposita maiestate, parui fecit deitatem suam, & humiliauit semetipsum, ita ut & in crucem subigeretur, ut habetur ad Philippens.ij. Ipse etiam dominus Iesus agnus mansuetissimus dicit expressè Matthæi xj. Discite à me, quia mitis sum,& humilis corde.Et etiam luce clarius constat de eius sacratissima matre regina cœli,terræq;,ac mundi domina,quæ se ancillam uocat,ut scribitur Lucæ j. & dicit extrauag.Sixti IIII.cum præcelsa.sub tit.de reliquijs,& ueneratione sanc. quòd diuina prouidentia humilitatem eiusdem uirginis Deiparæ ab æterno respexit. † Et dicitur Græcè ταπεινότης.& est uirtus,secundum Bernardum, qua uerissima sui cognitione sibi ipsi quilibet,uilescit.

Hyperdulia quæ dicatur,suprà uerbo, Dulia, uersiculo unico.

Hypocrita an teneatur ad restitutionem eorum, quæ lucratus est sub nomine boni Christiani. l. lucrum.

Hypocrita reprobandus est.clem.fin.§.ix.de hæret.& ibi Cardinal.plenè.

Hypocrisarius, quandoq; ponitur pro syndico,quandoque pro œconomo.in Speculatore,de his,qui alieno nomine in iudi.interuen.uersicul. Syndicus.

Hypostasis, id est, suppositum, id est, indiuiduum, uel substantia.not.per Cardina. & gloss.in clement.j.in princip.in x. quæst. de summa tri.ubi etiam dicit, quòd differt à persona,quæ est rationalis naturæ indiuidua substantia.

Hypotheca generalis omnium bonorum non comprehendit ea,quæ quis specialiter non obligaret.l.obligatione. & l. seq. ff. de pig.& s̃.uer. Generalis. uer. xlv.Et an merces,j̃.uerbo,Merces.uer.xiiij.

Hypothecatio rei,quæ fuit maiorum suorum,etiam pro quanto ualet res ipsa,nõ dicitur facta sine spe luitionis:quia præsumitur animus luendi, propter affectionẽ: & ideo per eam inducitur legati illius rei reuocatio:qđ secus esset in alia re, Alex.singulariter in l.iij.in fi.C.de leg.

Hypotheca uenit appellatione pignoris, etiam in statuto de pignore.Pau.de Cas.& Alex.contra Bar.in l.si rem.§. propriè. ff.de pigno.act.& j̃.Pignus.uer.xxxiiij.

Hypotheca differt à pignore tantummodo in sono uocis.l.res. §.inter pignus.ff.de pig.& j̃.uerb.Pignus.uer.xliiij.

Hypotheca perit cum re hypothecata.Barto.in l.rem alienam. ff.de pig.act.l.fœnerator.& ibi Bartol.ff.de usuris.

Hypotheca sine principali esse non potest. l. res. de pigno.l. fideiussor obligari.in prin.ff.de fideius. Bald. contrà in l. cùm oportet.§.fin.C.de bo.quæ li.per glos.sing.in l. si hęres pecuniam.ff.ad Treb.& Bald.in l.ij.C.de luit. pig. sed transfertur sine principali.Bar.in l.grege. §. cùm pignori.ff.de pig. & j̃. eod.uer.xxxiiij.

† Hypotheca tribuit ius possesionis & apprehendendæ, & adipiscendæ,& fortius retinendæ.Albe.Brun. consil.j. & ij. colum. j.

Hypotheca specialis in re operatur,ut secundus creditor,cui constituta sit,præferatur in re ipsa empta de sua pecunia alijs,etiam anterioribus.l.licet. C.qui po.in pig. ha. & ibi do. uide l.quamuis. C. de pig. & s̃.uer. Creditor.in hypotheca. uers.xxxvj.& xxxviij.& seq.

Hypotheca specialis in re cõducta operatur,ut conductor possit sibi rem ipsam retinere pro interesse & pro pensione soluta re habenda:per tex.sing.in l.creditor.§.fin.de dist.pig. secundum Ioã.de Imo.& Ludo.in l.qui absenti.§.j. de acquir. poss.& Ioann. de Imol. in l. filius. §. diuus. de leg. præstan. per Bartol.& Ioan.de Por. & Alexand. in l. si filio.§. fi. solut. matrimo.& in l.si fundum.ff.loca.& Bald.in l.emptorem.C. eod. titul. Quod est uerum, etiamsi sit uendita per locatorem. Bartol. in l. j. ff. de superfic.& infrà,& d.§.fi. & ibi Alexand. & Bald.in l.j.de fructibus,& lit. expen. Ioan. de Imo. in l.filius.§.diuus.de lega.iij.

† Hypotheca si successor uoluntarius non uult stare colono, an colonus possit retinere bona locata iure hypothecæ ex eo,quia in instrumẽto locationis omnia bona locatoris fuerunt hypothecata pro obseruatione contractus.uide d. Pet. Phi.Cor.in consi.vj.incip.Licet.per totum.in iiij.parte.]

Hypotheca tacita transit,ad quęcunq; transit actio dotis.Bart. in l.j.j.col.ff.solu.matr.

10 Hypotheca generalis an, & quando præferatur speciali, & econtrà.in l.quamuis.C.de pigno. & in l. si generaliter. & in l.licet.C.qui potiores in pig.haben.& in l.ij.in princip. ff. e. tit. Speculat.tit.de dona.inter ui.§.iij. uer. an mulier. & seq. quòd specialis posterior non præfertur generali anteriori, nisi in casu d.l.licet.

Hypotheca an constituatur per licentiam datam creditori de occupandis bonis propria authoritate, scilicet à debitore. tex.fin.l.creditor.§.qui post.ff.qui po.in pig.ha.& Bal.quòd sic,in l.creditores.in fi.C.de pignor.

† Hypotheca an per statutũ induci possit, ita quòd præualeat contra publicum iuramentum.uide d.Barth.Soci. in consi. ccxl.in uer.circa præsentem.uersi.secũdò quia.in ij.parte.]

Hypotheca constituitur per licentiam de uendendo cõcessam creditori.Bal.in d.l.creditores.in fine.

Hypotheca non tollitur per sententiam in actione personali, latam per creditorem contra principalem,uel fideiussorem, si nõ sequatur satisfactio. & ideo potest intentari cõtra possessorem,non obstante,sentẽtia.l.tuam.& ibi Bal. C. de pig. & in l.grege.§.etiamsi.& ibi Bar.ff.e.tit.

Hypotheca non reuocat legatũ præcedens.l.iij.C.de legatis.

Hypotheca non tollitur per alienationẽ rei postea factam per debitorem alteri.l.debitor.& ibi Bal.C.de pig.Sed

Hypotheca transit cum re,& eam afficit, & eius possessorem.l. si prædium.& ibi Bal.C.de euictionib.

Hypotheca per alium acquiri potest alteri, non sine cessione.

tex.doc. Cy. & Bald.in l.fi.C.per quas perso. nobis acquiri. l.& si frater.& ibi Bald. C.de pignorib.

Hypotheca non habet locum pro donatione ante nuptias, sicut pro dote. Bald. in l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. Addo Bald. in l. ubi adhuc. in penul. col. uers. item quæro, nam lex nostra. C. de iure dotium.

Hypotheca pro dote an incipiat à die promissæ, an à die datæ. Bald. in d.l. assiduis.

20 Hypotheca an competat pro dote in bonis uiri minoris. Alexand. post Bartol. in l. si constante. solut. matri. & s. uer. Bona mariti. uer. ij.

Hypotheca tacita competit uxori tam pro alimẽtis sibi ob dotem debitis, quàm pro dote in bonis uiri. Bart. & doc. & Alexand. in l. si cùm dotem. §. si autem in sæuissimo. ff. sol. mat. & ibi Pau. de Cast. & in consi. viij. ad primum responde, &c. & Bald. in l. j. §. & ut plenius. C. de rei uxo. actio. quod est uerum, etiam pro alimentis debitis uxori, soluto matrimonio. Alex. ubi s. Item,

Hypotheca tacita competit in fundo, ex quo alimenta sunt legata. l. ij. ff. de ali. lega. & Alex. ubi s. Item in fundo pro illis assignato, ar. d. l. ij. Bar. in l. Lucius. e. tit. Alex. ubi s.

Hypotheca tacita prior præfertur expressę posteriori etiam fisco. l. j. ij. respon. C. rem ali. ge. & Dy. tenet in reg. qui prior. in vj. uide gl. in l. pignus. qui po. in pig. ha. Idem credo in altera dote, ut expressa posterior non excludat tacitam priorem ad dotem competentem: per l. assiduis. §. fi. dum dicit in dotibus præferri priorem. Cogita, & per d. l. j.

Hypotheca expressa trahitur etiam ad bona futura. l. fi. C. quæ res pig. ob. po. l. j. in prin. & ibi Bart. ff. de pig. sed non ad bona hæredis. l. Paulus. & ibi Bar. in prin. e. tit.

Hypotheca tacita trahitur etiam ad bona futura. l. hac edictali. §. is illud. uer. omnibus. C. de secun. nupt. l. cùm oportet. §. fi. C. de bon. quæ lib.

Hypotheca tacita non trahitur etiam ad nomina debitorum. gloss. no. in l. hæred. C. de hære. act. Sed Bartol. contrà in l. pater. ff. de dote præleg. nisi pro dote: ut ibi per gloss. non tamen ad futura. Bal. ibi.

Hypotheca tacita competit pro legato in bonis testatoris. l. ij. C. communia de lega. Insti. de lega. §. nostra. Quod est uerũ, etiam de iure antiquo, secundum Bar. in l. non est. ff. de pig. act. & in l. j. de lega. j. & Bal. in l. iij. C. ut in pos. lega. Item uerum deducto ære alieno. j. uer. Legatarius. uer. xv.

Hypotheca competens pro legato an possit remitti per testatorem. j. uer. testator. uer. viij. & xx.

Hypotheca specialis, quam testator constituit legatario in bonis suis, non derogat generali competenti de iure communi, per l. ij. C. communia de lega. text. est no. in l. fundus. ff. de annu. lega. Facit l. Lucius. ff. de ali. & cib. le. secundum Lud. Pon. in fin. uer. legatarius. & tenet Bald. no. in l. j. C. communia de lega.

30 Hypotheca generalis cõpetens uxori in bonis uiri pro dote, tollitur per specialem sibi constitutam in una re. in l. fi. C. de pac. conuen. ubi uide per gl. & doc. Item,

Hypotheca specialis constituta conductori in una re, an tollat generalem. Bald. in l. certi. x. quæst. C. locati.

Hypotheca specialis in re certa facit, ut creditor habens etiam hypothecam generalem, non possit uenire contra tertios possessores aliorum bonorum, nisi prius constet sibi non esse consultum ex speciali hypotheca, id est, quòd illa res sibi non sufficiat. le. ij. & ibi Bald. C. de pig. & ibi Bar. & Spe. de solut. §. j. quia

Hypotheca generalis censet cõditionalis, & subsidiaria: ut ibi.

† Hypotheca non potest aduersus tertios possessores intentari, si principalis est soluendo, & exigibilis. do. Pet. Phil. Cor. in consi. ccxlvj. incip. In hac. in litera H. iiij. parte.]

Hypotheca an possit cedi sine principali. Bar. & Alex. in l. fideiussor obligari. in princi. ff. de fideiusso. gl. & Bal. & Ang. in l. fi. C. de hæred. uel act. uendi. & in Spe. de ces. act. §. j. uer. sed quid si cessi. & j. Hypothecaria. uer. viij.

Hypotheca in actione nouante non intelligitur repetita. l. nouatione. ff. de nouationibus. nisi expressè: quo casu retinet priuilegium prioritatis. l. iij. in princip. & ibi Bartol. ff. qui potiores in pig. habentur.

Hypotheca expressa habet locũ etiam in dote confessata. Ang. in consi. Punctus talis est. ser. Simon, &c. Vide tamen doc. & Bal. in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habent.

Hypotheca uerbalis tantùm, id est, sine traditione, non uenit appellatione alienationis. sup. uer. alienatio. uersi. lxiij. post prin. ibi: Item datio in pignus, &c.

Hypotheca bonorum non posita in contractu, habetur pro posita, si notarius erat cõsuetus eam ponere in quolibet instrumento. Barth. Cæpo. in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ędili. edi. & probatur. ff. de pigno. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ibi: non ad illa, quæ quotidie inferi, &c. uer. futurarum rerũ, &c. & gl. in l. si fund9. uer. exigat. ff. de leg. commi. & no. in l. si filia. in princ. ff. fami. erc. & quod per Bald. in l. errore. C. de testa.

Hypotheca in instrumento omissa à partibus, si addatur à notario: per Bald. in l. j. ff. solut. mat. Et quid de pœna. j. Notarij officium. uer. xx.

40 Hypothecam nõ habet fiscus in bonis pro delicto, nisi post sententiam. j. Fiscus. el j. uer. xx.

Hypotheca, quæ datur secundo creditori, an sit eadem, quæ data fuit primo. gloss. & Bartol. in l. Aristo. ff. quæ res pig. obli. poss.

Hypotheca dissoluta per alienationẽ pignoris factam per debitorem cum consensu creditoris, non acquiritur amplius de nouo in pignore, etiamsi illud postea debitor redimat, quamuis sint hypothecata omnia bona præsentia & futura. Casus sing. secũdum Baldum, in l. soluta. C. de remi. pig. Vnde

Hypotheca futurorum intelligitur, nisi antè fuerunt in hypotheca, & desierint. ut d. l. soluta. per Bald. Sed Bartol. tenet contrarium in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. sol. ubi dicit, quòd talis res recidit in hypothecam generalem, non in specialem.

Hypotheca cõstitui potest etiam in rebus alibi sitis. gl. in auth. ut om. obediant iud. proui. §. hæc cõsiderantes. uer. hypotheca. Bal. in l. ij. in fi. C. mandati.

Hypotheca in bonis pro dote an extendatur ad bona hęredis. gl. & Bal. in l. ubi adhuc. C. de iure dot. & l. Paulus. ff. de pig. & Bald. in l. fi. C. qui po. in pig. hab. peuul. colu. quòd non, si sint separata à bonis uiri, aliàs sic.

Hypotheca pro dote tacita non præfertur priori expressę. communis opin. in l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. Bartol. in l. idemque. ff. eo. tit. & Bal. in d. l. assiduis. & per Spe. de dona. inter ui. §. iij. uer. an mulier.

Hypotheca in dote non extenditur ad augmentum dotis. Bal. in l. si cõstante. in fi. per illum tex. in uer. iura hypothecaria. C. de donationibus. an nup. nisi expressè constituatur: quo casu cedit à tempore augmenti, non antè. d. l. si constante. & ibi Bald. & do. j. uer. Vxori hypothecam. uer. ij. & s. in uer. Augmentum. uersi. x.

Hypothecam tacitam non habet ciuitas, sicut fiscus. s. Ciuitas. in principio.

Hypotheca dicitur ius in re. l. eos. C. de pig. & Instit. de act. §. item Seruiana. Alex. in l. si filio. §. fi. sol. matr.

Hypotheca pro dote constituta eadem die præsumitur prior altera constituta ex alia causa, quando duæ eadem die constitutæ reperiuntur. Bal. in l. ad exactionẽ. C. de do. promi. per l. in ambiguis. ff. de regu. iur.

Hypotheca super guarentigia est summaria, sicut guarentigia, stante statuto, quòd summariè procedatur super guarentigia. Bal. in l. j. C. communia de legatis.

* Hypotheca generalis in omnibus bonorum præsenti uni & futurorum, non efficit, ut obligatio, uel cõtractus sit firmus eo casu, quo non esset, si hypotheca non fuisset addita. l. creditor cui non idoneum. ff. si cer. peta. Bart. in l. fin. C. quæ res pignori obli. pos. Ioan. Crot. con. cxxix. num. xvj. Æmilius Maria Manolessus.

Hypotheca constituta in omnibus bonis extenditur etiam ad rem pro qua est constituta, quia & illa uenit in hypotheca generali, ut res locata. Bar. in l. emptorẽ. C. loca. Io. de Imo. in l. si filio. §. fin. sol. matr. & est casus in l. cùm tabernam. §. fi. de pig. Albe. in Marg. tit. de pig. uer. sed pone, accepi, & s. e. uer. xxij. & j. Obligatio generalis. uer. xvj. Idem in speciali: ut s. eo. uer. xxij.

Hypotheca in bonis non extinguitur per alienationem bonorum,

norum, sed transit cum illis.l.j. C. rem alie.geren.& s.Alienatio.uer.cxliiij.

† Hypotheca an censeatur prohibita, si est prohibita alienatio.uide do. Pe.Phili.Cor.in consil.liiij.incip.Licet.in litera A.in iiij.parte.]

Hypotheca tacita non contrahitur in contractu episcopi, quia non habet fiscum.s.uer.Episcopus.§.j.uersi.v.

Hypotheca in bonis debet constitui per eum, cui est remissum onus satisdandi. Bar. & Alex.in l.j.ff.qui satisd.cogan. Item per eum, qui possidet immobilia, licet non cogatur satisdare.Alex.ibi.& in l.sciendum.post Bar.eo.ti.

Hypotheca contrahitur prius, quàm obligatio personalis. l. cùm oportet.§.fi.cum gl. & Bal. C.de bon.quæ li.& Alex.in l.fideiussor obligari.ff.de fideius.

Hypotheca constituta creditori ab emptore in re empta an resoluatur, quando uenditor uendicat rem ab emptore beneficio l.ij.de rescin.uend.per Doc.& Bal.& Pau.de Cast.in d. l.ij.Bart.in l.in diem.ff.de aqua plu.arcen.& j.uer. Venditio rescinditur.uersic.xxv. ij.col. circa fi.ibi: item si emptor hypothecauit.

Hypotheca in bonis constituta impedit alienationem bonorum, nisi remaneant alia tot, quod saluetur hypotheca. Bal. in l.executorem.j.col.C.de except.rei iudic. & j. Vsurarius. uer.xxxvj.adde l.j.C.rem ali.geren.

Hypotheca per errorem constituta à debitore credente se debitorem esse obligatum ad hypothecandum bona sua, cùm non sit, non potest rescindi ad instantiam debitoris.Bal.fin. in l.si ueritas. C. de fideicom.& Alex.in l.sed si me putem.§. j.in fi.de condi.indebi.

60 Hypotheca legatario competit in bonis defuncti. l.j. in fin. C.eo.de leg.non in bonis hæredis, ut ibi, nisi post sex menses, secundum gl.ibi.& l.certa.C.ut in pos.leg.Item nec in re alteri legata. glo.sing.doct.Bald.& Pau.de Cast.in l.si certarum. §. fin. ff. de test. mil. nisi alterum sit conditionale legatum.Bald.in d.l.j.ubi etiam uide, an idem sit, quando unum est in specie, alterum in quantitate. Sed an possit constitui hypotheca per testatorem in re hæredis pro legato, Bald.in l.j.in lectu.antiq.C.commu.de lega.glo.& Cyn. & doct.in l. assiduis. C. qui pot.in pig.ha. tenet quòd sic. Itē nec in ipsa re legata, sed in alijs pro ea.Bal.in l.j.C.commu.de lega.nec in feudo.Bald.l.ij.eo.ti.in princ.sed potest remitti per testatorem.j.Testator.uer.viij.

Hypotheca competens uxori in bonis uiri pro dote, non datur creditoribus mulieris.s. uerbo, Creditor uxoris. uersic. unico.

Hypotheca tacita non potest probari per testes.Bald.in l.conuenticula. in fin. C.de epis.& cler.sed expressa sic, quia scripturam non requirit de necessitate. l.cōtrahitur.& ibi Bart. ff.de pig. Sed an per scripturam priuatam testibus nō signatam, sed recognitam.Pau.de Cast.con.cccxcj.

† Hypothecam inducit pactum, ut liceat ingredi bona ꝓpria authoritate.ut not.Fran.Crem.nota.ij.†

Hypotheca debet constitui per aliquam obligationem, aliàs non consistit.l.contrahitur.& ibi Bar.ff.de pig.

† Hypotheca an constituatur, & à quo domino: uide do.Petr. Philip.Corn.in consi.cclxxxviij.incip. Quanquam.in litera L.in iiij.parte.]

Hypotheca solo pacto potest constitui.l.si tibi.§. de pignore. ff.de pig.act.Bar.in l.contrahitur.ff.de pignor.

Hypotheca in eadem re pluribus constituta, potest contra extraneum per quemlibet in solidum intentari: sed inter se facit meliorem possidentis conditionem, nisi sit cuilibet pro parte constituta: quia quilibet agit pro patre contra alium. l.si debitor. & ibi gl. & Bart.ff. de pig. uide l.idem.§.j.ff. qui pot.in pign.habean.

Hypotheca non extinguitur, licet rei hypothecatæ qualitas mutetur, ut quia de domo fiat hortus, uel cōtrà.l.si fundus. §.si res.& ibi Bar.ff.de pign.

Hypothecam esse expressam, uel haberi pro expressa, sunt diuersa.l.licet.& ibi Bar.ff.qui.mo.pig.tacit.contraha.

Hypotheca bonorum non soluitur, licet non seruetur noua transactio, pro qua hypotheca est constituta: quia illa durat etiam pro obseruantia prioris actionis.l.fi.& ibi Bart. quib. mod.pig.taci.contraha.

Hypotheca in bonis pupilli non potest constitui, nisi cum authoritate tutoris.l.j.ff.quæ res.pig.obliga.pos.Item requirit decretum iudicis, ut ibi gl. & Bar. Quod est uerū in expressa, quia tacita non requirit decretum. Bart.& Ang.in l.si cōstante.in prin.ff.solut.matr.

70 Hypotheca datur in bonis furis pro restitutione rei furtiuæ.Bal.in l.furti.C.de furtis.

Hypotheca an uideatur remitti per uerba contractus, Dicta bona pleno iure pertineant ad talem, & sua sint: per Alexā. consi.ccvij.ij.parte.

Hypotheca cōpetit fisco in bonis futuris, scilicet tacita.s.uer. Fiscus.el j.uer.xl.non ciuitati, nec ecclesiæ, ut ibi.

Hypotheca tacita competit mutuanti in emptionem certæ rei in illa re empta ex sua pecunia mutuata.glo.in auth.quo iure.C.qui pot.in pigno.hab.Alex.in l.si cùm dotem. §.fin.soluto matrimo.

Hypotheca etiam præfertur priori in casu.l.iij.§.fin.ff.qui pot. in pign.habean.

† Hypothecam anteriorem habere dicitur, qui anteriorē contractum habet.do.Pe.Phi.Corn.in consi.xxxvj. incip.Viso. in litera D.in iiij.parte.]

Hypotheca in feudo constitui non potest, aliàs perditur.c.imperialem.& ibi Bald.si de feu.fue.contro.& ideo non uenit feudum in ea generali: ut ibi.& Lu.& Alex.in l.si constante. solu.matri.& s.uer.Feudum.uer.lix.& seq.

Hypotheca in bonis extenditur tantùm ad bona existentia tempore contractus, non ad bona alienata, licet creditori debitor ante contractum promiserit, hypothecam etiam in illis.l.Titius.ff.quæ res pign.oblig.pos.

Hypotheca in re constituta, an diuisa re inter proprietarios remaneat salua in parte rei, quæ obuenit debitori, uel in tota re.Barto.in l.is, qui fundum.ff.de usufru.lega. tex.in l.Iulianus.§.idem Celsus.de actio.emp.adde l.iij.§.fi.& ibi Bar. ff. qui pot.in pig.hab.

Hypotheca remanet etiam post diuisionem rerum communium, in quibus fuit cōstituta. tex.sing.in l.iij.§.fi.& ibi Bar. ff.qui pot. in pign.hab.& j.

Hypotheca uenit in iudicio familiæ erciscundæ.Bart.in l.si pignori.ij.col.ff.fami.ercisc.

80 Hypotheca in fundo dotali non potest constitui per uirum, etiam de consensu uxoris.l.j. §. & cùm lex. C.de rei uxo. actione.

Hypotheca tacita inest doti. l. j. §. & ut plenius. & ibi Bart. C. de rei uxo.actio. Quod est uerum, ut soli mulieri competat: † ut ibi, non ut uiro cum priuilegijs suis.Bar.ibidem. † Et adde do.Barth.Soci.in consi.cclxiij.incip.Pro inuestigatione. uer.confirmo hoc ratione.in ij.parte.]

Hypotheca sicut potest induci & tolli solo consensu, ita & sola confessione. Barto. in l. cùm testamentum.C.de iuris & facti ignoran.

Hypotheca in multis casibus per leges sine partium conuentione inducitur.do.Bar.Soci.in cons.ccxl.incip. Circa præsentem.uer.primo, quia uidemus.in ij.parte.]

Hypotheca cōpetit à lege filio in bonis paternis, etiam in futuris pro suis aduenticijs administratis per patrem. l. cùm oportet.§.fi.de bo.C.quæ liber.

Hypotheca uera non præscribitur, etiam longa possessione creditoris, cui debitor hypothecauit rem alienam. Bald. in l.si sine.j.colum. C. ad Velleian. & Alexand. in l.ij. ff. de pigno.actio.

Hypotheca renunciata per mulierem in una re tantùm, remanet salua in alijs. Cynus & Baldus in l.iubemus. C.ad Velleianum.

Hypotheca in re uendita specialiter constituta uenditori pro precio, impedit rei alienationem.Bart.in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de uerbo.oblig.

Hypotheca specialis in re certa nōn confirmatur per dominiū postea superueniens, si creditor tempore obligationis sciebat rem esse alienam.Ang.in l.j.ij.nota.ff.de pign.

Hypotheca in bonis soceri furiosi an remaneat nurui pro dote restituta suo filio, qui postea uiuo patre decessit.Pau.de Castr.consi.clxxiiij.

Hypotheca expressa, uel tacita, quæ dicatur.Pau.de Cast.consil.cccxcij.incip. Quanquam multa copiosè.

Hypothecæ beneficia uide in Spe. de renuncia. & conclu. uer. cùm beneficium iuris hypothecæ.

Hypothecaria actio est in rem, quia datur cōtra possessorem. l. pignoris. & ibi Bart. & Bal. C. de pigno. & l. pignoris. & ibi Bar. ff. eo. ti.

Hypothecaria datur ad rem, quæ erat in bonis debitoris tempore constitutæ hypothecæ. l. cùm res. & ibi Bartol. & doct. C. quæ res pigno. da. sit. Item ad rem, cuius dominum postea superuenit debitori, scilicet de æquitate, nō de rigore: ut ibi. Itē ad rem, si in ea ꝓbetur titulus debitoris. s̄. uerbo, Agens. uersic. lxx. & uer. Creditor in hypotheca. uersi. ij. ubi plenè. Item ad rem, quam tempore hypothecæ possidebat, & postea non desijt possidere, sed per alium detinet. Barto. & Alexand. in d. l. rem alienam. Item ad res post hypothecam sequestratas, & depositas apud alium, ut ibi, per Alexand.

Hypothecaria actio quæ, & quomodo in ea formetur libellus. Alex. v. uol. consi. cviij.

Hypothecaria utilis datur cōtra nomen debitoris datum pro pignore. l. j. & ibi Bal. C. de præto. pigno.

Hypothecaria præscribitur per x annos. l. j. & ibi Barto. & Bal. post gloss. C. si aduer. credi. & in consi. quæritur, nunquid præscriptio. in fi. & Paul. de Cast. in consi. cxv. in fi. & gloss. ordi. in l. cùm notissimi. in princ. C. de præscrip. xxx. anno. gloss. & Barto. in l. j. §. cùm prædium. ff. de pig. quòd possessor præscribit contra hypothecariam per x annos, cum bona fide. & per Oldra. in consi. xix. Item, si creditor consentit alienationi bonorum hypothecatorum: uel si sciat, & non contradicat. l. ij. C. de remiss. pig. Item non pręscribitur, si debitor possidet, quia præscriptione non obstante potest cōueniri per creditorem ad pignus. l. res creditoris, & ibi Bal. C. de pig. act. & in l. j. C. si aduer. cred. lib. vij. Quod est uerum per x annos, sed per quadraginta sic. l. j. & ibi Bal. C. de anna. excep. & Paul. de Cast. consil. cxv. uide gloss. ordin. in d. l. cùm notissimi. Vide in Spec. de act. seu peti. §. ij. uer. cæterùm. & de præscrip. uer. Sed de hypothecaria, & de solut. §. j. uer. item pone, debebas. Et quid si res aliena sit hypothecata. s̄. §. proximo. uer. lxxxiiij.

Hypothecaria si est præscripta, non potest uendi res hypothecata. Bal. in l. si à creditore. C. de act. & oblig.

Hypothecaria utilis datur secundo creditori contra primum debitorem, quando pignus pignori datum fuerit sibi. glo. & Bar. in l. grege. §. cum pignori. ff. de pignor.

Hypothecaria cùm intentatur contra possessorem, debet agēs probare rem fuisse sibi prius hypothecatam, quàm possessori alienatam. l. de rebus. & ibi doct. C. de dona. ante nupt. & s̄. uer. Agens. uersi. lxx. Quod uerum, nisi sit fiscus, cuius fauore debet possessor probare rem fuisse sibi prius obligatam, quàm fisco. Casus singu. & ibi Bar. in l. j. C. de iure fisci. lib. x. & Bar. in l. quę nondum. §. quod dicitur. ff. de pig. Vide in Spe. de proba. §. ij. uer. quid debet. Item dominium debitoris: ut j̄. eo. uer. ix. Vide in consil. ccvij. per Alex. qui etiam ponit in d. §. quod dicitur.

Hypothecaria an possit cedi sine principali. s̄. uer. Hypotheca. uersi. xxxiiij.

Hypothecariam qui intentat, debet probare dominium debitoris tempore contractus. Bald. in consil. In Dei nomine, amen. tres articuli, &c. Barto. in l. rem alienam. ff. de pign. act. & in l. cùm res. C. si res alie. pigno. da. sit. & in Specul. de probation. §. ij. uersic. quid debet. & s̄. Agens. uersic. lxx. Quod est uerum in hypotheca speciali, non in generali, in qua sufficit postea quæsitum fuisse dominium rei, ad quam agitur hypothecaria. l. & quæ nondū. §. quod dicitur. & ibi Bartol. ff. de pig. & in d. l. rem alienam. Item sufficit probare possessionem, ut detur interdictū Saluianum. l. j. C. de Salu. interdic. Et tenet plenè Alex. in d. l. rem alienam. & doct. & Cy. & Sali. in l. cùm res. C. de prob. & Instit. de actio. §. item Seruiana.

10 Hypothecaria datur creditori ad recuperandum possessionem pignoris amissam. l. ij. & ibi Bal. C. de præto. pig.

Hypothecaria an uideatur remitti, quando remittitur debitum principale. tex. & Bal. & doct. in l. debitum. C. de remiss. pig. tex. & Barto. quòd sic, in l. soluitur. ff. quib. mod. pig. uel hypothec. soluatur.

Hypothecaria datur ut in pignore prætorio. l. ij. C. de prætor. pigno. Alex. in l. j. in fin. ff. de pig. act.

Hypothecaria an detur uxori ad feudum, uel emphyteusim mariti uergentis ad inopiam. infrà, Vxor hypothecam. uersicu. viij.

Hypothecaria potest cumulari actione personali, quando agens personali repellitur præscriptione triginta annorum. Bald. in l. edita. C. de eden. Et intellige, quando agitur utraque contra debitorem, non contra tertium hypothecaria, & contra debitorem personali actione. Bald. in l. fin. C. de actio & obligatio.

Hypothecaria auocat solam nudam possessionē. l. si cùm uenditor. & ibi Bart. ff. de euictio. & Bald. in auth. contrà rogatus. C. ad Trebellia.

† Hypothecaria competit ad rem obligatam: & illa est nomen debitoris: nō autem res, uel pecunia debita, quod nomen est res incorporalis: hypothecaria autem auocat possessionem, quæ non cadit in nominibus. do. Barth. Soci. in consi. clviij. incip. Visis. uer. quinimò dubitant. circa mediū. in ij. parte.

Hypothecaria competit contra possessorem, ut soluatur debitum uel restituat rem retinendam, donec creditori satisfiat in causam pignoris. l. si fundus. §. in uenditione. & ibi Bar. & Alex. ff. de pig. l. rem alienam. de pigno. actio. & ibi Bar. plenè. & Bart. in l. si cùm uenditor. de euictio. & j̄. uerbo, Libellorum formæ. uersi. ij. ubi plenè.

Hypothecaria an detur etiam pro fructibus. s̄. uer. Fructus pignoris. in prin. ubi plenius.

Hypothecaria si unus ex pluribus cōdemnetur, an fiat executio contra alium. l. si fundus. §. si creditor. ff. de pignor.

Hypothecaria in eadem re, si pluribus creditoribus diuersis momentis constituatur, cuilibet in solidum datur pro suo debito, si eodem momento datur cuilibet pro dimidia re, nisi aliud actum sit. l. si fundus. §. si duo. ff. de pig. Vide l. idē. §. si tibi. & in l. Titia. ff. qui po. in pig. hab. Et cōpetit ei prius, cui fuit prius facta. per gl. & Bart. in d. §. si duo. sed si de prioritate non constet, melior est conditio occupantis. Bar. ibidem. Et dicitur eodem momento pluribus constituta, quādo in una uerborum conceptione, secus, si in duabus constituitur: ut ibi tenet Barto.

20 Hypothecaria pro collectis competit, sicut actio personalis. Bal. in l. prædia. C. de fideiuss.

Hypothecaria an uideatur cessa, quando cessa est actio principalis, personalis, uel econtrà. gloss. & Barto. in l. si pignori. ff. famil. erciscundæ. tex. & Barto. in l. si in solutum. C. de actio. & obligationib. quòd hypothecaria uidetur cessa cum personali, scilicet hypothecaria, quæ competebat tempore cessionis, non ea quæ pòst, siue procedebat ex obligatione generali, siue speciali: ut ibi per Bald. uer. hypotheca. & in Spec. de cess. act. §. j. uersic. sed quid si cessi. Vide Barto. post glo. in l. si hæres. ad Trebel. & in l. hæres à debitore. de fideiuss. & per Bald. in l. hæredem. C. de hæred. acti. & in l. cùm oportet. §. fi. de bo. quæ libe. & Alexan. in l. si uerò. in prin. ff. solu. matrimo.

Hypothecariæ interruptio arguit interruptionem in principali. l. fin. C. de annal. except. Barto. in l. si pignori. ff. familiæ erciscundæ.

Hypothecaria nō tollit actionē personalem pro residuo, quod per hypothecam ex pignoribus non potuit consequi creditor. l. aduersus. & ibi Bald. C. de actio. & oblig.

Hypothecaria an detur uēditori, qui cecidit à possessione rei, precio sibi non soluto. j̄. uer. Venditor agit. uersi. xvij.

Hypothecaria non potest propria authoritate occupari, sed cū decreto iudicis, nisi sit suspicio de fuga. l. pignoris causa. & ibi Bal. C. de pign. actio.

Hypothecaria ex turpi causa an detur creditori. gl. & doct. in l. ij. & per Bart. in l. j. C. de cond. ob tur. causam. Alex. in l. iuris gentium. §. si ob maleficium. ff. de pactis.

Hypotheca in bonis uiri uergentis ad inopiam datur pro quātitate dotis, non in omnibus bonis. Cyn. in l. ubi. xx. q. C. de iure dot. Bart. in l. si constante. iij. q. iiij. parte. solu. matri. ubi Alex. post Raph. & Ioan. And. in Spe. de donat. inter uirum. §. fin. in addit. & not. in d. l. ubi. sed Ludo. contrà, & malè, in d. l. si constante.

Hypo-

Hypothecaria datur ad rem,non ad precium rei. Bald. in l. fi. §. & si præfatam.in prin. C.de iure deli. Vide Bartol. in l. cùm tabernam. ff. de pig. & in l.qui à debitore. in prin. ff. de his, quæ in frau.cred.& in l.j.in princ.ff.de distr.pig.

Hypothecaria datur creditoribus hæreditarijs contra emptores,si hæres uendens precium ex uenditione redactum dissipauit, & non soluit creditoribus. Bald. in d. §. & si præfatam.ulti.col.ubi dat pro cautela, quòd emptor curet preciũ peruenire ad creditores,ne teneatur hypothecaria.

30 Hypothecaria datur legatarijs contra hæredes pro portionibus hæreditarijs,sicut actio personalis.l.j.in fi.C.commu. de lega.Bartol.& doct.in l.legatorum.in prin.de leg.ij. aliàs datur in solidum contra hæredes.l.j.& ibi Bartol. C. de hære.actio.

Hypothecaria an detur secundo creditori contra emptorem, qui emit à primo creditore rem hypothecatam, si precium rei fuit datum primo creditori.Pau.de Cast.con.ccclxviij.

Hypothecaria datur etiam per restitutionem usurarum. Bald. in l.executorem.in princip.C.de exec. rei iud.Alex.in l.j.ex quib.cau.pign.tacitè contrah.

Hypothecaria datur etiam contra possessorem emphyteusis pro canone.in authen.de non alie.§.scire.Bald in authen. si quas.C.de sacrosan.eccles.& Alexand.in l. j. ex quibus cau. pignus tacitè contrahatur.

Hypothecaria tacita inducitur à lege.l.j.in prin. & ibi Baldus. C.commu.de legat.

Hypothecaria ex fideicommisso uniuersali oritur ante restitutionem hæreditatis. Bald. in d. l. j. j. columna. C. commun. de leg.

Hypothecaria pro legato liberationis oritur.Cy.& Bald. contra gl.in d.l.j.C.commu.de legat.

Hypothecaria non oritur, quando obligatio habet diem certum,pendente die,uel ante diem.Bald.in d.l.j.

Hypothecaria uigore guarentigiæ mota habet cognitionem summariam, sicut guarentigia, & eius priuilegio gaudet. Bald.in d.l.j.j. colum. & suprà, uer. Guarentigiæ executio. uer.xxxij.

Hypothecariæ exceptio dicitur,quæ datur contra emptorem uenditori in re pro precio non soluto.per l.Iulianus.§. offerri.de actio.emp.secundum Baldum in d.l.j. C. commun. de legatis.

40 Hypothecaria commensuratur sorti.Bald.in d.l.j.

Hypothecaria pro legato an,& quando competat, uel non. suprà,uer.Hypotheca.uersi.xx.xxviij.cum duobus seq. & per discursum.

Hypothecaria non potest intentari contra possessorem bonorum, nisi actum sit prius contra principalem, qui sit condemnatus diffinitiuè præsens, uel per interlocutoriam absens. Bald. in authen. si debitor. & in l. persecutione. C. de pig. Vnde

Hypothecaria nõ potest intentari,nisi prius fiat discusio contra principalem.d.l.persecutione.& ibi Bartol. cum d.auth. si debitor.s.uer.Discusio.uersic.xij.& in xix.fallentia, cum duabus sequentibus.

Hypothecaria cõpetit legatario in re sibi uendenda iussu testatoris,donec uendat.Bal.in d.l.j.pen.col.C. commu.de lega.

Hypothecaria,& actio in rem,an cumulentur. Baldus in auth. contrà rogatus.C.ad Trebel.

Hypothecaria competens legatario potest remitti per testatorem.Bald.in l.ij.C.ut in pos.leg.& in l.j. de his, quæ pœ. no. & in l.j.commu.de leg.& Bart.in l. fi. de præto. stipu. & in l. nemo potest.de leg.j.

Hypothecaria conuentus negat se posidere, uide infrà, Negans.uer.xix.

Hypothecariæ materiam supple s.uer.Actio hypothecaria. per totum.& per Alexand. consil. cxxxij.ij.parte, quod est consilium Angel.de Aretio.

Hypothecaria cùm intentanda est, quid consideret agens, in Spe.de act.seu petit.§.ij.uer.cæterùm.

50 Hypothecaria contra contumacem si intentetur, quomodo procedatur in ea.in Spec.de cont.§.iij. uer. sed nunquid hodie. & seq.& §.x.uer. nunquid autem.

Hypothecariæ libellus quomodo formetur: uide in Specula. de pigno. §. j. uer. cæterùm. & seq. & ĩ. Libellorum formæ. † uersi.ij. † Et omnino do.Pet. Philip.Cor.in consi.lv. incip. Visis.in litera A.in iij.parte.

SECVNDI TOMI FINIS.

BASILEAE,
APVD AMBROSIVM ET AVRELIVM
FROBENIOS, FRATRES.

FRO BEN.

Repertoriū Berthini · t · 2


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm